



[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

IO. NIC. MADVIGII,

PROFESSORIS HAUNIENSIS,

ADVERSARIA CRITICA

AD SCRIPTORES GRÆCOS ET LATINOS.

VOL. I.

DE ARTE CONIECTURALI. EMENDATIONES GRÆCÆ.

HAUNIÆ MDCCCLXXI.

SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ (FREDERICI HEGEL).

TYPIS I. H. SCHULTZII.

IO. NIC. MADVIGII,
PROFESSORIS HAUNIENSIS,

ADVERSARIA CRITICA

AD SCRIPTORES GRÆCOS.

PRÆMITTITUR ARTIS CRITICÆ CONIECTURALIS ADUMBRATIO.

HAUNIÆ MDCCCLXXI.
SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ (FREDERICI HEGEL).
TYPIS I. H. SCHULTZII.

IO. NIC. MADVIGII,

PROFESSORIS HAUNIENSIS,

ADVERSARIA CRITICA

AD SCRIPTORES GRÆCOS ET LATINOS.

VOL. I.

DE ARTE CONIECTURALI. EMENDATIONES GRÆCÆ.

HAUNIÆ MDCCCLXXI.

SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ (FREDERICI HEGEL).

TYPIS I. H. SCHULTZII.

Io. Nic. Madvigii,

PROFESSORIS HAUNIENSIS,

ADVERSARIA CRITICA

AD SCRIPTORES GRÆCOS.

PRÆMITTITUR ARTIS CRITICÆ CONIECTURALIS ADUMBRATIO.

HAUNIÆ MDCCCLXXI.

SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ (FREDERICI HEGEL).

TYPIS I. H. SCHULTZII.

UNIVERSITATI FREDERICIANÆ CHRISTIANIENSI

MEMOR TEMPORIS NUPER IUCUNDISSIME IN EA ACTI

HUNC LIBRUM SCRIPTOR,

UNIVERSITATIS HAUNIENSIS PROXIMA COGNATIONE CONIUNCTÆ H. A. RECTOR,

GRATI ANIMI TESTEM DICAT.

Præmonitum et Addenda.

De huius operis consilio et forma quoniam in procemio satis dictum est, tantum monendi hoc loco sunt, qui evolvent, (— neque enim quisquam præter libri primi capita duo aut tria continuum perleget —) typis id describi cœptum esse, nondum tota materia sic composita et digesta, ut numerari posset, quod in hoc scribendi genere necessarium non erat, extremo anno 1868, deinde, septem plagulis absolutis, in quibus si quæ temporum notationes sunt, ad illum annum referuntur, intervenisse a. 1869 iter Italicum et Helveticum; cum redux telam inceptam pertexere aggrederer, brevi apparuisse, tantam esse materiam, ut in unum volumen cogi non posset. Itaque hac parte continentur, præter librum primum ad utrasque litteras antiquas æqualiter pertinentem, ea, quæ in Græcorum scriptorum monumentis emendavi; quæ ad Latinos collecta habeo, alterum volumen explebunt, si animi patientia perdurabit; sane enim speraveram celerius me ex his minutiis evasurum. Indices huic volumini suos adiunxi. Quod prævideram (p. 5. 6) fore, ut, quamvis permulta, in quæ ipse incidissem, attulissem, quod antea ab aliis inventa essent, tamen in

nonnulla incurrerem ab aliis præcepta, id in primis plagulis sæpius accidit, ubi editiones aliquot scriptorum recentissimas nondum inspexeram, sed ne postea quidem evitari potuit. Itaque hic bona fide aliis restituam, quæ eorum esse sero cognovi. Inde a libro tertio, ubi inter errorum typothetæ corrigendorum operam animadversum est (plerumque a iuvene docto et amico, qui mihi in hac re benevolam et diligentem operam commodavit, *Richardo Christensen*), aliquid ab alio ante inventum esse, sed tam sero, ut iam tolli sine magna molestia non posset, fere statim adscriptum rei indicium est, ut p. 411, 469, 489 cet. Itaque eos locos hic omitto. Perpauca alius generis addam typorumque errores aliquot corrigam.

P. 2 *v. imo (text.) pro* is *scrib.* iis

7 v. 8 *ab imo scrib.* disputationes afferri,

11 v. 22 *scrib.* in contextu

18 v. 13. Velleii locum correxit iam Mommsenius (Haasius ed. 2).

22 v. 10 *scrib.* cum fallentibus ex intervallo

24 v. 4. Ἐξικνοῖτο apud Strabonem iam Meinekius in præfat.

26 *not. v.* 2 *pro* 56 F *scrib.* 567 F

32 v. 4. Luciani locum eodem modo correxit G. Dindorfius.

43 v. 2 ab imo. Herod. I, 167 iam Kruegerus et alii similiter correxerunt.

45 v. 13 Quintiliani utrumque locum emendavit e codd. Halmius, cuius editio his demum impressis a. 1868 exeunte ad nos pervenit.

63 v. 6. Plutarchi locum eodem modo emendavit Cobetus.

67 n. 2. Cum hac nota coniungenda, quæ ad Thucyd. II, 83 scripsi p. 312; add. Plat. legg. IV p. 718 D, Diod. Sic. XV, 49 et 53, Strab. II p. 96, Plut. Arat. c. 34, Lucian. nav. c. 17, Paus. X, 2, 5, cet.

68 v. 6 *pro* et *scrib.* tum

71 v. 3 *ab imo scr.* 800;

74 v. 25. *Capti gentis* pro *caput gentis* codex Med. Taciti ann. XIII, 39.

84 v. 3 *pro* I *scrib.* II

85 v. 5. Ἔδωκαν legitur tamen anab. VII, 7, 37, παρέδωκαν Hellen. IV, 4, 15.

130 im. (text.). De voc. ἀδρός cfr. Diodori fr. XXXI, 17 a Dind.

145 post v. 6. Nomina propria oblitterata præter locos hic positos notavi et restitui apud Diod. Sic. XVII, 95, XVIII, 3 et 52, Strabon. X p. 471 (III p. 151), Plut. Brut. c. 4; falso positum sustuli Plut. Thes. c. 27.

174 not. v. 11 et 12. *Φήσειν* et (XXIV, 68) *ἂν... ὁμολογῆσαι* Dindorfius; *ποιήσασθαι* in XLII, 12 reliquit.

175 v. 24. Iam Dindorfius *γενήσεσθαι* apud Lucianum scripsit.

177 v. 12. Quod annotavi de aliis præter *χρῆν* vaticinandi verbis apud poetas cum aoristo infinitivi positis, fit etiam in *πέπρωται* in Æschyli fragm. Promethei, qui solvitur, 196.

178 n. 2. *Ἐλπίς ἐστιν* cum aoristo infinitivi Demosth. Philipp. I, 2, Olynth. I, 14, in Aristocr. 106.

180 v. 10. Apud Lysiam, II, 21 cod. Palatinus, teste Kaysero, recte *δουλώσεσθαι*.

182 v. 7. In Herod. IX, 109 Steinius e cod. Sancroft. *αἰτήσεσθαι*.

184. In Luciani locis vera tenuit aut restituit Dindorfius. nisi quod nav. c. 4 non correxit.

20[illegible]. In Sophoclis Œd. Col. 367 *ἔρως* pro *ἔρις* iam Tyrwhittus.

238 v. 6 *scrib.* detulit.

244 *v. imo scrib. τόδε.*

263 v. 14. In Iphig. T. v. 1393 iam Piersonus *ἐπείχετο* scribi iussit.

306. Paucitatem et tenuitatem emendationum Herodotearum minuent duæ, quas absoluta iam hac parte libri mecum a Siesbyio meo communicatas hic ponam. Nam VII, 10, 6 *ἐπειχθῆναι πᾶν πρῆγμα* pro eo, quod est: *τὸ ἐπείγεσθαι ἐν παντὶ πράγματι* accipi recte nequit: rectissime contra et aptissime dicitur: *ἐπειχθὲν μέν νυν πᾶν πρῆγμα τίκτει σφάλματα* (*festinanter acta et tractata omnis res cet.*); eiusdem autem libri c. 119 (*τὸ γὰρ δεῖπνον τοιόνδε τι ἐγένετο, οἷα ἐκ πολλοῦ χρόνου προειρημένον καὶ περὶ πολλοῦ ποιεύμενον*) prorsus contra usum et sine exemplo res, quæ accurate et diligenter fit, dicitur (passive) *περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι*. Duæ res notantur, cœnæ denuntiatio ante facta et hominum studium et cura: *οἷα ἐκ πολλοῦ χρ. προειρημένον καὶ περὶ πολλοῦ ποιευμένων.*

306 v. 5 ab imo. In Thucydide nescio qua incuria aut instabilitate consilii omissa est locorum extra ordinem alibi tractatorum mentio (etiam memorabilium, ut III, 38 et

VIII, 46); itaque indicem v. *Thucydides* adhiberi pervelim.

315 v. 3. De μεῖναι cfr. μὲν εἶναι scriptum pro μεῖναι apud Strabonem VIII p. 333.

326 v. 10. De δεῖ post δέ aut δή omisso cfr. Plat. legg. X p. 908 A, XI p. 930 A.

338 n. Aristidis locus reperitur I p. 312 ed. Iebb.

368 *v. imo scrib.* ἐστερῆσθαι.

375 v. 12. Luciani loco addendus alter Phalar. I c. 8.

453 et 454. Quæ correxi in Lysiæ X, 4, XXI, 17, XXVI, 14, XXVII, 14, præcepta sunt ab E. Zielio, Emperio, Scheibio, Kaysero.

455. Æschinis locum III, 201 iam Hamakerus correxit; Dinarcho I, 25 eandem fere emendationem adhibuit I. G. Schneiderus.

483. Polybii locum XXXI, 17 a eodem, quo ego volui, modo scriptum habet Dindorfius (1868).

510. In Diod. Sic. XIX, 17 Dindorfius συνενόησεν, eadem sententia.

554 v. 6. Meinekius in præfat.: ἐπι[μελεῖ] μηδέ? Sed μηδέ ferri nequit et in eo latet alterum.

566. Plutarch. Thes. c. 7. Iam Sintenisius: αὐτός?

568. Plut. Lyc. c. 13: κομιζόμενα iam Sinten. in præf.

571. In Plutarchi c. Sol. 21 vellem intactum reliquisse λογισμὸν ἀνθρώπου. Utrumque recte dicitur.

589 n. Inter vocabula nova addendum ἔκστρεμμα, restitutum Plutarcho de profect. in virt. c. 11.

627. Apud Plutarchum de fort. Rom. c. 3 scribendum: παραθεῖ (pro παρέχει) δέ τι καὶ τῷ προσώπῳ πρὸς τὴν ἅμιλλαν ἐρύθημα τῆς φιλοτιμίας aut simili verbo.

628 v. 8. De fort. Rom. c. 13 p. 326 B miro errore Wyttenbachii coniecturam a Duebnero a. 1856 receptam pro codicum et editionum scriptura accepi, in quibus recte scribitur, nisi quod post ἀληθῶς geminando additur ὡς (ὡς ἀληθῶς ὡς ἐπί).

644 *v. 5 ab imo scrib.* ἐπαγαγών.

Cal. Novembr. MDCCCLXX.

PROŒMIUM.

Opus ordior neque argumenti splendore commendabile neque dicendi ornamentis opportunum neque materiæ dispositione et ordine artificiosum, humile totum et simplex, iis tamen, ut opinor, qui in Græcis Latinisque litteris studia paulo intentius ponunt, non inutile nec prorsus iniucundum. Quæ enim mihi quadraginta iam annos in his litteris tradendis occupato veterumque scriptorum utriusque linguæ libros assidue versanti diligenterque et attente tractanti subnata est præter ea, quæ iam eiusdem generis edidi, copia emendationum coniectura repertarum, sed coniectura codicum vestigia rimanti et presse cauteque sequenti, ampla et ad multos et principes et inferioris gradus scriptores pertinens, eam decrevi, quoniam animus iam his studiorum angustiis et minutiis fessus per alia, etiam extra philologiam, liberius evagari et in iis, quicquid septuaginta quattuor annos supergresso concedetur temporis, vivere avet, collectam quam brevissime potero et quam minime ambitiose edere. Nam neque indigna editione, quae domi hactenus servavi, ut in hoc genere, videntur, neque, si quid in iis est utilitatis, cur usum eorum differri video, intellego; et rectius commodiusque a me ipso edentur quam aliis fortasse edenda relinquentur; nam et tollere potero, si quid denuo inspectum displicebit, et aliis extremam manum imponere et rationes, ubi opus erit, exponere.

Continebunt hi adversariorum libri (sic enim recepto iam inter philologos nomine et plurium exemplo comprobato appellare placuit) eodem fere numero Græca et Latina, priore loco illa, quod Græcæ litteræ et tempore et dignitate præcedunt. Atque erunt fortasse, qui aliquid mihi in Latinis litteris tribuant et in eo genere nova a me libenter accipiant, de Græcis mirentur ac minus benevolam exspectationem afferant, quod eam philologiæ partem adhuc minus scribendo attigi. Ego autem cum adolescens vel præcipuo amore et studio Græcas litteras coluissem, primum prope casu accidit, ut, cum specimen aliquod edendum esset, de Ciceronis potius Academicis et libris de legibus emendandis commentarer quam de Platonis legibus, quarum iam tum bonum locorum numerum correxeram[1]); deinde cum subito nequedum satis paratus professoris Latinarum litterarum, quæ partes tum apud nos a Græca professione plane separatæ erant, vice fungi iussus essem et post tres annos sic legitimam philologiæ antiquæ professionem adissem, ut tamen et consuetudine et quod collegæ multo maioris natu et bene de me meriti voluntatem concertatione lædere nolebam, intra Latinos fines docendi scriptoresque enarrandi opera continenda esset, per tredecim fere annos studia præcipue ad Latinas litteras et res Romanas contuli. Et tamen commentarii Ciceroniani declarant, me eo tempore præter scriptores Græcos, qui res Romanas attingunt, quos tum inde a Polybio ad Dionem Cassium pertractavi, etiam is, e quibus philosophiæ Græcæ cognitio petitur, non

[1]) In libello illo tres posui Græcorum locorum correctiones, unam scholiorum in Euripidis Orestem, quam qui eo loco usi sunt, tenuerunt, alteram Platonis de legg. XII p. 953 D, ubi id, quod ego coniectura posueram, multo post Stallbaumius et alii e codice antiquo protractum probaverunt, tertiam Herodoti I, 33, in quo loco sententiam perspexi, non orationis singularem formam.

levem operam tribuisse. Tum autem edita a. 1842 grammaticæ Latinæ arte, cum consilium cepissem ad eandem formam syntaxis Græcæ componendæ, enixo studio præter Homerum Herodotumque Atticos scriptores et prosæ orationis et poëtas legi, cœpique quasi furtim Græcos scriptores enarrare, omissis tamen poëtis, quos a me scholis tractari collega et amicus ægre laturus erat. Criticæ emendationis seges initio etsi aliqua, tamen non ita magna provenit, quod neque illud artis condendæ et in pleno testimoniorum fundamento constituendæ consilium diu in singulis morari me sinebat neque in codicum Græcorum æstimatione et usu eam, qua opus est, exercitationem habebam nequedum satis prompte et celeriter omnia ex sermone et rebus meditanti succurrebant. Quæ quidem et de legibus sermonis iudicavi præcepique et coniectando conatus sum, ea mihi etiamnunc fere omnia probantur[1]). Interiecti sunt tres anni et paulo plus, quibus ab academia abfui, negotiis publicis occupatus. Redditus academiæ ab initio anni 1852 liberius iam, quoniam tres eramus philologiæ professores, Græca, etiam poëtas, scholis tractare cœpi, deinde, collega maiore natu post aliquot annos mortuo, multo maiorem scholarum et studiorum partem Græcis rebus et scriptoribus tribui, nisi quod per tres annos Livius multum sibi vindicavit; quantum studiis detraxerint negotia extra academiam a me obita, malo oblivisci. Itaque et ut rerum historiæque et institutorum ipse imaginem ad testimonia vetera exigerem, et litterarum plenius cognoscendarum et sermonis copiæ augendæ causa et eorum scriptorum, qui ante Alexandrum fuerunt, opera relegi et

—

1) Quam habuerim collectam materiam ad sermonis formam præceptis comprehendendam, perspici fere potest ex libello paucis noto et ita vitiose typis descripto, ut aliquot locis prorsus contraria, atque volui, dicantur: Bemerkungen über einige Punkte der griechischen Wortfügungslehre 1848.

Aristotelis quædam adieci et ex Alexandrinis Callimachum et Apollonium Rhodium et Theocritum (hunc quidem festinanter) et inferioris ætatis inde a Diodoro Siculo et Strabone persecutus sum, e quibus antea tantum Plutarchi vitas et Lucianum diligentius legeram. Horum igitur annorum, hoc est, ætatis usu et perpetuitate studiorum confirmatæ, maior pars est eorum, quæ ad Græcos scriptores hic proferam eos, in quibus ita sum versatus, ut aliquid nasceretur emendationis; alios celeriter percurri aut partibus cognovi. Quos enim totos attente perlegendos susceperam, in iis me ad hoc orationis ad veram formam revocandæ studium ferebat et plus fere, quam vellem, in eo detinebat animi propensio sana et certa quærens et delectatio ex sensu facultatis cuiusdam ad ea perspicue reperienda exercitatione confirmatæ, cum mihi viderer quasi ipsos illos veteres coram interrogare.

Ponam in his libris, si summa consilii spectatur, tantum quæ mea et nova puto, hoc est, coniecturas easque emendationes, in quibus, etiamsi proxime codicum vestigia sequantur, aliquid tamen de meo accesserit. Quæ in veterum scriptorum operibus simpliciter e codicibus restituenda in marginibus notavi, aut omnino neglecta aut probata olim ab uno pluribusve, sed a recentissimis reiecta, quasque superiorum emendationes iniuria spretas et aut contortis corruptæ codicum scripturæ enarrationibus aut pravis coniecturis postpositas probavi, prætermitto; nam et infinitum esset persequi et habent prudentes, ubi quærant et sumant. Et tamen non solum interdum meæ emendationis confirmandæ causa aut invitante similitudine mendi et correctionis et opportunitate brevis admonitionis commendabo in aliis locis codicum scripturas aliorumve coniecturas, sed ne id quidem mihi prorsus interdico, ne liceat aut in transcursu vicinam loco a me emendato bonam codicum scripturam ab neglectu vindicare aut emendationem ponere, quam cum ipse fecissem, postea ab alio præceptam viderim

aut superioris aut huius temporis philologo; habet enim hoc veritatis confirmationem minus exercitatis utilem, si quid, quod non unicuique statim occurrat, a pluribus inventum est. Sed perraro hoc faciam; nam si longius progrediar, sit hoc ipsum prope infinitum. Nihil enim mihi sæpius accidit, quam ut, quod ipse, cum exemplo scriptoris alicuius uterer nullo apparatu critico aut exiguo instructo, excogitassem, id aut in codicibus scriptum esse aut ab alio esse coniectura repertum postea viderem[1]). Atque id alius rei causa commemoro. Nam operam dabo, ne quid mihi, quod alienum sit, arrogem; sed qui possum in tot tamque disiunctis utriusque linguæ scriptoribus, in tanta emendationum copia perlustranda et digerenda, perficiendi præsertim aliquando huius operis et mei ex hac materia eripiendi cupidus et ideo festinans, qui possum, inquam, efficere, quod ne in uno quidem scriptore, quem quis sibi tractandum sumpserit et ad quem per complures annos omnia undecunque congesserit, plane efficere possit, nihil ut me aut non multa

---

[1] Exempli causa unum ponam. A. 1843, cum fragmenta tragicorum Græcorum percurrerem utererque sola Dindorfii editione prima poëtarum scenicorum, emendaveram quædam, maxime Euripidis. Ea cum postea adhibitis aliis libris perlustrarem, ut, numquid editione dignum esset, viderem, repperi, quod in Alexandri fragm. 7 scribendum annotaram (τοῖς σοῖσι νικᾷς), a Musgravio præceptum, item, quæ in Archelai fragm. 13 (στρατηγῷ), in Erechthei fragm. 12 (τοῦ βλέποντος μὴ καλῶς), in Cretensium fragm. 2 (del. καὶ τῆς Τυρίας), in Sthenobœæ fragm. 9 (ἀλδαίνει), in Sylei fragm. 3 v. 4 (δεσπότης), in Alcmæonis fragm. 3 (παῖδ' ἣν δῷς ἐμοί), ab eodem Musgravio, H. Grotio, Salmasio, Bothio, quod autem in Belleroph. fragm. 20 v. 2 et 3 annotaveram (θέλει χρῆσθαι), e codicibus positum inveni. Restabant ea, quæ in Philologo I p. 671 edidi. De his et similibus si quem dubitaturum crederem, possem testes dare; sed tantam, opinor, mihi esse coniecturarum copiam etiam, si qui minus benevoli sunt, concedent, ut nulla sit alienas sublegendi causa.

fugiant aut apud antiquos philologos latentia aut per libros, quos periodicos vocamus, per programmata scholarumque indices similibusque locis sparsa? Præstabo tamen, quam potero, voluntatem sua cuique relinquendi adhibitisque præcipuis et recentissimis cuiusque scriptoris editionibus et quæ apparatum criticum habent, quæ ibi repperero, de meis tollam. Perpauca a me ipso ante vulgata hic iterabo, ut uno libro, qui hæc curant, collecta habeant, quæ in hoc critico genere a me inventa cognosci ab aliis velim, præter ea, quæ iam libris a me ipso editis continentur (emendationibus Tullianis a. 1826, epistola ad Orellium, disputatione de Asconio, opusculorum academicorum duobus voluminibus, commentariis in Ciceronis libros de finibus, emendationibus Livianis et præfationibus singulorum fasciculorum Livii a me et Ussingio editi); sed quæ sic edita antea sunt, ut satis ad notitiam hominum pervenisse videantur et rationibus firmata esse (ut pleraque, quæ cum Halmio communicata ab eo, Baitero, Kaysero in editiones Ciceronis scriptorum recepta sunt), verbo tantum indicabo. Atque hanc brevitatem servabo etiam in novis, ut parva et aperta (in libro II reliquisque) sine ulla rationis significatione ponam, ea, quæ nude poni nequeant, breviter explicem. Hæc quoque enim virtus critici videtur, ipsa argumentorum capita et pondera breviter comprehendere posse et monstrare.

Coniecturarum tantum affero numerum, quantum raro quisquam. Et tamen nemo est, qui magis quam ego leves et temerarias coniecturas oderit severiusque coniecturarum causam et necessitatem exigat, in coniectando autem viam ac rationem certas veritatis notas sequentem servari iubeat; sed idem manifestis indiciis et argumentis obscuras et inanes verborum ambages opponi sæpe indignor; multitudo autem coniecturarum ex ipsa multitudine scriptorum, quos paulo, quam in legendo fieri solet, diligentius pertractavi. In hac materia expromenda sic scriptorum ordinem et tempora sequar, ut a Græcis ad Romanos, a poëtis ad prosæ ora-

tionis scriptores veniam, eos scriptores, quorum paucos locos attigi, in miscellanea capita congeram. Sed quoniam sæpius dixi, me artem quandam et coniectandi et coniecturas æstimandi efficere conari, quæ et superstitionem ignaviamque et lusum temeritatemque excluderet, antequam ad singulos scriptores venio, primo libro generatim quædam comprehendam, quæ ad totius huius rei rationem intellegendam pertineant et utilem iunioribus, si non disciplinam, at admonitionem habeant ac quandam viæ monstrationem. Nam etsi neque præceptis quisquam criticam facultatem et artem assequi potest neque omnes, qui litteris antiquis student, ut aut præcipue aut valde in hoc genere ipsi nova quærendo elaborent, hortor, tamen ad recte iudicandum et ad vera ac probabilia a falsis et temerariis discernenda deduci possunt, qui bonæ indolis et voluntatis aliquid afferunt, et hactenus omnes, qui philologos se volunt, critici esse debent, ut aliorum bene inventis prudenter et sine instabili dubitatione uti et prava statim reiicere possint. Sic autem dicam, ut exemplis ad res declarandas in singulis generibus utar paucis, novis omnibus et meis, sed certis, ut opinor, et in quibus, vero semel posito, neque de mendo neque de correctione dubitari posse putem. Ita, qui emendationum promissum statim exsolvi postulabunt nec præcepta et aridas de minutis rebus disputationes afferri habebunt, quod flagitant. Exempla hoc loco delegi ex aptis et perspicuis, et quæ longiorem et cum proprietate scriptorum valde coniunctam explicationem non desiderarent, ea, quæ se non diu quærenti offerebant, quibus reliqui libri in omni genere multa, in nonnullis quidem prope infinita addent. Et postea quoque in singulis scriptoribus quædam similitudine coniuncta sub unum conspectum adducentur.

Liber I.

Cap. I.

Causæ et genera mendorum in veterum scriptorum codicibus monstrantur universe cum exemplis.

Ordiemur a rebus notis et ad non admodum suapte natura reconditas perveniemus. Veterum operum litteris consignatorum formæ, quem textum appellare consuevimus, recte constituendæ fundamentum omne codicibus manuscriptis continetur, quibus rara adiunguntur aliorum scriptorum (inter quos scholiastæ numerantur) testimonia, aut verba quædam ipsa proferentium aut aperte (etiam manifesta imitatione) significantium. De codicum propagine in scriptoribus et libris a prima et communi origine repetenda, de generibus eorum distinguendis, auctoritate eorum comparanda et æstimanda cum ab aliis dictum est, tum a me ipso in præfatione editionis librorum Ciceronis de finibus et in emendationibus Livianis in decadum procemiis; neque enim universa huius codicum coniunctionis et in genera descriptionis ratio alia est in Græcis, alia in Latinis, sed eadem. Codicum testimonio aut consentienti aut meliore, hoc est, non interpolatorum aut minime interpolatorum, simpliciter standum est, nisi aut necessaria causa est ab eo discedendi aut saltem probabilis de eo dubitandi.

Dubitatio de codicum testimonio et coniecturæ probabilis aut necessaria causa oritur aut ex ipsius testimonii dissensu, cum codices fide digni sic inter se discrepant, ut nulla sit scriptura, ex qua ceteræ errore ortæ videri possint, (nam deteriorum aberratio contra bonorum consensum nulla aut exigua et tali, cuius origo facile intellegatur, discrepantia turbatum nullam habet vim,) aut ex testimonii consentientis aut melioris et alioquin fide digni cum orationis lege et consuetudine aut cum scriptoris sententia et consilio pugna. Ac persæpe ea melioris testimonii cum orationis lege aut cum sententia pugna ex tam parvo et mani-

festo et ad corrigendum facili errore oritur, ut iam in codicibus recentioribus et alioquin nulla fide dignis ab hominibus non prorsus indoctis, qui illos scripserunt, sit correctus nec præterea quicquam requirendum tentandumve sit. Verum ubi aut omnes codices improbabilem habent scripturam aut meliores improbabilem eiusmodi, quæ ex ea, quæ in recentioribus corrigendo substituta est, aberrando nata esse putari non possit, (si præsertim, quod sæpe accidit, hæc ipsa diligentius considerata nec orationi nec sententiæ vere satisfacit, sed vanam tantum speciem habet,) ibi coniectura quærendum verum est tollendumque mendum codicum pluresve mendi formæ ex uno initio ortæ[1]).

Vitiati sunt codices interdum labe adventicia et quæ ad scribas librarios nihil attineat, si aut folia excisa detractave sunt aut loco mota et transposita aut foliorum partes desectæ aut humore aliove modo corruptæ, ut scriptura legi non possit; eiusmodique labes si in aliquo codice olim accidit, ex quo plures deinde ducti sunt, ad hos omnes necessario pertinet, hoc est, interdum ad omnes, quos nos habemus, scriptoris aut operis alicuius veteris codices. Verum hæc raro acciderunt et in certis tantum scriptoribus operibusque, damnumque habent nulla arte reparabile, nisi in transposi-

[1] Ridicule interdum homines, ut sibi videntur, cauti et prudentes, coniecturam laudant ut probabilem, sed in nullo codice reperiri queruntur; recepturos se fuisse, si vel in uno codice reperiretur. Quid coniectura opus esset, si codices verum præberent? Quid in re dubia codex iuvaret nisi fide dignus et qui ceterorum consensum vinceret? Infinitæ sunt in codicibus recentioribus coniecturæ, bonæ non paucæ in parvis, ut dixi, et apertis erroribus, pravæ plures. Omnino non pauci, etiam qui multa de rebus criticis verba fecerunt, tamen ignorant, in quali fundamento constitutum habeamus veterum scriptorum contextum, quemadmodum sensim et mendis obscuratum antiquioribus et deinde coniectura interdum leviter emendatum, sæpius graviter depravatum et interpolatum.

tionibus foliorum corrigendis et in lacunis versuum truncatorum aliquo modo coniectura ex reliquo contextu explendis. Illa ad omnes codices pertinet et latissime patet labes et critica arte eluenda, quantum fieri potest, est, quæ in scriptura a librariis, dum propositum oculis exemplar sequuntur, vitiata cernitur. Nam codicum dictante altero scriptorum, quod quidam finxerunt, nullum est neque in subscriptionibus neque, quod caput est, in errandi generibus vestigium, quæ omnia pendent ab oculis et ab memoriæ animique vi, dum, quod oculi viderunt vidisseve videntur, manu perscribitur. (Apparent in Græcis codicibus rara vestigia recentioris pronuntiationis vocales quasdam confundentis, ut apud Platonem de legibus III p. 697 C Schneiderus vidit, ἐπὶ ἔτι scriptum esse pro ἐπὶ ἔτη, apud Pausaniam autem VIII, 23, 7 in cod. Par. est ὅσα ἔτι pro ὅσα ἔτη *quotannis*, quod recte scribitur 24, 11; verum hæc non dictando orta sunt, sed quod inter oculi et manus actionem scriba memoria confudit, quæ sono ab ipso non distinguebantur. Eademque causa efficit, ut in Latinis codicibus frequentissime b et v cum alibi, tum maxime in verborum terminationibus permutentur et pro *amavit* scribatur *amabit* contraque[1].)

Librarios increpant omnes, nonnulli ita, ut, cum ignorantiam et stuporem et neglegentiam eorum gravissimis prosciderunt conviciis, eosdem callidos quosdam astutosque homines

---

[1]) Turpi oblivione notissimæ rei Haasius (nam Fickertum non tam miror) in Senecæ epist. 95, 54 e codicibus posuit: *In supervacuum præcepta iactavimus* (superiores edd. *iactabimus*), *nisi illud præcesserit* cet., et toto loco et futuro exacto indicium facientibus id dici, quis eventus futurus sit. Sed apud Senecam multa eodem modo nuper administrata. Contra apud Senecam Rhetor. p. 134 Bip. (116 Burs.), ubi editur: *Sed nec ille diu declamationibus vacabat*, pravo imperfecti usu, e codicum scriptura *vacabit* fit *vacavit*.

fingant ac pæne fraudulentos; qua condicione opus fecerint, quæ eos errandi opportunitas necessitasque, quæ quasi insidiæ circumsteterint, non ita multi placide et considerate iudicant; quod si facerent, separarent primum iudicando ipsum hominum animum ingeniumque et operæ ad nostrum usum eventum. Id quidem tenendum ante omnia est, fraudis, quæ ad decipiendos deliberato consilio legentes et in falsam opinionem de ulla minima re inducendos spectaret, neque illecebras ullas ac ne tenuissimæ quidem gloriolæ præmium fuisse neque in his, quos profanos appellamus, scriptoribus ullum vestigium prudenter iudicanti apparere[1]). Omnis culpa posita est aut in ipso scribendi errore, cum imprudentes et inviti aliud, atque in exemplo proposito erat, reddiderunt, aut in correctione, cum scientes et volentes, sed sine malo consilio, pro eo, quod in exemplo erat, aliud substituerunt, non verum scilicet; nam si in verum inciderunt, coniecturam laudamus. Omnino enim in hominibus humilibus et simplicibus iudicandis, etiam iis, qui confidenter et licenter interpolarunt, obliviscuntur philologi, illos codices descripsisse, quibus ipsi et alii eiusdem temporis et fere scientiæ homines in legendo uterentur, nobis codices testium loco esse, quibus utamur in contextus scriptorum ad nostrum usum constituendo; itaque fere una illa relinquitur iusta reprehensio, si qui mercede inducti difficiliorem, quam cui se aptos scirent, operam imponi sibi passi sunt aut festinanter neglegenterque scripserunt. Sed illius mutationis non in ipso scribendi errore positæ, quam omnem interpolationis nomine comprehendere licet, multi sunt gradus, duo præcipui, ut altera sit simplex et ru-

[1]) Ne id quidem verum est, quod olim homines quidam nimis nequitiarum cupidi finxerunt, monachos obscæna in veterum scriptis describendo occultasse et minus turpibus verbis involvisse. Spurca omnia bona fide, quantum poterant, repræsentarunt.

dis incertaque et vix conscia consilii, casu et ex suo ipsa sæpe errore oriens, altera deliberato consilio et libere plura persequens.

Ipse scribendi error etsi casui est subiectus, tamen quibusdam causarum momentis regitur, quorum caput est, quod omni describendi operæ intervenit et memoria ea, quæ oculus in exemplo vidit, dum et oculus et manus in novo exemplo occupatæ sunt, servans, et aut intellectus oculum manumque regens aut intellegendi obscurus conatus et imaginandi vis, incertas species obiiciens. Itaque constat, si eadem sit diligentia, eum multo rectius aliquid describendo reddere, qui, quæ scribat, intellegat, quam qui, sermonis ipsius ignarus, tantum litterarum formas norit sequaturque, quod quale sit, intellegi potest in Latinis librariis Græcas voces interpositas Latinis pingentibus aut etiam in iis, qui nunc Græca Latinave manu scripta typis exprimunt; nam et raro tam perspicuæ litteræ scribuntur, ut non in legendo multiplici coniectura utamur, ex sententia verba, ex verbis singulas litteras agnoscentes, et deficit in ignotis aut vacillat illa, quam dixi, memoria eorum, quæ oculus legit. Sed certum scribendi adiumentum is demum habet, qui plane et orationem et sententiam eorum, quæ scribit, intellegit et vere animo scribenda persequi potest; et tamen, si curam remisit, aberrat interdum, obiecta animo alius sententiæ aut verbi (etiam ex proximis) cogitatione et imagine; qui orationis universam formam tenet, sed sententias non curat nec res, de quibus agitur, novit, multo plura committit, præsertim si scripturæ forma minus facile recta verba obiicit, quod apud antiquos accidebat, nec verbis divisis distinctisve nec sententiis interpunctis. Itaque nihil mirum est, iam veteres de librariorum erroribus et codicibus mendosis queri[1]). Qui vero

---

[1]) Cic. ad Qu. Fr. III. 6: De Latinis libris quo me vertam, nescio; ita mendose et scribuntur et veneunt.

neque sententiam resque omnes aut plerasque intellegit neque omnem orationis motum ac ne omnia quidem verba verborumque formas, is, etiamsi vult solo oculo duce uti, tamen, quia quædam intellegit et fortasse pleraque (saltem ex aliqua parte) et quia conquiescere animus nequit neque ab eo, in quo homo cummaxime occupatur, abduci, oculum in singulis litteris continere non potest (in quibus ipsis sententia non comprehensis memoria fallitur), sed verborum et sententiarum vanis simulacris et φαντάσμασι luditur et imagines verborum prius, quam litteras omnes perspexit, animo conceptas ad manum transfert. Atque hæc fuit et inferioris Byzantinæque ætatis Græcorum librariorum, cum veterum scriptorum opera, præsertim oratione et rebus difficilium, iis proponebantur, condicio et multo magis hominum Italorum, Gallorum, Germanorum post sublatam prorsus ex hominum usu Latinam linguam; itaque quod multo propinquior tamen et familiarior Byzantino homini pro eius temporis captu litteris imbuto occurrebat veteris sermonis Græci species quam Latini monacho, ut hoc utar, Gallo Germanove noni aut decimi seculi, quamvis sint depravati Græci codices, tamen nunquam usque ad eam barbariem verborum et formarum et ad ea monstra deventum est, quæ in Latinis sæpe obiiciuntur, cum infra palimpsestos et paucissimos, qui ex seculo quinto proximoque supersunt, descendimus[1]). Atque hæc memoriæ et cogitationis obscuræ oculum præcurrentis et decipientis et scribentem ad nota et usitata

---

Exstant de eadem re Martialis et Gellii querelæ, de Græcis Galeni et aliorum.

[1]) Hoc discrimen Græcorum et Latinorum codicum quale sit, perspiciet, qui (quod adolescentibus philologis svadeo ut faciant) aliquot paginas Platonis sic, nulla littera mutata, descriptas legerit, quales sunt in codice Oxoniensi aut Parisino A, deinde idem experimentum transtulerit ad Ciceronis, ut hoc utar, codicem Vaticanum Philippicarum aut magis etiam ad Livii Puteaneum aut Vindobonensem.

sibi trahentis vis, qui fons est uberrimus mendorum, variabatur multis modis librarii diligentia aut incuria ac festinatione, scientia sermonis tolerabili aut inscitia, exercitatione legendi aut insolentia, tum etiam exempli propositi forma et ætate propinqua aut remota. Nam ut facile scriba sequitur exemplum eodem scripturæ genere, quo ipse utitur, aut non valde dissimili confectum, ita, si exemplum proponitur litterarum forma longe diversum et in quo etiam (ne de verborum copulatione dicam) multa verba aliter scribantur, atque ipse scribit scriptaque legere solet (ut st pro est, quoius pro cuius), apparet, quantopere hac insolentia et novitate augeatur errandi periculum. Itaque quanquam in libris multum lectitatis sæpe describendo multiplicatur errorum occasio (nam in unoquoque exemplo novi committuntur errores), tamen, quod fere ob oculos describentibus fuerunt exempla non multo antiquiora et ad legendum facilia, non poterat tanta oriri confusio et verborum sententiarumque, ut ita dicam, peremptio, quanta in eo opere, cuius a paucis lecti et fere ignorati antiquum aliquod exemplum, plurium seculorum, ex angulo aliquo protractum scriba reddere conaretur. Quod quale sit, in Varronis de lingua Latina libris intellegi potest. Et accedit interdum aliud. Nam si multa interponuntur extra continuam seriem orationis, velut scriptorum, maxime poëtarum, testimonia, brevia præsertim et sine plena sententia et verbis parum usitatis intermixta, necessario perturbatur describentis animus et hebetatur, cuius rei, ut in Varronis illo opere, sic in Athenæo, in Nonio, aliis exempla sunt. Ipsa autem scribendi diligentia et cura non librarii modo persona variabatur, sed ipsius scriptoris genere. Multo enim studiosius et severius antiquitus describebantur eorum scriptorum codices, qui rectæ et elegantis orationis auctores et prope regulæ ipsæ habebantur et in scholis tractabantur, quam ceterorum; itaque longe aliter Plato aut Cicero (si summam rem spectes) scribebantur quam, ut his utar, Plutarchi libri, præsertim qui moralium nomine com-

prehendi solent, nulla arte auctoritateve commendati, sed ita ampli voluminis, ut festinandi causa esset ei, qui tamen scribenda sumpsisset, aut Senecæ[1]). Et in libris frequenter lectitatis, et quorum in scholis usus erat, exemplarium comparatione, si non in scribendo, at postea in legendo, arcebantur magna ex parte errores illi, quibus omnia verterentur litteræque tantum dissolutæ relinquerentur; sed simul in eisdem et antea et renascentium litterarum tempore longe facilior erat aditus liberæ cuidam interpolationi, facilem lectionem et intellectum adiuvare studenti, velut in Catilinariis Ciceronis. (Recentior quidem interpolatio etiam in Seneca, qui tum in honore esse cœperat, liberrime grassata est.) In poëtarum operibus versuum perpetua et nota forma, ut hexametrorum et trimetrorum, scribam aliquo modo continebat et monebat; poterat tamen ipsa quoque insolentia aliqua (velut hiatu legitimo, sed raro) non simpliciter scribenti, sed incaute iudicanti interpolandi occasionem dare; ignota versuum genera cum verborum novitate et orationis libertate coniuncta quam vim habere debuerint, apparet.

De scribendi mendis ex uno codice ad alios propagatis auctisque nihil opus est dici.

Iam quæ ex hoc communi fonte propriæ et separatæ oriuntur errorum species, eas difficile est certis finibus describere, quod et diversæ causæ et errandi initia eundem erroris effectum habere possunt et plures causæ inter se coniungi; itaque usu hæc discuntur attente tractandis aut ipsis codicibus aut scripturis e codicibus varii generis plene et fideliter enotatis; sed tamen præcipua quædam genera percurrere conemur et exemplis illustrare; etsi simplicia satis exempla reperire interdum subdifficile est, quod plerumque primo errori aliquid accessit commenti.

---

1) Ea causa est etiam, cur plura exempla ex inferioris ætatis scriptoribus, Plutarcho, Seneca, aliis, sumpserim, in quibus et

Ea autem genera, quæ ipso scribendi errore continentur, posita sunt in similium permutatione, in prava separatione et continuatione, in semel aut bis scribendis, quæ bis aut semel scribenda erant, in transiliendo et transponendo, in accommodando ad proxima, in scribendis, quæ ad textum propositum non pertinent. Sed ex his, quæ posui, generibus, postremum magis ex scientiæ defectu et iudicii errore nascitur, in prioribus oculorum acies et animi in oculis dirigendis intentio officio deest.

Similium permutatio accidit primum in ipsis litterarum formis non valde dissimilibus ob ductuum obscuritatem et ambiguitatem aut acie minus intenta[1]). Ac de hac litterarum similitudine et permutatione, quæ et apud Græcos et apud Latinos alia fuit aliis ætatibus et in aliis scripturæ generibus, ab iis exponitur, qui palæographiam tractant, ostenditurque, in quibus codicibus, ut his utar, permutationi obnoxia sint *Λ* et *Δ* et *Α, Μ* et *Σ, Μ* et *ΛΛ* (*ἅμα* et *ἀλλά*), *Θ* et *Ο, Π* et *ΤΙ,* apud Latinos autem C et G aut E et F aut (quod t et l vix supra versum protenduntur et quod ductus, quibus i, u, m constant, vix dignoscuntur) syllabæ **iu**, **ui**, **in**, **ut**, **lu** aut **iec**, **lec**, **tec** (adiectus, adlectus, etiam adfectus, coniectus, contectus), ceteraque eiusdem generis, quæ animadvertendo facile discas; et tamen haud pauci obliviscuntur, quam exiguum in talibus litteris et syllabis sit testimoniorum pondus. Plato R. P. VII p. 529 C, eum animum, qui in rebus sensibus subiectis hæreret, nunquam vere sursum spectare, sed semper

---

menda infinita et gravia et manifesta sunt et magnam partem non animadversa nec tractata. Haasium in Seneca utinam sine exceptione laudare possem.

[1]) Si quid in exemplo proposito prorsus evanuerat aut deletum erat, scriba aut omittere cogebatur aut plane coniectura uti, parum ad eam factus.

deorsum dicens, quamvis supinus et facie obversa sive humi sive mari incumbens aliquid discere conaretur, sic scripserat: κἂν ἐξ ὑπτίας HEN (ἢ ἐν) γῇ ἢ ἐν θαλάσσῃ μανθάνῃ. Pro HEN scriptum est MEN, ut est in codice omnium principe, Parisino A (Vindob. μὴν), quod cum pravum esse intellegeretur, postea interpolando natum est in aliis codicibus ἐξ ὑπτίας ναίων ἐν γῇ, poëtico verbo et inepto (quid est enim ἐξ ὑπτίας ναίειν?), in aliis νέων, quod mire patienter editur; nam νεῖν ἐξ ὑπτίας ipse possum. qui ἐξ ὑπτίας ἐν γῇ naret, vidi neminem. (Necessarium esse ad sententiam duplex ἤ, ut significetur: ubicunque id faciat, ex abundanti addo. Lepido lusu ipsum ἐξ ὑπτίας μανθάνειν coniungitur.) Δ pro Λ scriptum corrupit, adiecto post alio errore exiguo, alium eiusdem operis locum, VIII p. 568 D, ubi, unde tyrannus pecuniam ad mercenarios alendos habiturus sit, his verbis declaratur: Δῆλον, ἔφη, ὅτι, ἐάν τε ἱερὰ χρήματα ᾖ ἐν τῇ πόλει, ταῦτα ἀναλώσει, ὅποι ποτὲ ἂν ἐξαρκῇ τὰ τῶν ἀποδομένων, ἐλάττους εἰσφορὰς ἀναγκάζων τὸν δῆμον εἰσφέρειν. Aperte desideratur alterum pecuniæ conficiendæ genus, quod respondeat illis ἐάν τε ἱερὰ cet., frustraque anacoluthi excusatio advocatur; deinde non minus manifestum est, interpungi oportere post ἐξαρκῇ (in eas res, in quas sufficient), quod recte Hermannus fecit; postremo, quæ sint τὰ τῶν ἀποδομένων, frustra expedire student enarratores; nihil enim aliud significant verba nisi eorum res et pecunias, qui vendiderunt; itaque Hermannus, τά in τό mutato, mirabilem excogitavit enarrationem, ut vendentes qui saltem οἱ ἀποδιδόμενοι dicendi erant, præsenti tempore prodigi intellegantur eorumque aliquod proverbium notatur. Plato alterum genus reditus posuerat eorum bona, quos tyrannus interfecisset: ἐάν τε ἱερὰ ᾖ χρήματα ἐν τῇ πόλει, ἀναλώσει, ..., τά τε τῶν ἀπολομένων. Nam etiam τέ post τά sublatum est, quod poterat per se excidere. Plutarchus adv. Stoicos c. 27 (p. 1071 E) cum

sic scripsisset: *Ἐπειδὴ δὲ ἐνταῦθα λόγου γεγόναμεν, τί ἂν φαίης μᾶλλον εἶναι παρὰ τὴν ἔννοιαν ἢ τὸ μὴ λαβόντας ἔννοιαν ἀγαθοῦ μηδὲ ἔχοντας ἐφίεσθαι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διώκειν*, ex *τί ἂν* factum est *πᾶν*, pro quo video aliquem coniecisse scribendum esse *παντός*, oblitum, orationem sine *ἂν* vitiosam esse [1]). Et ut huius primæ omnium erroris speciei etiam Latina exempla ponantur, neque in Lucilii fragmento (lib. XXVII), quod Nonius p. 296, expedit enarrans utile esse, primum testimonium ponit (Ego enim an per eiciam, ut me amare expediam) ulla est dubitatio, quin E pro F substitutum sit (perficiam, ut me amare expediat, relicto in litteris an mendo), neque, quin Velleius Paterculus II, 29, 2 de Cn. Pompeio sic scripserit: potentiæ, quæ honoris causa ad eum deferretur, non vi ab eo occuparetur, cupidissimus, ubi editur non ut, prorsus otiosa et perversa particula et sublato orationis artificio, quod est in tribus contrarie inter se relatis, honoris causa et vi, ad eum et ab eo, deferretur et occuparetur. Longius serpsit error apud Ciceronem in oratione de domo 12, ubi cum inter se contraria posuisset illud nativum et hoc adiectum malum, factum est primum adlectum, tum, quod habent codices, ut videtur, omnes, delictum, deinde, quod in editionibus multis est, delatum. Verum persæpe non ipsarum litterarum figuræ per se propter similitudinem permutabantur, sed, cum duo vocabula totidem litteras et præter unam ceteras communes haberent, oculo non in unam illam litteram intento, ex ceteris pro vocabulo scripto alterum occurrebat, si præsertim notius et magis tritum erat; nec tantum vocabula prorsus litterarum numero et ordine

[1]) Perversissime Stallbaumius (non Hermannus) in Platonis r. p. IX p. 581 D sprevit certissimam Graseri emendationem *τί οἰώμεθα* pro *ποιώμεθα* scribentis, quo omnia apta et recta fiunt. Nimirum facilia et simplicia sordent. Hanc quoque emendationem ante multos annos ipse feceram.

æqualia permutabantur, sed etiam prope æqualia. Velut quod apud Plutarchum de cohibenda ira c. 15 (p. 463 A) inter affectus, quibuscum ira comparatur, pro timore nominatur cædes (*φόνου δὲ καὶ χείρων ἐστί* pro *φόβου*, quanquam callide vertendo substituitur homicidii affectatio, quasi is affectus sit), non sane ex similitudine litterarum *B* et *N* natum est. sed ex totarum vocum, itemque quod apud Xenophontem hist. gr. VI, 5, 3 pro *πάλιν* (*ἐψηφίσαντο μίαν πάλιν τὴν Μαντίνειαν ποιεῖν καὶ τειχίζειν τὴν πόλιν*) scriptum est *πόλιν* cum vitiosa eiusdem vocis repetitione et obscurato eo, quod caput rei erat, et quod apud Lucianum Hermot. 30 in re apertissima pro *ἀπόντων* (*ὥστε οὐκ ἐχρῆν ἀπόντων καταγιγνώσκειν οὐδὲ ἐρήμην ἡμῶν καταδιαιτᾶν*) substitutum est *ἁπάντων*. (Pars an omnes condemnentur, ad rem non pertinet.) Contra in *Π* et *T* in certo scripturæ genere similitudo ipsarum litterarum valere potuit, quibus permutatis apud Platonem in symposio p. 200 A scriptum est *ὅτου* pro *ὅπου* (*φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος, ὅπου*. memor, ubi condideris, ut depromere possis: amorem semper esse alicuius, dictum erat, non, cuius esset:) et in Gorgia p. 485 E *διαπρέπεις* pro *διατρέπεις* (*καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διατρέπεις μορφώματι*, pervertis et dedecoras; prorsus absurde et sine ulla vera sententia dicitur *φύσιν διαπρέπειν μορφώματι*) et alia alibi corrupta. Suetonius Claud. 44 scripserat de morte Claudii ab Agrippina festinata: Prius agitur. quam ultra progrederetur, præventus est ab Agrippina, quam præter hæc conscientia quoque nec minus delatores multorum criminum urguebant, id est, ad festinandum impellebant. Substitutum est arguebant. Num igitur illa, quæ antea Suetonius de Claudio narrat, Agrippinam arguebant?[1]) Abstineo

[1]) Contrarium mendum (urguebatur pro arguebatur) apud Tacitum ann. VI, 29 (35) Ernestius sustulit.

exemplis, in quibus confirmo et conformo permutantur. Valerius Maximus III, 7 E. 6 Prusiam ridens, qui in re bellica plus extis quam Hannibali credidisset, sic scripsit: Et sane, quod ad exploranda bellica artificia æstimandosque militares ductus attinebat, omnes foculos, omnes aras Bithyniæ, Marte ipso iudice, pectus Hannibalis prægravasset. Pro eo scribitur in codicibus editurque ab omnibus bellica sacrificia, prorsus ridicule, quasi in Hannibale sacrificiorum peritia laudetur et ea recte aut saltem tolerabiliter cum militaribus ductibus coniungantur, ac non hoc ipsum Valerius dicat, bellicam Hannibalis peritiam omnibus sacrificiis præferendam fuisse. Communes litteræ ificia alterum vocabulum obiecerunt; etsi etiam, cum a littera semel scripta factum esset bellicartificia, vocabulum capite truncum prava coniectura, quod de extis aliquid præcesserat, suppletum esse potest. Senecæ quidem de constantia sap. 15, 3 sola nocuit similitudo, qui cum per figuram, ut solet, experimentum capere iubens sic scripsisset: Quære et aspera et quæcunque toleratu gravia sunt audituque et visu refugienda; non obruetur eorum cœtu et, qualis singulis, talis universis obsistet, substituto quare pro quære perturbata plane oratio est, cui frustra nuper incredibilem anacoluthi speciem adhibuerunt (quare aspera .... non obruetur); superiores interpolatione temeraria usi erant (quare etsi aspera ... quantumcunque ... sint). Una littera longius *πελάγιος* apud Strabonem bis pro *πλάγιος* positum est, primum III p. 167: *εἰσὶ δὲ καὶ πλάγιαι μᾶλλον αἱ Πιτυοῦσσαι καὶ πρὸς ἑσπέραν κεκλιμέναι τῶν Γυμνησίων* (magis ad alterum latus versæ; Germanice dicas: liegen mehr seitwärts); *πελάγιαι* et *πελάγιαι μᾶλλον*, ut scribitur et editur, iure tam mirum Meinekio in insulis visum est, ut stellulam apponeret; deinde V p. 244, ubi editores adeo nesciunt, quid faciant verbis *τὴν*

ἀπολαμβανομένην μέχρι Μισηνοῦ γῆν ἀπὸ τῆς πελαγίας τῆς μεταξὺ Κύμης καὶ αὐτοῦ, ut prorsus deleri velint τῆς πελαγίας. Scriptum fuerat ἀπὸ τῆς πλαγίας, a linea transversa inter Cumas et ipsum (lacum Avernum)[1]). Una littera brevius, sed simul pervagatius verbum subiectum est pro non raro sane nec ignoto apud Velleium Paterculum, qui II, 103, 3 sic scripserat: Lætitiam illius diei (quo Tiberius ab Augusto adoptatus est) vix in illo iusto opere abunde persequi poterimus, nedum hic implere tentemus. [Contenti simus] id unum dixisse, quam ille omnibus faverit. (Enumerat deinde bona omnis generis inde sperata et nata.) Scribitur nunc fuerit et tentatur supplementum (omnia omnibus fuerit) nec Latinum (omnia esse alicui) nec sententiæ aptum; nam neque dies, de quo agitur, neque Tiberius omnia omnibus fuit, etiamsi id Latine diceretur[2]). Valerius Maximus III, 5, 4 Q. Hortensium dixerat in maximo et ingeniosorum civium et amplissimorum proventu summum auctoritatis atque eloquentiæ gradum optinuisse; substituto ingenuorum et eloquentiæ significatio periit (— itaque Halmius post amplissimorum addidit oratorum —) et ridicule tanquam memorabile ponitur, aliquando multos fuisse ingenuos; qua enim ætate populus ex libertinis potissimum constitit? Transpositas litteras habent voces apud Plutarchum commutatæ in Sullæ c. 17, ubi in codicibus est: Ἀμφότεροι δὲ ταὐτὰ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ ὀμφῆς ἔφραζον, id est, περὶ τῆς τοῦ θεοῦ

---

[1]) Tertii loci idem mendum corrigam, ubi ordine eo ventum erit.

[2]) Dico pro disco positum correxeram ante multos annos apud Senecam Rhet. in præfat. libri V controversiarum p. 319 Bip. Nunc rectum Bursianus e codicibus restituit. In aveo et habeo præter illam litterarum b et v pronuntiandi similitudinem, quam supra commemoravi, accedebat alterius verbi minus frequens usus.

μορφῆς. Nam de dei forma et specie agi satis declarant, quæ subiiciuntur: τῷ γὰρ Ὀλυμπίῳ Διΐ καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον ἰδεῖν ἔφασαν. Neque ὀμφὴν in prosa oratione aut Plutarchus aut quisquam tolerabilis scriptor dixit. (Editores fere omittunt τοῦ θεοῦ, tenent ὀμφῆς.) Apud Senecam ep. 118, 7 similiter transpositæ litteræ; nam cum scripsisset: maiorque pars (hominum) miratur ex intervallo fallentia, et vulgo nova pro magnis sunt, codices et editiones bona habent; quam inepte bona cum ex intervallo fallentibus coniungantur et quam incredibile sit, Senecam queri bona haberi pro magnis, non animadvertitur, ne quid dicam de toto disputationis contextu[1]). Sed in his, quæ attuli, exemplis aut sola aut prope sola similitudo erroris causa fuisse videtur; afferamus unum et alterum, in quo appareat simile simili, sed notius et tritius paulo minus trito (nec tamen utique ignoto aut raro) substitutum esse; sed argutioribus abstineamus, quale est, quod suo loco in Platonis sophista p. 240 D aperiam, nunc tantisper in latibulo iacere patiar, si quis interim ipse protrahere possit; apertioribus utamur, ipsius Platonis primum. Nam in r. p. IX p. 587 E, postquam Socrates ludens, qua numerorum proportione rex tyranno beatior sit, exposuit, Glauco, Ἀμήχανον, ἔφη, λογισμὸν καταπεφόρηκας τῆς διαφορότητος τοῖν ἀνδροῖν, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου, πρὸς ἡδονήν τε καὶ λύπην. Quid sit καταφορεῖν (quo verbo Plato Atticique scriptores omnino abstinent) λογισμὸν διαφορότητος, nemo erit, qui recte expediat; Plato repertam et deprehensam proportionem dixit, duabus vocalibus aliter scriptis: κατωπεφώρακας. Quod eiusdem operis lib. VIII p. 560 A scribitur: καί τινες τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν διεφθάρησαν, αἱ δὲ καὶ ἐξέπεσον, αἰδοῦς τινὸς

[1]) Bonos pro novos recte Gronovius restitui iusserat quæstt. nat. III, 25, 4; obtemperatum non est.

ἐγγενομένης ἐν τῇ τοῦ νέου ψυχῇ, neque corrumpuntur cupiditates pudore orto et, si vertas intereunt (quomodo διαφθείρεσθαι de excisis et exstirpatis non dicitur), falsum id esse ostendit, quod additur quasi maius et gravius: αἱ δὲ καὶ ἐξέπεσον. Scripserat Plato διετράπησαν, victæ et confusæ desistunt; id est enim διατρέπεσθαι. Plutarchus adversus Stoicos c. 35, 4 (p. 1077 B) Stoicos dixit putare mundum post conflagrationem in semen conversum iri (— μεταβαλεῖν recte Wyttenbachius pro μετέβαλε —), ita ut ex minore corpore et mole magnam haberet fusionem, hoc est, late se denuo panderet: χύσιν ἔχοντα πολλήν. Substitutum est φύσιν, quod (πολλὴν ἔχειν φύσιν) nihil est[1]). Paulo longius a litteris discessum in libello eodem 32, 1 (p. 1075 E), ubi Stoici Epicurum incessentes omnibus indignantium vocibus et exclamationibus uti dicuntur; scribitur enim: οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν πραγμάτων, ἰοὺ ἰού, φεῦ φεῦ βοῶντες. Apparet nihil hic agere τὰ πράγματα. Scripserat Plutarchus: οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν κεκραγμάτων, vocabulo Aristophanis utens. Idem de animi tranqu. c. 18 (p. 476 B) sapienti licere dixit, facta commodorum et incommodorum comparatione, τῆς μὲν ἀρεστῆς καὶ οἰκείας μερίδος ἐπικρατούσης, ἡδέως ζῆν, τῶν δὲ ἀλλοτρίων καὶ παρὰ φύσιν ὑπερβαλλόντων, ἀδεῶς ἀπελθεῖν. Virtuti (— nam in codicibus et editionibus scribitur ἀρετῆς, quo posito debebat saltem scribi καὶ τῆς οἰκείας μερίδος —) in hac comparatione nullus est locus[2]). Strabo VI p. 269 e Syracusarum divitiis natum esse ait proverbium de iis, qui sumptuose viverent, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσσίων δεκάτη. Corruptum esse ἐκγένοιτο consen-

[1]) De defectu oracul. c. 40 init. (p. 432 C) δύναμις σύμφυτος καὶ ἀμυδρὰ καὶ δυσφάνταστος appellatur, quæ a Plutarcho σύγχυτος καὶ ἀμυδρά, confusa et obscura, appellata erat.

[2] Ἀρεστός, ne quis de eo dubitet, legitur apud Plutarchum Pelopid. c. 21.

tiunt Kramerus et Meinekius et satis patet; quæ enim hominum luxuria ex eo significatur, quod iis non eventura sit decima Syracusanorum? medicina nondum reperta est, quæ non difficilis est; scribendum est enim ἐξικνοῖτο, non suffecturam iis (in talibus sumptibus) decimam Syr. Est tamen hoc mendum Stephano Byzantino antiquius. Apud eundem Strabonem I p. 16 Hipparchus eum, qui omne genus scientiæ et artis Homero tribuat, similiter facere ait, ὡς ἄν εἴ τις Ἀττικῆς εἰρεσιώνης κατηγοροίη καὶ ἃ μὴ δύναται φέρειν, μῆλα καὶ ὄγχνας. Alienissimum a re accusandi verbum est; requiritur et sententiam explet unum καταρτῴη, suspendat. Adiungamus etiam poëtæ exemplum. Nam Sophocles in Trachiniis 323, ubi Lichas Iolên dicit, si quid loquatur, prorsus a superioris temporis consuetudine discessuram, neque στόμα διοίσει posuit, quod nihil esse consentiunt, neque διήσει (— nam aliud est φωνὴν aut γλῶσσαν ἱέναι, aliud διιέναι, id est nihil —), sed sic scripsit:

> οὔ τἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου
> χρόνῳ διοίξει γλῶσσαν.

Non tam ipsius verbi quam formæ alicuius minus tritus usus apud Lucianum Abdic. 17 effecit, ut substitueretur aliud verbum una littera longius, una præterea differens. Editur enim: Ὅταν γοῦν πολλάκις ποιήσωμεν ἤδη πλησίον γενέσθαι τοῦ τέλους καὶ ἐλπίσωμεν, ἐμπεσόν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπακμάσαντος τοῦ πάθους, ἅπαντα ῥᾳδίως ἐκεῖνα ἀνέτρεψεν, quam nulla sententia, ostendere potest Gesneri interpretatio (cum enim sæpe effecimus, ut prope finem simus, cum speramus, cet., etsi ποιῶ γενέσθαι πλησίον Græcum omnino non est hoc significatu); bonus Marcilius scribi voluerat οἰήσωμεν, barbaram formam ponens, sententiam videns; Lucianus posuerat οἰηθῶμεν. E Latinis Seneca cons. ad Marciam 17, 6 naturam dicentem inducit, incertum esse, numquid liberi nati fructus lætitiæque allaturi sint: Tu si

filios sustuleris, poteris habere formosos, et deformes poteris; fortasse muti nascentur. Pro muti substitutum multi, quod cum ferri non posset, editores varie locum interpolarunt[1]). Gellius XII, 2, 14 Senecæ dicendi genus reprehendens, adolescentium, inquit, indolem non tam iuvant, quæ bene dicta sunt, quam inficiunt, quæ scævissime. Substituto sæpissime periit sententia, periit contrariorum apta inter se relatio. Alius quæ male dixisset; Gellius neque tam miti et simplici verbo neque positivo contentus fuit. Apud Ovidium, ut Latini quoque poëtæ exemplo utar, metamorph. IV, 139 sqq. de Thisbe Pyramum lugente hæc leguntur:

Et laniata comas amplexaque corpus amatum
Vulnera supplevit lacrimis fletumque cruore
Miscuit.

Quid sit vulnera supplere lacrimis, nemo dixit dicetve, ut intellegi possit; nam quod Gierigius idem dicit esse atque fletum cruore miscere, ea non enarratio est[2]). Ovidius scripserat sublevit (lavit), hoc est, quod XIII, 490 dicitur, lacrimas in vulnera fudit.

De permutatione similium, quæ in utroque sermone in certis quibusdam vocibus (ut κλεινός, κοινός, καινός, πάλιν, πάλαι, πόλιν, quæso, quasi, utile, vile, subtile, etc. maximeque in particulis, ut ἄν, αὖ, ὡς, ἕως, καὶ τά, κατά, ut, et, etiam in et, ei) amplissimam habet materiam et quibusdam prope infesta est (ut ἁμωσγέπως, ἔπα), satis dictum erit, si addiderimus, etiam terminationes quasdam esse verborum, quæ, quia non valde dissi-

[1]) Mutis pro multis recte Gruterus restituit in libro de vit. beata 2, 3.

[2]) Statius, tumidus poëta et omnia ridicule exaggerans, Theb. III, 130 vulnera alta lacrimis repleta habet; sed longe aliud esset suppleta, ut lacrimæ pro vulneribus essent.

militer cadant, deficiente etiam in extrema parte vocabuli longioris memoria aut animi intentione, sæpe a librariis ad grammaticam sententiæ formam non attendentibus aut regulæ ignaris confundantur, ut *ται* et *σθαι*, *σαι* et *σθαι*, runt, rint, *ως*, *οις*, ne *σειν* et *σαι*, *σεσθαι* et *σασθαι* h. l. attingam[1]).

Alterum erroris genus diximus esse in verbis male separandis aut continuandis. Nam cum apud veteres, ut in antiquissimis nostris codicibus, continua omnia scriberentur, nulla verborum distinctione, tum, cum verba separata scribi cœpta sunt, facile aut ex primis aliquot litteris species vocabuli integri obiiciebatur idque separatim scribebatur aut, cum non insisteretur, ubi oportebat, ex duobus pluribusve unum conflabatur vocabulum. Sed cum in priore erroris specie relinquerentur litteræ sensu cassæ, in altera interdum tantum pars sequentis vocabuli ad prius traheretur, ut reliquæ litteræ eodem modo superessent, prope necessario statim adiungebatur conatus aliquis corrigendi, ut litteras addendo, detrahendo, mutando saltem verborum Græcorum Latinorumque forma, etsi neque oratio recte cohærens neque sententia, oriretur. Ad perficiendum quoque illud, quod primum animo obiectum erat, vocabulum

---

[1]) *Βιώσεται* pro *βιώσεσθαι* scribendum est apud Plutarchum de sera numinis vind. 22 (p. 56 F), *προστρίβεται* pro *προστρίβεσθαι* de Pyth. orac. 3 (p. 395 E), contra *συμβιώσεσθαι* et *στρατεύσεσθαι* pro indicativis de Stoic. repugn. 20, 3 (p. 1043 C). Apud Pausaniam II, 1, 2 pro *ἀνοικίσαι* altero loco scribendum est *ἀνῳκίσθαι*. Nam si activum de Cæsare Pausanias posuisset, non addidisset *ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ*. (Scribendum *αὑτοῦ*.) Aliæ terminationes permutantur propter obscuram aut non intellectam notam, ut cum tacebunt pro tacebuntur scribitur. In quibusdam codicibus, ut in Senecæ philosophi antiquis aliquot, interdum vocabula, festinante librario, extrema parte truncantur, ut cons. ad Marc. 11 extr. in A (Fickerti notis utor) est paucissimo circuitus annor, id est, ut editur, paucissimorum circ. annorum. Hinc aliquoties correctio petetur.

sæpe litteræ aliquot mutabantur. Atque etiam ante, quam verba scribendo separabantur, in legendo hi errores accidere poterant et scribentem turbare et ad mutandas litteras impellere. Itaque multiplex nascitur confusio. Rarissime enim omnes litteræ supersunt, tantum male divisæ, ut apud Platonem r. p. VII p. 519 B, ubi optimi codices (Par. A et alii) sic scriptum habent: (αἱ μολυβδίδες) περὶ κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν, Plato ipse περικάτω legi voluerat, usus popularis sermonis adverbio, quo significabatur summis ad imum versis, capite deorsum verso (kopfunter), quod Aristophanes κατωκάρα dicit. Id adverbium Photius in lexico (περικάτω τραπήσεται) συνήθως λέγεσθαι scribit; usus eo est et antiquos et communem sermonem sequens Plutarchus de facie in orbe lunæ 28, 8 (p. 943 D), ubi editur: ἐνίας δὲ καὶ τῶν ἐκεῖ (ψυχῶν) περὶ[τὰ]κάτω τρεπομένας οἷον εἰς βυθὸν αὖθις ὁρῶσι καταδυομένας. Recte codices περικάτω τρεπομένας. (Platonis editores ex interpolatis codicibus tenuerunt περὶ τὰ κάτω. Hermannus κάτω, deleto περί.) In Sophoclis Antigon. 205 sq. αἰκισθέντ' pro αἰκισθέν τ' scriptum (καὶ δέμας ἰδεῖν πρὸς οἰωνῶν καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέν τ') fecit, ut pravæ et miræ excogitarentur verborum iuncturæ. Illud pæne incredibile, apud Xenophontem in Cyrop. II, 4, 17 etiamnunc edi: οὓς σὺ λαβὼν εὐθὺς ἀνίοις pro εὐθὺς ἂν ἴοις, cum præsertim et ἀνιέναι ad rem ineptum et sine ἄν oratio soloeca sit, quanquam non deest, qui defensorem citet nec qui citetur. (Mitem iubendi esse formam ἴοις ἄν, notum est.) Sed gravissimi vulneris speciem habet Strabonis locus II p. 110, ubi de homine mathematicæ et geographicæ subtilitatis experti hæc dicuntur: ἀνατέλλοντα μὲν γὰρ ὁρᾷ ἥλιον καὶ δύνοντα καὶ μεσουρανοῦντα, τίνα δὲ τρόπον, οὐκ ἐπισκοπεῖ, (οὐδὲ γὰρ χρήσιμον αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ παράλληλον ἑστάναι τῷ παρεστῶτι ἢ μή) τάχα δ' ἐπισκοποῖ μὲν ἄν τι, δόξει δ' ἐν τοῖς

μαθηματικῶς λεγομένοις καθάπερ οἱ ἐπιχώριοι. Nec potentialis modus (ἐπισκοποῖ ἄν) rationem habet (et in codicibus solis fide dignis est ἐπισκοπεῖ) nec τι, quid vero sit (ut de futuro tempore nihil dicam) δοκεῖν ἐν τοῖς μ. λ. aut etiam δοκεῖν τοῖς μ. λ., ne fingi quidem tolerabiliter potest. Conflemus igitur tria divulsa; clarum erit et perspicuum, quod nascetur: τάχα δ' ἐπισκοπεῖ μέν, ἀντιδοξεῖ δὲ τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις. Nam corrupto verbo additum est ἐν[1]). Ne apud Senecam quidem epist. 89, 4 quicquam ex litteris periit, sententia tota, quem locum Haasius (nam superiores delendo grassati erant) sic scriptum edidit: Philosophia unde dicta sit, apparet; ipso enim nomine fatetur. Quidam et sapientiam ita ** quidam finierunt, ut dicerent divinorum et humanorum scientiam. Seneca scripserat verbis ludens: ipso enim nomine fatetur, **quid amet** (se esse sapientiæ amorem). Sapientiam ita quidam finierunt cet.[2]). Sed hoc, ut dixi, rarum. Una tantum littera intercidit apud Thucydidem VIII, 46, ubi cum is scripsisset: εὐτελέστερα δὲ τάδ' εἶναι (facilius esse et minoris constare id, quod ipse svaderet) βραχεῖ μορίῳ τῆς δαπάνης .... περὶ ἑαυτοὺς τοὺς Ἕλληνας κατατρῖψαι, librarius effecit εὐτελέστερα δὲ τὰ δεινά, multumque editores vexavit, e quibus nuper Kruegerus εἶναι subesse suspicatus est, litteras ταδ abiiciebat[3]). Apud Platonem, cuius alios locos paulo subtiliori

---

[1]) Obtemperatum oportuit Bekkero, in Platonis r. p. IX p. 578 C δυστυχήσῃ (si mala fortuna usus fuerit) scribi iubenti pro δυστυχὴς ᾖ. Sed ipse idem corrigere debuit VIII p. 561 A (εὐτυχήσῃ καὶ μὴ πέρα ἐκβακχευθῇ pro εὐτυχὴς ᾖ).

[2]) Hanc emendationem ante aliquot annos adumbravi et adolescentibus reperiendam proposui in libro trimestri Danico (Tidskrift for Philologi) V, 24 et reppererunt complures.

[3]) Huius loci emendationem cum ante plus viginti annos (duobus, ni fallor, ante 1848) Ioanni Classenio Haunise monstrassem, in idem se incidisse dixit.

disputatione egentes tractabimus, cum ad ipsum in ordine ventum erit, de legg. XII p. 967 A ex *οἴονται* natum esse *οἷόν τε* ostendam paulo post, ubi eundem locum propter accommodationis errorem commemorabo. Littera una mutata est apud Strabonem VI p. 257, qui de Rhegio condito sic scripserat: *ὡς δ' Ἀντίοχός φησι, Ζαγκλαῖοι μετεπέμψαντο τοὺς Χαλκιδέας· καὶ οἰκιστὴν Ἀντίμνηστον συνέστησαν* (dederunt)· *ἐκοινώνησαν δὲ τῆς ἀποικίας Μεσσηνίων φυγάδες τῶν ἐν Πελοποννήσῳ.* Librario ex primis verbi litteris obiecta est species pronominis *ἐκείνων*, itaque una littera mutata scripsit, ut editur: *συνέστησαν ἐκείνων· ἦσαν δὲ* —, pronomine vitioso (debebat enim, ut aliqua esset sententia, esse *ἐξ ἑαυτῶν*), vitiosa etiam proxima oratione; neque enim Græcum est *εἶναι τῆς ἀποικίας* pro *μετέχειν* aut *κοινωνεῖν*[1]).

Plutarchi quæstiones convivales etsi merito a paucissimis perleguntur, tamen mirere in libro a Wyttenbachio et Duebnero edito hæc relicta esse V, 3, 2, 6 (p. 676 E), ubi inducitur rhetor cum falsa specie doctrinæ de coronis in ludis Isthmiis disserens, ne ad Græcorum quidem verborum speciem (*κατευμαι*) adducta: *Ἦ ταῦτα, εἶπεν, οὐκ ἀνέγνω κατευμαί σοι τὴν πίτυν, ὡς οὐκ ἐπείσακτον οὐδὲ νέον ἀλλὰ πάτριον καὶ παλαιὸν δὲ στεμμάτων Ἰσθμίων σεμνύνοντες ἐκίνησεν οὐ νέους ὡς ἂν πολυμαθὴς ἀνὴρ καὶ πολυγράμματος.* Primum una vocali mutata (*α* in *ε* in illo *κατευμαι*), litterisque ter recte divisis habebimus hominem orationem sic superbe interrogatione terminantem: *Ἦ ταῦτα, εἶπεν, οὐκ ἀνεγνώκατε ὑμεῖς οἱ τὴν πίτυν ὡς οὐκ ἐπείσακτον οὐδὲ νέον, ἀλλὰ πάτριον καὶ παλαιὸν δὴ* (sic scribendum: scilicet) *στέμμα τῶν Ἰσθμίων σεμνύνοντες;* Deinde Plutarchus effectum gloriosæ orationis ostendit: *Ἐκίνησεν οὖν νέους* (*τοὺς νέους?*) *ὡς ἂν*

---

1. Idem Strabo I p. 20 non scripsit *τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πρὸς βορρᾶν καὶ ζοφώδη*, sed *πρόσβορρον καὶ ζοφώδη*.

πολυμαθὴς ἀνὴρ καὶ πολυγράμματος. Tum, quomodo species glorioso homini detracta sit, narrat (Ὁ μέντοι Λουκάνιος κ. τ. λ.). Prorsus memorabile exemplum vocis paulo rarioris in tres cum aliqua litterarum mutatione distractæ habet eiusdem Plutarchi vita Pyrrhi c. 3, ubi de Glaucia Illyriorum rege, ad quem Pyrrhus infans a custodibus fugientibus delatus erat, sic scribitur: Ὁ δ' ἦν ἐπὶ γνώμης Κάσανδρον δεδοικὼς ἐχθρὸν ὄντα τοῦ Αἰακίδου (Pyrrhi patris) καὶ σιωπὴν εἶχε πολὺν χρόνον βουλευόμενος. Neque Græce ullo exemplo dicitur εἶναι ἐπὶ γνώμης, et si diceretur, ut esset deliberare, manifesta esset tautologia in proximo βουλευόμενος. Plutarchus scripserat: Ὁ δ' ἠμφιγνώμει (incertus sententiæ erat). Idem in Nicia c. 9 postquam dixit aliquamdiu e variis indiciis intellectum esse, Lacedæmoniorum et Atheniensium animos belli tædere, postremo quid factum sit, his verbis ponit: ἔπειθ' οὕτω περὶ παντὸς εἰς λόγους συμβάλλοντες ἐποιήσαντο τὴν εἰρήνην. Et inepte per se de omnibus rebus collocuti esse dicuntur, neque hoc recte superioribus respondet neque ipsum in Græcis verbis inest; necessario enim scribendum erat περὶ πάντων. Sed Plutarchus scripserat: ἔπειθ' οὕτω περιφανῶς εἰς λόγους συμβάλλοντες ἐ. τ. εἰρ. Ut ad Latina exempla transeam, quam sæpe Livii librarii e prima syllaba verbi quiesco et adiectivi quietus pronomen qui effecerint, ceteris pessundatis, dictum est in emendatt. Liv. p. 617 et in præfat. Livii a me editi vol. IV fasc. I p. 13. In Taciti quoque codice Mediceo XIV, 22 pro quieti urbis scribitur qui e turbis[1]); sed mansit mendum ex eadem causa paulo alia forma natum in ann. XIV, 26, ubi editur: unde (legati Hyrcanorum) vitatis Parthorum finibus patrias in sedes remeavere. Quin et Tiridaten per Medos

[1]) Contra apud Val. Max. IV, 7 E. 2 codex optimus quietam habet pro qui ea.

extrema Armeniæ intrantem . . . abire procul ac spem belli omittere coëgit. Prorsus ineptum est quin in transitu ad aliam rem prorsus diversi a superiore generis et ubi ne minima quidem est ascensus ad maius significatio. Scripserat Tacitus: remeavere quieti. Tiridaten cet. Apud Gellium VI (VII), 3, 34 in codicibus sic scribitur: Usum esse Catonem dicit (Tiro) . . . argumentis parum honestis ac non viri et qui alio fuit, sed vafris ac fallaciosis. Ex his fit facillime: ac non viri æqui (equi) alioqui, sed vafris ac fallac. Cum alio a qui separatum esset, hoc transiit in fuit, mediis duabus litteris servatis. Quam necessarium esset alioqui, senserunt, qui sic ediderunt: viri eius, qui alioqui fuit. Ceterum apud Latinos paulo rarior hæc videtur esse, quam apud Græcos, erroris species, in qua longioris vocabuli prima pars pro integra voce ponitur; alterius illius, in qua vox integra conflatur cum sequenti aut aliqua sequentis parte, exempla videamus. Apud Plutarchum quæstt. conv. IV, 5, 2, 2 (p. 670 A) editur: *Τὴν δὲ ὓν ἀποχρησῆσαι καὶ τιμᾶσθαι λέγουσι*, et additur deinde causa, cur honos sui habeatur. Ex verbo inaudito et particula καὶ fit *ἀπὸ χρηστῆς αἰτίας τιμᾶσθαι.* Sed prorsus eodem errore, quo hic in libro exigui pretii, verbum non minus barbarum natum est apud nobilem poëtam, Euripidem, in Heraclidis 495 (nam Nauckium quattuor versus sibi molestos facili delendi opera amolientem non moror), ubi cum poëta scripsisset: *εἰ μή τι τούτων ἐξ ἀμηχάνων ἡμεῖν* (nisi ex his difficultatibus nos expediemus), conflato *ἐξαμηχάνων*, corrigendo futuri temporis aliqua forma efficta est (*ἐξαμηχανήσομεν*). In Plutarchi Cimone c. 2, ubi in vitis hominum narrandis potissimum in pulchris factis commorandum dicit, hæc scribuntur: *ἐν τοῖς καλοῖς ἀναπληρωτέον ὥσπερ ὁμοιότητα τὴν ἀλήθειαν.* Sed nihil omnino est explere veritatem tanquam similitudinem (quasi similitudo sit); ipsa veritas (die Wirklichkeit), quam simillime fieri potest, *exprimenda est*, idque Plutarchus

dixit: *ὡς παρομοιότατα*. Ex *ὡς παρ* factum *ὥσπερ*, eo facilius, quod adiectivum compositum minus tritum erat quam simplex, tum *ὁμοιότητα* propter *ὥσπερ*. Apud Lucianum navig. 32 editur: *οὐδεὶς γὰρ ὁ ἐναντιωθησόμενος ἡμῖν τὰ ὅπλα τοσούτοις οὖσιν*. Ut ferri posset, quod ferri non potest, inauditum *ἐναντιωθήσομαι* pro *ἐναντιώσομαι*, tamen nemo *ἐναντιοῦσθαι* transitive dixit (*τὰ ὅπλα*); dividamus et unam litteram corrigamus; habebimus verum: *ἐναντία θησόμενος ἡ. τὰ ὅπλα*. Longius progressa est interpolatio ex prava separatione et copulatione orta apud Plutarchum adv. Colotem 28, 5 (p. 1123 E), ubi assensum retinere (Academicorum recentiorum more) rectum esse dicitur, *εἰ μηδὲν ἄλλο, τήν γε διαφωνίαν ταύτην* (philosophorum de veritate *τῶν φαντασιῶν*) *λαβόντας αἰτίαν ἀποχρῶσαν ὑπονοίας πρὸς τὰ πράγματα καὶ οὐδὲ οὕτως ὑγιὲς οὐδὲν, ἀσάφειαν δὲ καὶ ταραχὴν ἔχοντα πᾶσαν*. Sententia, quæ recta esset, si scriberetur tantum *πρὸς τὰ πράγματα ὡς οὐδὲν ὑγιὲς . . . ἔχοντα*, interpositis illis *καὶ οὐδὲ οὕτως* prorsus perimitur. Sed in illis primum latet ipsum illud, quo carere non possumus, *ὡς*, deinde, illo seiuncto, efficitur aptissime: *ὑπονοίας πρὸς τὰ πράγματα καὶ δέους ὡς ὑγιὲς κ. τ. λ.* Cum ex *δέους* (quod *ους ὡς* coaluerant in *οὕτως*) solum superesset *δε* post *καί*, factum *καὶ οὐδέ*. Apud Senecam de vita beata 13, 3, ubi docet Epicuro, si honesta tueri velit, abiiciendum esse voluptatis nomen et titulum, sub quo disciplinam constituerit, sic scribitur in codicibus fide dignis (nam interpolatos et quæ inde nata sunt in superioribus editionibus, omittamus): Titulus itaque honestus eligatur et inscriptio ipsa excitans animum quæ statim venerunt vitia. Haasius, ut speciem (satis profecto malam) sententiæ efficeret, quinque verba interposuit, nulla, cur omissa essent, significata causa; videamus nunc, quam facile omnia in ordinem redeant: Titulus itaque honestus eligatur et inscriptio ipsa excitans animum; quæ **stat, invenerunt**

vitia. Voluptatis tanquam summi boni inscriptionem a vitiis ad se obtegenda inventam ait. Apud eundem de clementia I, 12 sic Haasius edidit: Sed mox [de Sulla] consequemur, quomodo hostibus irascendum sit utique si in hostile nomen cives et ex eodem corpore abrupti transierint. Bellam vero orationem: consequemur, quomodo irascendum sit! Seneca scripserat: Sed mox de Sulla, **cum quæremus**, quomodo cet. Ad illum locum differt etiam de Sulla iudicium. Ex conqueremus natum consequemur. (Cfr. persequeretur substitutum in codicibus pro per se quæreretur apud Livium XL, 12, 11.) Tertium ponam eiusdem Senecæ exemplum (nec copiam exhauriam), qui epist. 91, 11 in incendio montis describendo his verbis usus erat: Vasta vis ignium colles, per quos relucebat, erosit et quondam altissimos vortices, solatia navigantium ac speculas, ad humile deduxit, apte duobus accusativis et duobus verbis copulatis. Cum vasta vis conflatum esset, littera extrema mutata, in vastavit, ex ignium, quod optimus codex servavit, natum est ignis, turbata tamen membrorum orationis cohærentia, quam Haasius ut restitueret, ex ignium fecit ignis solum quattuor litteris adiectis, inciditque in vitiosam copulationem: vastavit ... erosit et ... deduxit. (Superiorum interpolationes hic ut alibi omitto.) Senecæ addamus Festum, apud quem hoc errore natum est vocabulum non tantum ipsa longitudine mirabile: Præciamitatores dicuntur, qui flaminibus ... antecedentes exclamant cet. Id nomen ex præciæ (qui apud Paulum p. 224 Muelleri appellantur) et alio conflatum esse, iam Scaliger intellexit, modo ne metatores posuisset, quos hinc alienos esse recte iudicatum est, sed viatores, qui aptissimi sunt. Hic tamen error Paulo antiquior est, apud quem totidem litteris præciamitatores ponuntur. Apud Gellium XX, 1, 34 iureconsultus, legem XII tabularum contra Favorinum

defendens, qui „negaverat eum, qui membrum per talionem rumpere vellet, efficere posse rumpendi pariter membri æquilibrium", concedit difficile hoc esse, sed eam legis sententiam esse negat. Concessio ea his verbis concepta est: Verum est, mi Favorine, talionem rarissime fieri [et] difficillime. Codices et non habent; raritas ad rem nihil attinet; agitur de difficultate prorsus paris talionis; itaque primum in raris subest paris, in litteris sime (sume) latet summæ (summe), ut talionem paris summæ habeamus, id est, magnitudinis.

Tertio genere scribæ errabant in litteris, syllabis, verbis, quæ bis eadem aut pæne eadem scribenda erant, semel tantum, quod oculus ea non distinxisset, scribendis aut, quod paulo minus late patet, in geminandis, quæ semel scribenda erant, quod se iam scripsisse obliviscerentur. In litteris syllabisque facillime hoc accidebat in confiniis verborum. Ex Aristotelis politicorum II, 8, 7 (c. 11 sub fin. Bekk.) profertur verbum inauditum et inaudita forma fictum *ἀριστάρχεῖν*. Aristoteles scripserat Græce: *διὸ δεῖ τοὺς δυναμένους ἄριστα ἄρχειν, τούτους ἄρχειν*. Plato cum in Philebo p. 17 D distinxisset *ἕτερα τοιαῦτα ἐνόντα πάθη ἢ γιγνόμενα*, natum est, altero *η* omisso, edituque *ἐνόντα πάθη γιγνόμενα*, ut *γίγνεσθαι πάθη* dicantur, quæ iam insint[1]). Strabo XIV p. 648 scripserat: *Ἀναξήνορα δὲ τὸν κιθαρῳδὸν ἐξῆρε μὲν καὶ τὰ θέατρα, ἀλλ' ἐτίμα μάλιστα Ἀντώνιος*. Semel scripto *μα*, factum est *ἀλλ' ἔτι μάλιστα*, in quo cum Meinekius iure hæsisset, substituit *ἀλλ' ὅτι μάλιστα*, prave posito *ὅτι μαλ.* pro simplici superlativo nec attendens post *ἐξῆρε μὲν* ... *ἀλλ'* requiri alterum verbum. Plutarchus in vita Periclis c. 1 scripserat: *ἐπεὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐκ εὐθὺς ἀκολουθεῖ τῷ θαυμάσαι τὸ πραχ-*

[1]) In Platonis Euthyphrone p. 6 A quantas turbas dederit *ι* semel script um, cum bis scribi deberet, suo loco exponetur.

θεῖν ὁρμή πρὸς τὸ πρᾶξαι (quoniam in ceteris rebus non continuo admirationem facti sequitur studium faciendi). Omisso ἐπὶ genetivus non habet, unde pendeat, sententiaque expediri grammatice omnino nequit. Diodorus Siculus XIV, 53, ubi de Motya, Siciliæ urbe, a Dionysio et Syracusanis capta narrat, Siculienses dixerat ὠμότητα ὠμότητι σπεύδοντας ἀμύνεσθαι omnes sine discrimine ullo sexus aut ætatis occidisse. Omisso nunc ὠμότητι sententia prava est; nam πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι ὠμότητα nihil opus est ipsum sævire. Propter hanc denique errandi causam non paucis scriptorum locis post δή aut δέ excidit δεῖ, de quo mendo alibi dicam. Apud Iustinum (ut ad Latinos convertamur) XV, 2, 8 scribitur perverse: ut appareret eos non odii, sed dignitatis gloria accensos, quod Ieepius (ad XII, 5, 1) mire nescio qua zeugmatis figura excusat, quasi ex gloria alius ablativus ad odii sumi possit; nec tamen odio scribendum, sed, geminata littera, non odiis, sed. Apud Senecam de tranquill. animi 6, 3 quod editur: alius infirmum corpus laborioso pressit officio, neque per se premere corpus officio recte dicitur neque satis exprimit, qui exprimi debet, effectum rei et eventum; is exprimetur, si bis scripta o et p erunt: laborioso oppressit officio[1]). Velleius Paterc. II, 88, 2 de M. Lepidi consiliis Augusti interficiendi a Mæcenate oppressis nunc sic narrare videtur, quasi ob ipsa illa eo demum tempore, quo ea inita essent, Mæcenas urbi præpositus sit (Tunc urbis custodiis præpositus C. Mæcenas); verum et ex historia constat et ex reliqua ipsius Velleii narratione perspicuum est, Mæcenatem, cum iam pridem in ea potestate esset, Lepidi consilia comperisse et prævenisse. Recta omnia erunt retractis quattuor litteris, quæ bis scribi debuerant: con-

[1] Etiam apud Val. Max. IV, 6, 3 debuerat teneri ab Halmio, quod in codice aliquo corrigendo, sed recte corrigendo ortum est, morbo oppressa pro pressa.

silia inierat. Erat tunc urbis custodiis præpositus C. Mæcenas. M. Varronis est fragmentum e Bimarco satira apud Nonium p. 248 sic expressum: Socius es hostibus, socius ita bellum geris, ut bella omnia domum auferas. Restituetur acumen apertissimæ formæ retracta voce, quæ post hostibus excidit: Socius es hostibus, hostis sociis; ita bellum geris cet. Apud Ciceronem de domo 128 codices habent: statuebantur aræ, quæ religionem afferrent ipsi si loco essent consecratæ. Et tota condicio inepta est (— quis enim aras religionem allaturas putare poterat, si non essent consecratæ?) et loco, quod sic positum significare debet recto et apto loco, sententiam non habet; ipsi editores aut delent aut in ipsæ mutant, quod vitiose abundat. Scripserat Cicero: quæ religionem afferrent ipsi ei loco, quo essent consecratæ. Cum excidisset quo post co, etiam ei in si transiit. Excidit quæ post aqua apud Senecam quæstt. nat. II, 25 et 26, qui locus sic scribendus et continuandus est: cum (nubes) sint humidæ, imo udæ, quomodo possunt gignere ignem, quem non magis verisimile est fieri ex nube quam ex aqua, quæ ex nube nascitur? Apparet, quam apte extrema hæc conclusionis causa addantur; vulgo verba Ex nube nascitur sine ulla sententia per se ponuntur, etiam in novi capitis initio. Idem epist. 21, 9 sic scripserat: iubeo illum dividere sententiam et sequor, quod probo (id est, eam partem divisæ sententiæ, quam probo). Eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro, cet. Omisso quod post (se)quor sententia et oratio pessundata est, quam Haasius adiuvare infeliciter studuit. Qui dividi iubet sententiam, non totam sequitur. Paulo longius aberratum est apud Senecam Rhet. p. 172 (153 Burs.): Obiecit patri, quod fratrem abdicasset, non schemate, sed certo. Neque omnino certo obiicere dicitur neque contrarium est ei, quod per figuram et tecte fit. Scriptum erat sed

directo; omisso altero d, ex sed irecto factum est sed certo. Sunt quædam in Latinis codicibus inter se in concursu prope infesta, ut alterum sæpe extrudatur, velut non et con, cuius rei nunc duo exempla sufficiant, alterum Gellii XIV. 1, 19, ubi scribendum est: quærebatque (Favorinus). qui non conveniret (vulgo qui conveniret); nam convenire et fieri debere dicebat; alterum Valerii Maximi I. 1 E 2, ubi e codice omnium principe B, qui a prima manu ita habet: factum Masinissæ animo quidem Punico sanguini conveniens, scribi debet: factum Massinissæ animo quidem, Punico sanguini non conveniens; (vulgo ex interpolatis codicibus edebatur: animo plus quam P. s. conveniens; Halmius coniecit: animo quam P. s. convenientius); tum m in fine vocabuli et initio proximi in, quo errore in fragmento Sallustii apud Nonium p. 489 (hist. III, 15 Dietsch.) scribitur: nam tertia nuno (recte iam alii luna) erat et sublima nebula cœlum obscurabat; scribi debet nam incerta luna erat; numerus ad rem nihil facit. Bis apud Tacitum sic ex impotentia factam potentiam uno loco ostendetur[1]). In his igitur semel scripta, quæ bis (aut tota eadem aut admodum similia) scribi debebant. Contrarii erroris, quem paulo minus late patere dixi, simplicissimum exemplum Strabo præbeat, qui cum II p. 117 posuisset τὰς εὐθείας (rectas lineas) μικρὰ συννευούσας ποιεῖν, hoc est, leniter convergentes, librarius fecit μικρὰς συνν.. quod Kramerus et Meinekius ediderunt, quasi brevitas lineæ quicquam ad rem pertineat (et βραχεῖαι illæ essent, non μικραί); superiores inde a Xylandro μικρὸν, recta sententia. Apud eundem VI p. 280 cum esset: οἱ δὲ σταλέντες κατέλαβον (deprehenderunt) τοὺς Ἀχαιοὺς πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις, geminatis litteris το barbarus natus est

[1]) Altera e duabus vocibus relativis (quod cum, quoniam cum) facile omittitur etiam ob compendiorum similitudinem.

verbi medii usus κατελάβοντο[1]. Ne illud quidem, quod apud Platonem in Politico p. 309 B scribitur κροκώδει διανήματι, vocabulo et inusitato (nemo enim nec διάνημα nec διανήθειν dixit, non magis quam Latine pernere) et inepto ad rem (agitur enim simpliciter de filo), aliam habuit originem; δια enim ex δει natum est. E Latinis apud Ciceronem in oratione II de leg. agr. 33, cum ab ipso scriptum esset: infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis, geminando effectum est conficiendæ de (nam sæpe conficiende scribebatur); pecunia conficitur fruendis vectigalibus, non de fruendis. Apud Valerium Max. IV, 6, 1 editur: Ti. Gracchus anguibus domi suæ mare ac femina adprehensis, vitioso participio (— saltem comprehensis dicendum erat —); sed id ortum est ex deprehensis littera a, quæ præcedit, geminata, tum ex adeprehensis sublato e[2]. In fragmento orationis Scipionis Africani apud Gellium VI (VII), 11, 9, ubi adversarium iubet vitia obiecta sponsione defendere et falsa esse convincere, sic scribitur: Non vis nequitiam (defendere); age, malitiam saltem defendes. Si tu verbis conceptis cet. Et per se prave in huiusmodi provocatione futurum ponitur et propter age; sublato altero s rectum erit: age, malitiam saltem defende. Apud Senecam

[1]) Contra apud Plutarchum in vita Ciceronis c. 4 semel scripto, quod geminandum erat, το natum est activum verbum non minus vitiosum pro medio: ὥσπερ ὄργανον ἐξήρτυε (scr. ἐξηρτύετο) τὸν ῥητορικὸν λόγον. Nam de instrumento, quo quis accingatur, tantum ἐξαρτύεσθαι dici, ostendit, si opus est, ipse Plutarchus Brut. c. 28, Pericl. c. 8, de sollert. anim. 19, 8.

[2]) Contra apud Senecam Rh. p. 95 (80) acutula sententia e contrariis membris: Damnata deiecta est (incesta de saxo), absoluta adscendit corrupta est semel scripto a, tum addito e, ut esset descendit.

de vita beata 23, 4 et ex volet orto et vitiosa facta est oratio (et habebit itaque, copulato et itaque[1]) et sententiæ progressio sublata; primum enim per se dicitur: sic (sapiens) pauper, si potuerit esse dives, volet; tum adiungitur, qua ratione in divitiis se gesturus sit. Quid vitii proximo capite (24, 3) ad formam rhetoricam habeat eadem particula ex iubet orta, non exponam. (Hominibus prodesse natura iubet; servi liberine sint hi, ... quid refert? Vulgo iubet, et servi cet.) Accessit ad geminationem alius error apud eundem in libro de constantia sap. 9, 2, ubi editur irritatis in nos potentiorum motibus, miro sane loquendi genere; sed codices optimi habent motis; semel scripta litteram (otis), efficietur facile rectum: potentiorum odiis. Apud eundem Senecam qui in epist. 89, 13 Ariston Chius appellatur usitato cognomine, quo a Ceo distinguitur, epist. 94, 2 prorsus inusitate Ariston Stoicus dicitur, cum præsertim nulla sit scholæ magis in eo quam in Cleanthe (§ 4) notandæ causa. Sed ex repetita syllaba ston natum Stoicus est, cum Seneca Chius scripsisset. (Alius generis est geminatio, quæ oritur, cum ei, quod prave scriptum est, librarius, errore animadverso, rectum addit nec tamen prius illud delet parcens nitori, quomodo apud Senecam quæstt. nat. VII, 30, 5, cum ab ipso Seneca sic scriptum esset: Quam multa animalia hoc primum cognovimus seculo! quam multa ne hoc quidem! Multa venientis ævi populus ignota nobis sciet, librarius primum ex ne hoc effecit negotia — et erratur alibi non multo aliter, — deinde recte scripsit; et nunc quoque in editionibus utrumque coniungitur: quam multa negotia ne hoc quidem seculo! Quæ, quæso, hæc est negotiorum cognitio, futuro seculo reservata et

[1]) Rectissimum est, ne quis me oblitum credat: itaque et .. et, et .. itaque .. et, hoc quidem apud eos, qui omnino itaque extra primum locum ponunt.

cum animalium cognitione coniuncta? Neque ex alio fonte orta mira penatium mentio apud eundem Senecam de vit. beata 25, 4: iura reges penatium petant; ipse scripserat tantum: iura reges a me petant.)

Quarto genere aberrabant oculi minus attenti omittendo (extra illa, quæ bis eadem aut pæne eadem scribenda erant). In ipsis mediis verbis litteræ et syllabæ omittebantur aut sola festinatione et casu aut alius verbi non dissimilis specie obiecta, ut cognatus hic error sit cum primo, quod supra posuimus, genere. Sola festinatio effecisse videtur, ut apud Plutarchum in vita Crassi c. 11 Romani a Crasso ad collem aliquem occupandum missi in periculum incidisse dicantur indicio duarum feminarum προθυομένων τοῖς πολεμίοις, cum Plutarchus scripsisset προθυμουμένων (quæ faverent et cuperent hostibus); nam προθύειν τινί est deo alicui primum sacra facere, προθύειν (προθύεσθαι) τοῖς πολεμίοις nihil, nec hic sacrorum mentioni ullus locus est; utraque causa valuit, ut moribus pro maioribus scriberetur, quod mendum Bursianum decepit apud Senecam Rhet. p. 110 (93); (amoribus pro a maioribus codex Pal. 1 in Cicer. de fin. II, 115;) accessit tertia ex similitudine syllabarum vicinarum, ut apud Ciceronem de fin. V, 55 pro ætatulis scriberetur etalis. Interdum ambigas, utra ex duabus illis prior fuerit, velut apud Lucianum paras. 39, ubi editur: ὅτι δὲ κατὰ πολλὰ διαφέρει φιλοσοφίας καὶ ῥητορικῆς ἡ παρασιτική, πῶς ἐπιδεικνύεις; sed ita interrogari nullo modo potest, quoniam in multis iam negotiis et vitæ partibus suam artem alteris illis præstare parasitus docuit, nunc transit ad eius in uno aliquo novo genere præstantiam demonstrandam; scriptum fuerat: ὅτι δὲ κατὰ τὰ πολιτικὰ διαφέρει φιλοσοφίας κ. τ. λ. Hoc enim deinceps exponitur, et pace et bello in reipublicæ administratione superiorem et philosopho et oratore parasitum esse. Seneca de benef. II, 34, 1 scripserat:

Primum fecit (aliquid is, quem tu negas quicquam fecisse); bono animo bonum (animum) obtulit et, quod est amicitiæ, ex æquo posuit. Deinde aliter cet. Ex posuit facto post (ex æquo. Post deinde aliter cet) prioris sententiæ etiam forma eversa est (qui enim coniunguntur hæc obtulit et.. ex æquo?), tum mire præcedenti primum subiicitur post deinde[1]). Ab omissis in mediis verbis ad verba tota singula plurave omissa transeamus. Et omittitur interdum in codicibus sic verbum unum et alterum, ut præter neglegentiam festinationemque et casum nulla causa afferri possit; sed tamen in antiquis et accurate scriptis præter paucos, qui hoc genere peccant, velut is, quo uno Livii libri quinque postremi continentur (vid. emendd. Livian. p. 490 sqq. et de codicibus librorum Ciceronis de finibus præfat. nostræ editionis p. L), exceptis minoribus quibusdam voculis, quæ facilius oculos fugiebant, id raro accidit, ut certis et firmis rationibus maxime ex manifesta totius sententiæ forma ei pugnandum sit, qui vocabulo simpliciter addendo codicum mendum corrigere conetur nec causam eius omissi reddat. Plerumque aliqua ex præcedentis aut subsequentis vocis aut partis vocis similitudine causa apparet, etiam in minoribus illis vocibus, velut quod in Græcis codicibus non raro scribitur vitiose ἥκιστα, μάλιστα pro ἥκιστ' ἄν, μάλιστ' ἄν, quo genere testimoniorum quidam incaute utuntur[2]). Sed tamen apud Valerium Maximum IX, 2 E 4 in his verbis: (ui Zisemi Thraciæ regi) neque vivos homines medios secare neque parentes liberorum vesci corpori-

[1]) In Ciceronis III de finib. 44 codex archetypus habuit Postne; in recentioribus recta coniectura scriptum est Potestne.

[2]) Contra etiam ex ἥκιστα oritur ἥκιστ' ἄν. Etiam negandi particulas interdum omitti, de Latinis ostendi ad Cic. de fin. III,

bus nefas fuit, excidisse in altero membro infinitivum activum cum secare copulatum certum est, etiamsi causa omissi afferri nequeat (corporibus cogere nefas fuit); nam, ut constructionem duram et pravam taceam, ipsius tyranni actio et imperium necessario significari debet. (Si fuit vesci cogere corporibus, potuit oculus ad alterum co in corporibus aberrare.) Et ex duabus vocibus universe similibus omissa altera cadit sub id genus, quod proxime tractavimus (semel scribendi); sed si ex duabus tantum initio aut fine similibus altera excidit, tenemus iam genus erroris notissimum, quo propter duas similes voces aut vocum partes intervallo non ita magno positas librarius, oculo a priore ad alteram transiliente, alteramutram cum interpositis omnibus neglegit et excludit. (Ὁμοιοτελεύτου nomen non totam rem comprehendit.) Atque hoc genus erroris in omnium scriptorum codicibus omnibus (ex nostrorum archetypis propagatum) interdum reperitur, in quorundam, velut e Græcis Plutarchi (in moralibus), e Latinis Senecæ late patet, non raro iam animadversum et correctum, (quanquam etiam prave hoc genus emendandi non ita raro tentatum est). Novum exemplum hic ponatur e Plutarchi libello, Non posse svaviter cet., 3, 4 (p. 1087 E), ubi tanquam ex Epicuri mente hæc ponuntur: *Πᾶσα γὰρ ἡδονὴ περὶ ἄρθρα καὶ νεῦρα καὶ πόδας καὶ χεῖρας.* Qui Epicuri sententias vel leviter norunt, sciunt, non in articulis et nervis, arthritidis et aliorum dolorum sede, non in pedibus et mani-

74 p. 473 ed. 2, de Græcis exempla quædam aliis locis ponam; sed in iis quoque valet sæpe aliqua similitudinis causa, ut in non omisso ante con; in Platonis de legg. p. II, 659 B, quem locum mihi ante XL annos in margine correctum Winckelmannus præripuit, ad æ præcedens accessit fortasse gravior causa, comparandi forma negativa et brevis librariis insolens.

bus, podagræ et chiragræ domicilio (et addit Plutarchus post χεῖρας: οἷς ἐνοικίζεται πάθη δεινὰ καὶ σχέτλια, cetera), sed in ventre et pudendis eum voluptatis originem posuisse; scripserat Plutarchus: Πᾶσα γὰρ ἡδονὴ περὶ γαστέρα, πᾶσα δ' ἀλγηδὼν περὶ ἄρθρα καὶ νεῦρα κ. τ. λ., etsi potest etiam post γαστέρα addidisse καὶ αἰδοῖα. Apud eundem in vita Lycurgi c. 30 scribitur: Ἀλλ' ἡ πειθαρχία μάθημα μέν ἐστιν ἄρχοντος (ἐμποιεῖ γὰρ ὁ καλῶς ἄγων τὸ καλῶς ἕπεσθαι κ. τ. λ.). Mire per se obedientia imperantis virtus ponitur, quæ videtur imperio subditi, et mira etiam subiicitur ratio, cur obedientiam imperator d i s c a t. Sed argumentationem supervacuam facit una particula μέν, alterum membrum desiderari ostendens; huiusmodi enim fuit sententia et oratio Plutarchi: Ἀλλ' ἡ πειθαρχία μάθημα μέν ἐστιν ἀρχομένου, δίδαγμα δ' ἄρχοντος. Idem (nam in latissime patenti erroris genere et ad sententiam pergravi et sæpissime fallenti tribus exemplis unius scriptoris uti placet, cetera alibi ponenda relinquere), idem igitur in vita Coriolani c. 4 cum de Coriolano semper novis belli decoribus priora superante et de imperatoribus in eo ornando certantibus sic scripsisset: καινὸς ἀεὶ βουλόμενος εἶναι ταῖς πράξεσιν ἀριστείαις ἀριστείας συνῆπτε καὶ λάφυρα λαφύροις ἐπέφερε καὶ τοῖς προτέροις ἀεὶ τοὺς ὑστέρους ἡγεμόνας εἶχε περὶ τῆς ἐκείνου τιμῆς ἐρίζοντας καὶ μαρτυρίας σπουδάζοντας μαρτυρίαις ὑπερβαλέσθαι aut simillime — nam ζητοῦντας scripsisse potest et verba sic ordinasse: μαρτυρίαις σπ. μαρτυρίας —), omissis duabus vocibus et sententia depravata est (neque enim de testimoniis superandis universe agitur) et structura; nam neque ὑπερβαλέσθαι, unde pendeat, habet neque Græce dicitur ἐρίζω περὶ Μάρκου τιμῆς καὶ ὑπερβαλέσθαι μαρτυρίας. Addamus nunc Plutarcho scriptorem maioris et antiquitatis et dignitatis, Herodotum, cuius locus, qui est in libro I c. 167 ratio, quas habeat, qualis editur, difficultates quamque

frustra hactenus eas editores tollere conati sint, non dicam; ponam, quod et ex tota narratione et ex eorum, quæ intacta manserunt, forma manifestum est Herodotum scripsisse: *Τῶν δὲ διαφθαρεισέων νεῶν τοὺς ἄνδρας οἵ τε Καρχηδόνιοι καὶ οἱ Τυρσηνοὶ διενείμαντο, καὶ οἱ Τυρσηνοὶ ἔλαχόν τε αὐτῶν πολλῷ πλείους καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν.* (Potuisse etiam *διείλοντο* scribi et addi *δύο μέρη*, quid opus est dici? Nam in hoc genere sententia et orationis forma, non omnia verba præstari possunt.) Postremo redeamus ad inferiores et ex iis Plutarcho adiungamus Diodorum Siculum, apud quem XIV, 25 (in Proxeni oratione) mirum est neminem sensisse in his verbis: *τῷ βασιλεῖ λέγειν, ὡς, ἂν περὶ ἡμῶν κακόν τι βουλεύηται, διὰ τούτων* (id est *τῶν ὅπλων*) *πρὸς αὐτὸν ἀγωνιούμεθα περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν κοινῶν* et sententiam alteram esse mancam, quoniam altera tantum condicio ponatur ex duabus, et apertissime initio repugnare exitum *περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν κοινῶν.* Nam neque de bonis, quæ universe dicuntur, sed de vita et salute tum esset dimicandum neque ulla erant tum communia bona (regis et Græcorum). Scriptum fuerat hac forma: *ὡς, ἂν περὶ ἡμῶν κακόν τι βουλεύηται, διὰ τούτων πρὸς αὐτὸν ἀγωνιούμεθα, ἂν δ' ἀγαθόν τι, μετ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀγωνιούμεθα περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν κοινῶν.* Mutavit Diodorus nonnihil, quæ apud Xenophontem dicuntur anab. II, 1, 12. In Latinis ut a brevissimo exemplo ordiar, apud Senecam de tranqu. an. 5, 5 scribitur: Curius Dentatus aiebat, malle esse se mortuum quam vivere. Non gravis hæc cum acumine aliquo sententia est, sed desperationis vox ad mortem ocius consciscendam spectans, aliena a Dentato, aliena a loco, in quo hoc disputatur, virtutem ne periculoso quidem et tristi tempore desidem torpere debere. Itaque non vitæ, sed desidi et turpi vitæ mortem Dentatus præferebat, dixeratque malle esse se mortuum quam nequam vivere; scriba a priore quam ad alterum tran-

siluit. Apud Valerium Maximum IV, 4, 11 sic interrogatur: **Quid ergo modicam fortunam quasi præcipuum generis humani malum diurnis conviciis laceramus, quæ cet.?** Ridicule perpetua convicia et quæ omni tempore audiantur, diurna dicuntur, ut diligenter nox excludatur. Rectum esset **quotidianis**. Nam quod inde a Livio etiam quæ ad singulos dies pertinent et unius diei mensuram habent, **diurna** dicuntur (ut **cibus**, apud ipsum Valerium VI, 9, 8 **diurnæ capturæ**), nemo tamen pro quotidiano, id est, quod nullo non die fiat, id adiectivum posuit. Apparet Valerium scripsisse **diurnis atque nocturnis**, librarium a priore **urnis** transiluisse ad alterum. Quintilianus VII, 7, 9, proposito declamationis artificiose sane excogitatæ exemplo, in qua libertinus homo et eius filius, qui a communi patrono heres institutus ipsius patris patronus factus est, in vicem manus iniectionem petunt, alter patris, alter patroni iure, deinde, cuius rei causa exemplum posuit, demonstrat utrique litigatori de iure controversiam esse. Sed huius demonstrationis, quod utrumque membrum similiter incipiebat, prius membrum excidit, ut manca sit neque consilio Quintiliani respondeat. Is sic posuerat: **Et pater * * et patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit.** Ipsa verba, quibus Quintilianus de patre usus erat, fingi pluribus modis possunt; sed formæ loci id quoque manifestum vestigium superest, quod antiquissimus codex Turicensis a prima manu habuit **et pater**; itaque librarius his scriptis media atque **et patronus** omiserat transieratque ad **negat ius**; cum autem intellegeretur, verba, quæ superessent, in patrem non convenire, corrigendo factum est **et patronus**. Necessario et ad mendi intellectum et ad emendationis confirmationem cum hoc loco coniungendus est alter eiusdem scriptoris in libro V, 10, 56, ubi quod sententiæ huius confirmandæ causa: **Genus ad probandam speciem minimum valet, plurimum ad refellendum alterum**

ponitur exemplum: nec, quod non est virtus, utique potest esse iustitia, id et per se pravissimam habet sententiam et orationem (— sic enim dicitur, quasi quis ex eo, quod aliquid non sit virtus, concludere conetur, necessario sequi, ut possit esse iustitia —), neque aut ei sententiæ, cuius causa ponitur, recte respondet (— deest enim, ex quo appareat genus non valere ad probandam speciem, —) aut priori exemplo, quod plenum et aptum est. Sed hic quoque indicium mendi manifestum est in ipsis antiquis codicibus; nam in Turic., Ambros., Florent. scribitur quod est virtus aut q. v. est (sine negatione), deinde in Turic. et Flor. utique **non** potest esse iustitia (Ambros. et Flor. iniustitia). Ita igitur supplendus locus est: Nec, quod virtus est, utique **est iustitia, sed, quod virtus non est, utique** non potest esse iustitia. Sic demum et oratio et sententia recta et exemplum consilio aptum est. In poëtarum operibus in mediis versibus hoc genus erroris propter ipsum versum non facile accidit (etsi fieri potest, ut, oculo librarii a vocabulo præcedentis versus ad simile sequentis aberrante, tamen versus forma servetur); illud accidere potest, ut librarius ab initio versus alicuius ad simile versus alicuius subsequentis initium aberrans priorem aut posteriorem et medios omittat; maximeque in distichis sic errari potest, si aut hexametri duo proximi aut pentametri similiter incipiunt. Eius rei exemplum est in Ovidii Epist. VIII, ubi in v. 21 et 22 neque oratio constat (neque enim post si omitti esset aut fuisset potest) neque sententia ulla est. Ovidius scripserat: Sit socer exemplo nuptæ repetitor ademptæ (sequere exemplum soceri tui); deinde excidit pentameter et hexameter ab si incipiens condicionemque continens (Si, ut tu, lente raptam coniugem tulisset), cuius apodosis est in v. 22: Nupta foret Paridi mater, ut ante fuit.

Cum prætermissis oculo transiliente verbis coniuncta est transpositio quædam, cum aliquid primum a scriba ad

inferiora aberrante prætermissum postea aut ab ipso statim, animadverso errore, loco non suo inseritur, aut in margine sive ab ipso sive ab alio annotatum deinde ab alio novi exempli librario in contextu alieno loco ponitur, interdum etiam plurium versuum sententiæ. Interdum scriba uno paucisve verbis ex inferiore loco præceptis redit ad rectum ordinem eaque, quæ præceperat nec, ne nitori exempli noceret, deleverat, iterum suo loco scribit; rarius etiam ex superiore loco verbum verbave oculo oblata iterum ponit, qui error non facile fallit[1]). Aberratio autem illa ad posteriora interdum ita fiebat, ut, cum, finita pagina aut columna, ad novam transeundum esset, oculi scribæ oscitantis non in proximam, sed in subsequentem inciderent; itaque ex his erroribus etiam de forma codicum, ex quibus nostri orti sunt, coniectura ducitur. Sed ea hic persequendi locus non est. Præceptorum ex inferiore loco verborum exemplum præbeat Plutarchus, apud quem in Mario c. 15 in his: *Τὴν δὲ κομιδὴν ὧν ἔδει τῷ στρατεύματι μακρὰν καὶ πολυτελῆ πρότερον οὖσαν πρὸς τὴν θάλασσαν αὐτὸς εἰργάσατο ῥᾳδίαν καὶ ταχεῖαν* quid significent verba *πρὸς τὴν θάλασσαν*, nemo quamvis enarrandi artifex tolerabiliter expediet; neque enim agitur de rebus ad mare deportandis, sed de rebus mari advectis in terram exponendis, ut deinde terrestri itinere longius portentur. Sed tria illa verba, quibus deletis omnia rectissima sunt, huc ex inferiore eiusdem capitis loco translata sunt, ubi apte ponuntur de fossa ex Rhodano in alium littoris locum ducta et *λεῖον καὶ*

---

[1]) Fefellit tamen hominem errorum satis patientem Sintenisium in Plutarchi vitis sæpius, ut in Pelopidæ vita c. 16 (*ἐκ μεταβολῆς*), in Cleom. c. 25 (*ὥς φησι*); fefellit etiam Haasium in Senecæ de benef. VII, 14, 2, ubi recte superiores (cuius faciendi occasionem non habuit, deleto non esse); ipse recte cum ceteris c. 15, 3 delendum significavit debes, eodem modo ortum.

ἄκλυστον στόμα λαβοῦσῃ πρὸς τὴν θάλασσαν. E Latinis Seneca consol. ad Marc. 9, 5 cum sic scripsisset: Quicquam tu putas non futurum, quod scis posse fieri, quod multis vides evenisse, recte primum absolute τὸ δυνατόν ponens, in quo nihil loci multitudo aut paucitas habet, deinde rem sæpe factam, prave ex posteriore loco multis etiam in prius membrum illatum est: quod multis scis posse fieri, in quo etiam plane inusitatum est multis fieri pro eo, quod est multis accidere. Longe enim aliter dicitur: Quid ei fiet? aut idem facio ceteris (vid. ad Cicer. de fin. II, 79 p. 274). Si posset dativus poni, dicendum erat omnibus.

Plurium verborum et totius sententiæ traiectæ exemplum Græcum sumi potest e Strabonis lib. XVI p. 778, ubi mediæ narrationi de Arabibus in stratis ex radicibus fruticum odoriferorum dormientibus et propterea in veternum incidentibus prorsus inepte interponuntur aliquot verba de mercibus odoratis ab Arabiæ finibus per propinquos populos ultra portatis: διαδεχόμενοι δ' οἱ σύνεγγυς ἀεὶ τὰ φορτία τοῖς μεθ' αὐτοὺς (editur μετ' αὐτοὺς) παραδιδόασι μέχρι Συρίας καὶ Μεσοποταμίας, quæ manifesto transferenda et ponenda infra sunt post ea verba, quibus merces ab ipsis Arabibus portatæ describuntur, hoc est, post δερματίνοις πλοίοις. Apud eundem XI p. 502 sq. sic scribitur (de Albanis ad Caucasum): Θηρευτικοὶ δὲ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ κύνες αὐτῶν εἰς ὑπερβολήν, οὐ τέχνῃ μᾶλλον ἢ σπουδῇ τῇ περὶ τοῦτο. Διαφέρουσι δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς. Apparet illud de arte et studio in canibus saltem non recte poni, de regibus autem nimis infinite dici, abundare etiam, ut nunc oratio habet, τῇ περὶ τοῦτο. Strabo sine dubio scripserat: . . . εἰς ὑπερβολήν. Διαφέρουσι δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς οὐ τέχνῃ μᾶλλον ἢ σπουδῇ τῇ περὶ τοῦτο. E Latinis apud Hirtium (sive alius est scriptor) belli Alexandrini c. 72 Zelæ, oppido Ponti, circumiecti colles describuntur: quorum editissimus unus, qui propter

victoriam Mithridatis et infelicitatem Triarii detrimentumque exercitus nostri superioribus locis atque itineribus pæne coniunctus oppido magnam in illis partibus habet nobilitatem nec multo longius milibus passuum III abest ab Zela. Quis non videt, illa superioribus locis — coniunctus oppido ne umbram quidem coniunctionis habere cum nobilitate collis ex victoria Mithridatis et clade Triarii, sed cohærere cum situ collis et ab oppido intervallo? Itaque manifestum est, verbis illis transpositis sic locum esse scribendum: quorum editissimus unus, qui propter ... detrimentumque exercitus nostri magnam in illis partibus habet nobilitatem nec multo ... abest a Zela, superioribus locis atque itineribus pæne coniunctus oppido. In Senecæ philosophi scriptis etsi Haasius aliquoties iniuria hoc erroris genus deprehendisse sibi visus est (velut epist. 15, 7 et 9), alibi tamen manifestum mendum recte sustulit, ut de beneficiis III, 29. 5. Nec minus certus aut error aut correctio est in eiusdem operis libr. III, 12, 2, ubi in comparatione beneficiorum, quæ aut ad ornamenta aut ad solatia et tutelam accipientium pertineant, in his verbis: invenies rursus, qui dignitati suæ quam securitati consuli malit et qui plus ei debere se iudicet, per quem tutior est, quam ei, per quem honestior, utrumque genus confundi apparet et apertissime repugnare dignitati suæ aliquem consuli malle et eundem plus ei se debere iudicare, per quem tutior sit quam per quem honestior, id est, per quem dignitate augeatur. Omnia recta sunt, posteriore hoc membro ad præcedentem sententiam, a qua avulsum est, sic retracto: Invenies, qui nihil putet esse iucundius, nihil maius quam habere, in quo calamitas acquiescat, et qui plus ei debere se iudicet, per quem tutior est, quam ei, per quem honestior; invenies rursus, qui dignitati

suæ quam securitati consuli malit; proinde ista cet. Et legitur sic in codice Rottendorfiano seculi XII, ut errorem non ex omnium nostrorum principe propagatum esse appareat. Nam coniectura illa ætate huiusmodi nihil corrigebatur. Manifestissimam totius, ut opinor, in codice archetypo, columnæ transpositionem in consolatione ad Marciam factam alio loco aperiam[1]). Sed tamen hi errores, si cum ceteris generibus, quæ persequimur, comparantur, omnibus partibus pauciores sunt.

Coniuncta ex aliqua parte cum hoc transponendi errore, genere tamen ipso aliquantum diversa est perfrequens illa, frequentior tamen in Latinis codicibus (velut Ciceronis), maxime inferiorum seculorum, quam in Græcis, ordinis verborum continuorum permutatio (ut bonus vir pro vir bonus scribatur contrave et similia infinita), quæ non tam oculorum errore oritur quam memoriæ plura verba simul scribendi causa comprehensa non ordine servantis, interdum quod magis adsuetus scribenti alius est ordo (velut quis enim est quam quis est enim), raro, quod verba ad sententiam coniungenti falsa species occurrit. Atque ex hac verborum transpositione, quæ in certis quibusdam vocibus, ut verbo substantivo, liberius etiam fit et frequentius, inanissimæ a nonnullis ductæ sunt suspiciones ad verba propter instabilem sedem damnanda et eiicienda, potiusque aut additamenti aut alius mendi suspicio iure nascitur, si vox constanter eo loco scribitur, quem sententia aut orationis regula eam tenere non patitur. Sed quanquam hæ minores vocum transpositiones plerumque ad sententiam nullius aut exigui, ad orationis consuetudinem rhetoricamque formam nonnullius sunt momenti, interdum tamen ipse sensus transponendo mutatur, maxime cum transpositio in confinio sententiarum aut membrorum sententiæ accidit

[1]) Prorsus similem ei, quam apud Cicer. de orat. III, 201 factam Kayserus animadvertit et sustulit. Eam ego a. 1848 animadverteram et in margine exempli mei emendaveram.

et terminos migrat. Sed in eiusmodi locis non raro falsa sententiæ species obiecta scribam decepit, ut iam interpolatio hæc sit. Velut apud Plutarchum in vita Lycurgi c. 28, ubi agit de Helotis fortibus a Spartanis dolo sublatis, quod editur: *ὡς μήτε παραχρῆμα μήτε ὕστερον ἔχειν τινὰ λέγειν, ὅτῳ τρόπῳ διεφθάρησαν. Ἀριστοτέλης δὲ μάλιστά φησι καὶ τοὺς ἐφόρους, ὅταν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσι πρῶτον, τοῖς εἵλωσι καταγγέλλειν πόλεμον, ὅπως εὐαγὲς ᾖ τὸ ἀνελεῖν*, prorsus inepte Aristoteles, qui novi, quod superioribus additur, auctor laudatur, maxime hoc tradere dicitur. Fuerat: *ὅτῳ τρόπῳ διεφθάρησαν μάλιστα. Ἀριστοτέλης δέ φησι κ. τ. λ.* Notissimus adverbii usus in interrogando cum dubitatione librario tamen ignotus fuisse videtur. Cicero in oratione de domo 71 P. Lentulum laudat, quod tam honorifice de suo reditu tulerit: voluisti . . . me ita esse in republica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer quam ad administrandam civitatem restitutus. Apparet in hac comparatione ad restitutionem, qua nihil continebatur, nisi ut Ciceroni liceret in patria esse et qua sola Lentulus non contentus fuisse dicitur, nihil pertinere illud ad administr. civit. et incommode addi quasi augendi causa, contra ad honorificum illud populi imperium, Ciceronis se prudentia et virtute carere non posse iudicantis, quam maxime pertinere, scribendumque esse particula in suam sedem retracta: arcessitus imperio p. R. viderer ad administrandam civitatem quam restitutus. Apud Senecam epist. 15, 12 (de ea fortuna, quæ data sit, grato animo accipienda nec semper maioribus petendis) sic scribitur: Finem constitue, quem transire ne possis quidem, si velis. Debebat esse: ne si velis quidem, possis. Sed potestatem finem transeundi ipsi constituere non possumus, voluntatem in certo fine consistendi, quamvis ultra progredi fortasse liceat, præstare nostrum est. Scripsit igitur Seneca: quem transire, ne

si possis quidem, velis. Non intellecta implicatione verborum et ne-quidem ad unum possis relato, particula condicionalis transposita est eodem modo, quo in Ciceronis oratione pro Milone 32 factum id esse olim docui. Non ita raro librarii pro potest non (subiecto infinitivo, ad quem negatio pertineat) non potest scripserunt (quod mendum in Ciceronis Philippicis a Mureto, alibi ab aliis correctum est); etiam apud Senecam quæstt. nat. VII, 25, 2, ubi scribitur: adeo animo non potest liquere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quærat, scribi debet: adeo animo potest non liquere; hoc enim docetur, mirandum non esse, si animus de aliis quoque rebus dubitet nec certam sententiam habeat, non negatur, quicquam animum scire posse; nec in ea re Seneca liquere posuisset, quod in hac incerti iudicii significatione propriam habet sedem.

In quinta erroris classe accommodationem posui grammaticam, quæ fit, cum librarius, ad totam sententiam non attentus, voces vicinas et continuas aut saltem non longe dissitas, sed grammatice separatas, obscuro animi motu tanquam grammatice copulatas forma (casu, numero, genere, persona, modo) similes reddit, hærentem ex priore in animo formam ad alteram aut (quod rarius fit) præceptam ex posteriore ad priorem transferens. Itaque coniecturæ quoddam hoc et interpolationis initium est, sed ita obscurum et a consilio voluntateque seiunctum, ut inter scribendi errores numerari debeat. Dixi de toto hoc genere emendatt. Liv. p. 10 (et aliis locis, quos index ostendit, quædam addidi), quamque late pateret, quam nonnullos nuper editores fefellisset, declaravi. Itaque hoc loco de Latinis breviori mihi esse licet. Adiectivi aut participii substantivo non suo accommodati in Platonis legibus exemplum memorabile post alia emendata restat in libro XII p. 967 A, ubi de astronomis vulgo in impietatis suspicionem vocatis ita scribitur: *οἱ μὲν γὰρ (οἱ πολλοὶ)*

διανοοῦνται τοὺς τὰ τοιαῦτα μεταχειρισαμένους ἀστρονομίᾳ τε καὶ ταῖς μετὰ ταύτης ἀναγκαίαις ἄλλαις τέχναις ἐθέους γίγνεσθαι, καθεωρακότας ὡς οἷόν τε γιγνόμενα ἀνάγκαις πράγματ' ἀλλ' οὐ διανοίαις βουλήσεως ἀγαθῶν πέρι τελουμένων. Prorsus abundat et pravum est τελουμένων, quoniam voluntas de bonis perficiendis Græce non dicitur περὶ ἀγαθῶν τελουμένων. Contra recte contraria inter se ponuntur γιγνόμενα ἀνάγκαις πράγματ', ἀλλ' οὐ διανοίαις βουλήσεως ἀγαθῶν πέρι τελούμενα[1]). Sed simul aliud mendum tollendum; neque enim vulgus putabat, astronomos vidisse, quantum fieri maxime posset, res necessitatibus regi, quod totum inane est, sed eos falsa opinione sibi persuadere, res necessario fieri: καθεωρακότας, ὡς οἴονται, γιγνόμενα ἀνάγκαις πράγματα.) Platoni adiungamus Euripidem, apud quem Hippolytus in tragœdia cognomini v. 1386 vehementissimos, quibus opprimitur, cruciatus nunc ἀνάλγητον πάθος appellat, significatione inaudita (πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν ἐμὰν τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους), sed a poëta sine dubio iussus erat dicere τοῦδ' ἀνάλγητον πάθους, huius cruciatus

---

[1]) I p. 633 B, quod prorsus eiusdem formæ mendum in codicibus est: καὶ ἐν ἁρπαγαῖς τισὶ διὰ πολλῶν πληγῶν ἑκάστοτε γιγνομένων pro γιγνομέναις, Hermannus post Astium correxit. Etiam II p. 653 D, ubi editur: ἵν' ἐπανορθῶνται τάς γε τροφὰς, γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ τῶν θεῶν, manifestum esse debet, non egere emendatione τροφὰς γενομένας ἐν ἑορταῖς μετὰ τῶν θεῶν (quod frustra Hermannus enarrando obscurare conatur), sed victum vulgari vitæ consuetudine depravatum emendari, cum homines festis diebus cum diis versentur. Itaque necessario scribendum esse γενόμενοι ante quadraginta annos annotavi et in idem incidit Hermannus, sed non tenuit. Mire Stallbaumius in ipso initio libri VI de rep. p. 484 A. tenuit et plumbeo acumine defendit apertissimum huius generis mendum in una vocali positum, οἱ μὴ διὰ μακροῦ τινὸς διεξελθόντος λόγου pro διεξελθόντες.

dolore liberatam (ita ut liberetur). Negavi olim (Philolog. II p. 136) in Euripidis Ione 751, quod in codicibus et editionibus scribitur: οὐκ εἰς ἀπίστους δεσπότας βαλεῖς χαράν, Græce dici βάλλειν χαρὰν εἴς τινα (ut sit χαράν τινι ἐμβάλλειν); itaque scribendum esse dixi οὐκ εἰς ἄπιστον δεσπότας βαλεῖς χαράν, non in fallacem lætitiam coniicies, idque Nauckius primum receperat, postea iniuria deseruit. Substantivum sequenti adiectivo manifesto errore accommodatum est apud eundem poëtam in Bacchis 1387, ubi Agave, furore liberata, et loca furori conscia et feminas eius participes detestatur. Scribitur enim: Βάκχαις δ' ἄλλαισι μέλοιεν. Sed neque quid aliis Bacchis cordi esse velit, apparet (nam Cithæron et thyrsus mire coniunguntur), neque quas alias significet Bacchas, quæ omnes perosa sit. Aliis, non sibi Bacchas earumque res cordi esse iubet: Βάκχαι δ' ἄλλαισι μέλοιεν[1]). Substantivum pronomini præcedenti accommodatum est apud Strabonem X p. 482, ubi Lycurgus, qui verebatur, ne falso sibi obiicerentur insidiæ fratris filio, cuius esset tutor, paratæ, prorsus absurde timuisse dicitur, ne insidiæ ex ipso puero obiicerentur: λαβὼν δ' ὑπόνοιαν ἐκεῖνος ὡς ἐκ τοῦ λόγου τούτου διαβάλλοιτο ἐπιβουλὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παιδός. Apparet, Strabonem scripsisse: ἐξ αὐτοῦ (a sua parte) τῷ παιδί. (De dativo τῷ παιδί adiuncto substantivo ἐπιβουλή nihil opus est dici, et tamen fortasse hæc coniunctio non intellecta aut non animadversa errorem adiuvit.) Apud Plutarchum in libello de fortuna Romanorum c. 11 (p. 323 F), ubi sic editur: Ἡ δὲ εὔροια τῶν πραγμάτων καὶ τὸ ῥόθιον τῆς εἰς τοσαύτην δύναμιν καὶ αὔξησιν ὁρμῆς οὐ χερσὶν ἀνθρώπων οὐδὲ ὁρμαῖς προσχωροῦσαν ἡγεμονίαν, θείᾳ δὲ πομπῇ καὶ πνεύματι τύχης ἐπιταχυνομένης ἐπι-

---

1) Hanc emendationem edidi in annalibus Philologiæ Danicis vol. V p. 15 et 157.

δείκνυται τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις, scribendum esse ita: οὐ χερσὶν ἀνθρώπων... προχωροῦσάν ἡγεμονίαν, θείᾳ δὲ ῥοπῇ καὶ πνεύματι τύχης ἐπιταχυνομένην ἐπιδείκνυται vel reliqua orationis forma et participium ἐπιταχυνομένης mire abundans ostenderet, etiamsi non certissime demonstraret ἐπιταχυνομένης barbare pro ἐπιταχυνούσης positum. (De προχωροῦσαν nihil opus est dici.) In eodem libello c. 9 (p. 322), ubi de pace Augusti tempore turbata hæc ponuntur: αἱ γὰρ ἀπὸ Καντάβρων ταραχαὶ καὶ Γαλατίας συρραγεῖσαι Γερμανοῖς συνετάραξαν τὴν εἰρήνην, quoniam neque Cantabrorum tumultus Germanos attigerunt neque tumultus colliduntur hominibus, sed homines (terra) hominibus (ut Græcia barbariæ lento collisa duello), satis manifestum est scribendum esse: καὶ Γαλατία συρραγεῖσα Γερμανοῖς, sed mendum utrum ex accommodatione an ex geminata errore littera σ (Γαλατίας συρρ.) originem habuerit, non facile dicas. Proprii aliquid erroris habet lapsus scribæ in eiusdem Plutarchi Flaminino c. 8, qui locus sic scribitur in codicibus et editionibus: Τῷ μὲν οὖν δεξιῷ περιῆν ὁ Φίλιππος ἐκ τόπων καταφερῶν ὅλην ἐπερείσας τὴν φάλαγγα τοῖς Ῥωμαίοις, τὸ βάρος τοῦ συνασπισμοῦ καὶ τὴν τραχύτητα τῆς προβολῆς τῶν σαρισσῶν οὐχ ὑπομεινάντων. Nullus color induci potest genetivorum absolutorum huic iuncturæ et huic verborum ordini: τοῖς Ῥωμαίοις τὸ βάρος ... οὐχ ὑπομεινάντων, scribendumque simpliciter est οὐχ ὑπομείνασιν, sed animadvertendum, librarium propter σαρισσῶν genetivum posuisse, genus masculinum tenuisse. Ad articulum non suum præcedentem accommodatum substantivum est apud Diogenem Laërt. VII, 6, ubi de Zenone philosopho hæc ponuntur: ἀντεποιοῦντο δ' αὐτοῦ καὶ οἱ ἐν Σιδῶνι Κιτιεῖς. Nullus quisquam novit in urbe Sidone Citienses, Cypri incolas cives, eosque nominavit Diogenes, ab iis Sidonios Zenonis eius gloriam ad se transferre conatos esse narrans: Ἀντεποιοῦντο δ' αὐτοῦ καὶ οἱ ἐν Σιδῶνι Κιτιεῦσιν. Articuli

ad nomen non suum accommodatio alio errore aucta est apud Xenophontem hist. gr. II, 2, 8, qui cum sic scripsisset: *ἐν τῷ Ἀκαδημίᾳ καλουμένῳ γυμνασίῳ*, primum factum est *ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ*, deinde, cum id nullo modo coiret cum *καλουμένῳ*, addito *τῷ* effectum est *ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τῷ καλουμένῳ γυμνασίῳ*, quod si quid significat, significat locum quendam Academiam, qui (solus) peculiare nomen habuerit gymnasii, non, quod dici debet, illud gymnasium, quod (e pluribus) nomen habuerit Academiæ. Solum genus mutatum est apud Plutarchum in Nicia c. 4: *Τούτοις δ' ὅτι μὲν πολὺ τὸ πρὸς δόξαν καὶ φιλοτιμίαν πανηγυρικὴν καὶ ἀγοραῖον ἔνεστιν, οὐκ ἄδηλον.* Vix recte dicitur aut apte *φιλοτιμία πανηγυρική*, sed ut dicatur, mendum arguit membrorum non solum mira inæqualitas, sed etiam plane vitiosa compositio (*τὸ πρὸς δόξαν καὶ ἀγοραῖον* pro *καὶ τὸ ἀγοραῖον*, quamquan vel sic nimis nude et infinite dicetur *τὸ πρὸς δόξαν*); scripserat enim Plutarchus apte: *τὸ πρὸς δόξαν καὶ φιλοτιμίαν πανηγυρικὸν καὶ ἀγοραῖον.* Verbi modus constructione prave continuata ad proximum præcedens accommodatus est, cum remotiori respondere deberet, apud Strabonem VIII p. 375, ubi sic scribendum est: *Μυρμιδόνας δὲ κληθῆναί φασιν, ... ὅτι μυρμήκων τρόπον ὀρύττοντες τὴν γῆν ἐπιφέροιεν ἐπὶ τὰς πέτρας, ὥστ' ἔχειν γεωργεῖν, ἐν δὲ τοῖς ὀρύγμασιν οἰκοῖεν φειδόμενοι πλίνθων*, non *οἰκεῖν*, ut editur; neque enim hoc consilium erat terræ in rupes congerendæ, sed altera, cur a formicarum similitudine nomen accepissent, causa. Sed traxit scribam proximum *γεωργεῖν*. Apud Diodorum Sic. XVII, 58 (in descriptione pugnæ ad Arbela) de curribus falcatis inepto rei foedæ verbis variandæ studio sic scribitur: *Τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ ὀξύτης καὶ βία τῶν κεχαλκευμένων πρὸς ἀπώλειαν ὅπλων ὥστε πολλῶν μὲν βραχίονας σὺν αὐταῖς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκόπτεσθαι, οὐκ ὀλίγων δὲ τραχήλους παρασύρεσθαι καὶ τὰς κεφαλὰς πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν βλεπόν-*

των ἔτι τῶν ὀμμάτων καὶ τῆς τοῦ προσώπου διαθέσεως διαφυλαττομένης, ἐνίων δὲ τὰς πλευρὰς ἐπικαιρίοις τομαῖς ἀναρρηττόντων καὶ θανάτους ὀξεῖς ἐπιφερόντων. Apparet capitum in terram cadentium mentioni recte adiungi primos illos genetivos absolutos, quibus significatur, quali habitu ceciderint (βλεπόντων — διαφυλαττομένης), sed perversissime cetera (ἐνίων δὲ κ. τ. λ.), quæ pertinent ad variorum vulnerum enumerationem continuandam, cum præsertim sic vulnerum effectio transferatur a curribus ad quosdam illos homines (ἐνίων δὲ — ἀναρρηττόντων), qui manifesto ipsi ex misere trucidatis sunt. Diodorus superiorem enumerandi formam per infinitivos ab ὥστε pendentes reliquerat interpositis genetivis illis, deinde autem recta oratione addiderat: ἐνίων δὲ τὰς πλευρὰς — ἀνέρρηττον (currus) καὶ θανάτους ὀξεῖς ἐπέφερον. Scriba proximi membri structura et genetivo ἐνίων deceptus hic quoque participiorum genetivos effecit addito των et detracto augmento[1]). Latina perpauca, ut dixi, Livianis exemplis ex aliis scriptoribus addamus. Cicero igitur de invent. I, 91 sic posuerat: Quodsi non P. Scipio Corneliam filiam Ti. Graccho collocasset atque ex ea duos Gracchus procreasset, tantæ seditiones natæ non essent. Librarius propter duos scripsit Gracchos, et sic editur, quo fit primum, ut P. Scipio ipse duos Gracchos ex filia procreasse dicatur (nam ne minima quidem est significatio subiecti in verbis per atque

---

[1]) Nunc Dindorfium in postrema editione (1867) video ἀναρρήττεσθαι et ἐπιφέρεσθαι posuisse, ut simpliciter superior constructio continuetur. Sed et mutatio longe violentior est, nec ab illa forma scriba tam facile aberrasset. Ex eadem accommodationis specie, quam in Strabonis et Diodori locis ostendi, apud Platonem de rep. IX p. 591 D natum est φαίνηται propter præcedens μέλλῃ. Itaque teneri debuit restitutum ex Iamblicho φανεῖται, non damnari verbum.

copulatis mutati; scribendum saltem fuerat atque is), deinde, ut hoc condonetur, inepte Gracchus duos Gracchos procreasse dicitur; nam Gracchus ex legitima uxore nisi Gracchos procreare non potest. Apud eundem in orat. de domo 87 Q. Metelli laus ad sempiternam memoriam temporis calamitate propagata dicitur. Verum laus neque ad memoriam temporis (incerti et infiniti) propagatur neque ad sempiternam memoriam temporis, sed ad omnis aut longi temporis memoriam, scripseratque Cicero ad sempiterni memoriam temporis, librarius adiectivum proximo substantivo adiunxit[1]. Apud Varronem de L. L. VII p. 93 Bipont. scribitur: a quo Accius ait personas distortas oribus deformis miriones. Si personas distortas Accius appellasset, aut omisisset oribus deformes aut coniunctionem interposuisset (et potius distortas oribus et deformes dixisset, quod persona aut absolute deformis aut certo oris habitu deformis apte dicitur, non ore deformis); sed scripserat Varro: personas distortis oribus deformes; præcedens substantivum adiectivum sibi adiunxit. Apud Valerium Max. I, 7 E. 4 pertinax casus imminentis violentiæ lanceam petendæ feræ gratia missam in Atyn Crœsi filium detorsisse dicitur; sed neque casus, qui unius temporis et momenti est, pertinax recte dicitur neque casus violentiæ aut violentia imminens. Scripserat Valerius: pertinax casus imminentis violentia. Hic quidem, ut violentiæ scriberetur accommodate ad imminentis, effecit etiam casus errore pro nominativo acceptum. Seneca de tranquill. animi 16, 2 scripserat acute de magnorum virorum iniquo fato peremptorum desiderio leniter tamen ferendo: Quid ergo est? Vide, quomodo quisque illorum tulerit, et, si fortes fuerunt, ipsorum illos animo desidera, hoc

---

[1]) Hanc emendationem cum Halmio per litteras communicatam Baiterus et Kayserus in contextu posuerunt.

est, desidera illos forti illo animo, quem ipsî gesserunt (ipsorum animo), æque fortiter. (Consol. ad Polyb. 14, 4: magno fratrem desideravit animo.) Atque hæc quidem non coniectura, sed optimorum codicum omnium (B, G, A, Bongars. apud Fickertum) scriptura est; et tamen editur, quod in deterioribus accommodando ad illos factum est: ipsorum illos animos desidera, nulla sententià; neque enim, quid desiderandum sit, sed quomodo, agitur[1]. Substantivum præcedentibus substantivis non recte accommodatum est, tanquam simpliciter eis copulatum esset, apud Senecam epist. 90, 26, qui scripserat: Non arma nec muros nec bello utilia molitur (sapientia); paci favet et genus humanum ad concordiam vocat. Propter arma et muros scripto etiam bella, et alioquin orationis forma turbata est (— nam suum verbum prior pars necessario habere debet —) et perverse in hac belli et pacis comparatione nudum illud utilia interponitur.

Hæc sunt quinque, ut dixi, summa genera eorum, qui proprie scribendi errores appellari possunt, ex oculis et animo scribæ non satis attente proposita legentis et memoria, dum scribit, servantis pendentes, qui primum quam varie inter se complicentur et coniungantur, vix ut distingui possint, in tam multis ex iis scriptorum exemplis,

---

[1]) Prope incredibile est in eiusdem libelli c. 2, 10 Haasium (Fickertum enim nullo prorsus loco numero) descriptionem mentis incertæ, quam spes inchoatæ habent suspensam, deploratæ tristem, in qua aptissime verba propria inter se referuntur (spes inchoatæ et deploratæ, mens suspensa et tristis), corrupisse codicibus parentem, in quibus deploratæ inter duos accusativos adiectivorum singularis numeri interpositum in eandem formam transiit. Quid voluit esse habere (tenere) mentem deploratam? Spes inchoatas quomodo tristem habere mentem putavit? Rationem captivam sub iugum codicum misit.

quæ posui, iam significatum est, ut hic duo facillima exempla addere satis sit, alterum Græcum Plutarchi ex libello Non posse suav. 3, 4 (p. 1087 E), in quo loco iam supra verba propter eandem vocem bis positam omissa ostendi; nam sequuntur hæc: *οἷς (τοῖς ἄρθροις καὶ νεύροις καὶ ποσὶ καὶ χερσὶν) ἐνοικίζεται πάθη δεινὰ καὶ σχέτλια, ποδαγρικὰ ῥεύματα καὶ φαγεδαινικὰ καὶ διαβρώσεις καὶ ἀποσήψεις.* Longissime a *ῥεύμασιν* abesse gangrænam (*φαγέδαιναν*) omnes norunt, coniunctissimam eandem cum *διαβρώσει* et *ἀποσήψει*. Scripsit igitur Plutarchus: *ποδαγρικὰ ῥεύματα καὶ φαγεδαινικαὶ διαβρώσεις καὶ ἀποσήψεις.* Id duplici errore corruptum est, accommodatione (*ποδαγρικὰ ῥεύματα καὶ φαγεδαινικά*) et geminatione (*φαγεδαινικὰ καί*). Latinum alterum exemplum sumetur e Gellii libro XIII, 8, 2, ubi eum, qui sapiens esse rerum humanarum velit, oportere docet s a p e r e a t q u e c o n s u l e r e e x h i s, q u æ p e r i c u l a i p s a r e r u m d o c u e r i n t, n o n q u æ l i b r i t a n t u m a u t m a g i s t r i p e r q u a s d a m i n a n i t a t e s v e r b o r u m e t i m a g i n u m t a n q u a m i n m i m o a u t i n s o m n i o d e l e c t a v e r i n t. Et totum d e l e c t a n d i verbum hinc alienum esse et prorsus barbare cum accusativo rei dici (c o n s u l e r e e x h i s, q u æ m a g i s t r i d e l e c t a v e r i n t), tam manifestum est, ut demonstrari pluribus nihil attineat. Gellius verbum ad vanas species aptissimum posuerat o b i e c t a v e r i n t; eius prima littera, quod eadem præcedebat, hausta est semel scribendo; simul i supra versum producto natum est b l e c t a v e r i n t; hinc factum corrigendo illud d e l e c t a v e r i n t. Interdum duo plurave menda non in idem vocabulum, sed in proxime coniuncta incurrentia gravius orationem et sententiam turbant. Velut in Plutarchi quæstt. conviv. II, 7, 2, 1 (p. 641 D) hæc in codicibus scribuntur: *Σκοπῶμεν δὲ, εἶπον, ὅτι πολλὰ συμπτώματα ἔχοντα σιν αἰτιῶν λαμβάνει δόξαν οὐκ ὀρθῶς.* Satis apparet, hoc dici, causarum speciem et dignitatem accipere ea, quæ reapse alium locum teneant.

Scriptum fuerat *συμπτωμάτων ἔχοντα τάξιν αἰτιῶν λαμβάνει δόξαν*, verbis accurate inter se respondentibus. Ex *ἔχοντα τάξιν*, semel scripto *τα*, factum est *ἔχοντά σιν*. simul *συμπτωμάτων* accommodatum est ad *πολλά*, eo quidem facilius, si alter error prius acciderat. Apud Ciceronem pro Murena 73 sic in codicibus scriptum est, nulla sententia: H a e c o m n i a s e c t a t o r u m, s p e c t a c u l o r u m, p r a n d i o r u m i t e m c r i m i n a a m u l t i t u d i n e i n t u a m n i m i a m d i l i g e n t i a m, S e r v i, c o n i e c t a s u n t; i n q u i b u s t a m e n M u r e n a s e n a t u s a u c t o r i t a t e d e f e n d i t u r. Ipsius Servii Sulpicii nimiam diligentiam in minutis et nullius momenti criminibus colligendis significari, Halmius intellexit scripsitque recte: n i m i a d i l i g e n t i a, S e r v i, c o n l e c t a s u n t; sed prave et violenter (illo genere damnandi, de quo paulo post dicam) delevit verba a m u l t i t u d i n e i n, relicto t u a, nec rectam sententiam effecit; displicuisse enim populo et Servio nocuisse nimiam hanc diligentiam Cicero dixit; scripsit autem: H æ c . . . c r i m i n a m u l t i t u d i n e i n u i t a n i m i a d i l i g e n t i a, S e r v i, c o n l e c t a s u n t. Itaque in his verbis hæc acciderunt: a geminatum est (c r i m i n a a m u l t.), distractum i n u i t a et ex u i t a factum t u a; ex c o n l e c t a, l breviore scripto, natum c o n i e c t a; tum, ut videtur, propter c o n i e c t a in additum m in t u a m n i m i a m d i l i g e n t i a m), etsi hoc proprio quoque errore nasci potuit. Deinde illud quoque in superioribus exemplis permultis apparuit, ipsi primo errori accessisse aliquem corrigendi conatum, rudem plerumque et simplicem, qui si non accessisset, pro verbis litteræ dissolutæ restarent. Ea iam interpolatio est.

Sed antequam ad eam, quæ vere interpolatio appellari debet, venimus, attingendum est, quod sextum et postremum supra posuimus scribendi errorum genus, non ex oculorum et memoriæ in singulis litteris et syllabis fallacia nascens, sed ex iudicio, a mutandi tamen voluntate, hoc est, ab interpolatione seiunctum. Id accidit, cum scriba, quæ in

proposito exemplo in margine aut inter lineas declarandi aliquid causa annotata sunt, errore ipsi scriptoris orationi interponit, quod eius partem esse putat. Ab hoc diversum est, cum aliquid scriba aut corrector codicis, quod deesse orationi credit, ipse eo consilio addit, ut inter verba scriptoris legatur, hoc est, orationem sciens mutat et interpolat. Philologi autem plerique primum interpolationis nomine fere de solis iis utuntur, quæ veris scriptoris verbis aliena adduntur; deinde duplex addendi genus, alterum in errore, alterum in consilio positum, non separant, quod si facerent, se ipsi admonerent, ut paulo cautius et subtilius de additamentis notandis et tollendis iudicarent; quamquam non omnibus locis discerni potest, utrius originis additamentum sit.

Primum igitur sæpe aut in margine eius exempli, quod ad describendum propositum erat, aut inter lineas reperiebantur interpretamenta ad verbum unum alterumve scriptoris declarandum aut ad rem personamve significandam adscripta, interdum ne grammatica quidem forma ad continuam orationem accommodata (ut Saguntini Liv. XXI, 19, 9, quod ut orationi includeretur, debebat esse Saguntinos, Siculi Cic. Act. I in Verr. 53; emendatt. Livv. p. 212); ea interpretamenta scriba imprudens ipsi orationi inserebat. Huiusmodi est apud Platonem r. p. II p. 364 E in his verbis: *ὡς ἄρα λύσεις καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσί*, vocabulum *ἡδονῶν* adscriptum ad *παιδιᾶς* nomen, quo ipso festorum dierum hilaritas ludicra significatur; nam neque *παιδιὰ ἡδονῶν* neque *ἡδοναὶ παιδιᾶς* rectum est, ne quid de æqualitate membrorum dicam[1]). Apud Plutarchum in Theseo c. 34 (*Ἀλέξανδρον μὲν τὸν ἐν Θεσσαλίᾳ Πάριν ὑπ' Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου μάχῃ κρατηθῆναι*) ad Alexandri nomen

---

[1]) Prorsus eiusdem generis est *τὸν τάρταρον* adscriptum ad *εἴς ὅ,τι* X p. 616 A, recte ab Hermanno notatum.

cum adscriptum esset τὸν Πάριν, id sic orationi insertum, ut articulus a nomine divelleretur, plane eam vitiosam effecit (Ἀλέξανδρον τὸν ἐν Θεσσαλίᾳ Πάριν); itaque Coraes, Schæfer, Sintenis transponendo subvenire conantur, quasi non omni loco æque inaniter lectores admoneantur Ἀλέξανδρον esse τὸν Πάριν. In eiusdem Lycurgo c. 2 cum in his γενομένων δὲ τῶν ὁρκίων declarandi causa supra scriptum esset ὁμολογιῶν idque in ordinem sic receptum: τῶν ὁρκίων ὁμολογιῶν, editores καὶ ὁμολογιῶν scripserunt, quomodo sæpe hoc mendi genus occultatur. (Emendatt. Liv. p. 14 et 16[1]). Apud Pausaniam IX, 21, 6 ad αἱ ἀσπίδες admonitionis causa, ne quis scuta intellegeret, adscriptum erat ab aliquo τὰ θηρία, deinde errore effectum est in ipso textu τὰ θηρία αἱ ἀσπίδες, mira coniunctione, miro etiam ordine. Apud Senecam epist. 85, 10 (Numquid dubium est, quin vitia mentis humanæ inveterata et dura, quæ morbos vocamus, immoderata sint, ut avaritia, ut crudelitas, ut impotentia, impietas) extremum vocabulum ad impotentiæ nomen, quod, ubi de impotenti iracundia dicitur, sæpissime librariis offensioni fuit, declarandum, inepte sane, adscriptum esse, ostendit non solum omissa in hoc membro vitiose particula ut, sed certius, quod impietas nunquam inter affectus et perturbationes animi (τὰ πάθη) a Stoicis numeratur. Apud Gellium XIII, 20 (19), 12 declarandi causa, quis filius significaretur M. Catonis M. F. M. N. (consulis a. 118), adscriptum est cum gravissimo errore maiorem Catonem, e quibus verbis nullo artificio quicquam extorqueri recti potest. Iustinus V, 1, 1 scripserat: Alcibiades absens Athenis insimulatur Cereris initiorum sacra, nullo magis quam silentio sollemnia, enuntiavisse. Additum est in margine mysteria, quo in orationem inserto vitiose Latina Græcaque ap-

[1]) De Alexand. c. 74, Othon. c. 5 dicam suo loco.

pellatio miscetur et mysteria sacra satis abundanter dicuntur; itaque recte complures iam id vocabulum damnarunt, modo ne Cereris nomen damnatione comprehendissent; XXVIII, 3, 11 neminem animadvertisse video in vulgus adscriptum ad declarandum, quod præcedit, in publicum, loco paulo inferiore in orationem receptum esse; itaque alia tentantur. In poëtarum versus noti et certi generis non facile aditus erat eiusmodi additamentis (nisi maiore accedente mutatione); in anapæstis tamen ex Euripidis Cretensibus apud Porphyrium servatis (fr. 475 a Dind.) ad *φοινικογενοῦς τέκνον* adscriptum *παῖ τῆς Τυρίας* versibus accommodari potuit. Sed quanquam minime rarus hic est interpretamentorum inserendorum error, tamen parum caute in hoc genere probabilitatem æstimant et ii, qui, quicquid apud veteres ulla ex parte abundat aut tolli sine incommodo potest, eiiciunt et in eo genere corrigendi sibi nimis placent, in quam reprehensionem nostra ætate et Bakius et alii Batavi et Germani quidam incurrunt, et ii, qui criticæ desperationis hoc perfugium habent, ut, quæ neque enarrare probabiliter neque corrigere potuerunt, interpretando et interpolando addita dicant; nam interdum etiam homines alioquin prudentes sic se molestis verbis liberare student, ut oblivisci videantur, scribas simplices quidem illos homines fuisse, sed tamen sanæ mentis. Velut quod Kruegerus ad Thucydidis lib. VIII, 46, quem locum supra emendavi, primum adscripsit (— nam postea ad verum prope accessit —), *τὰ δεινὰ* interpretandi causa adiectum esse posse (könnte Glossem sein), quorum, quæso, verborum illa interpretatio est et qualis? et quæ, illa sublata, relinquitur constructio (*εὐτελέστερα κατατρῖψαι*). Sed prorsus eodem modo in Iustini loco, quem paulo post emendabo, VII, 6, 7 et 8 verba capit hinc Thessaliam uncis amoliri Ieepius conatus est. Nihil igitur additamentum habendum est (neque huiusmodi, de quo nunc agimus, neque eiusmodi, quod vere interpolando statim ipsi orationi interponitur),

nisi quod et ipsum iustam habeat in sententia aut oratione offensionem et cuius addendi causa probabilis et a scribarum simplicitate non abhorrens ostendi possit et quod consilio addentium aliquo modo respondere intellegatur. Atque idem iudicandum est de maioribus illis totarum sententiarum et periodorum aut longiorum etiam locorum additamentis, quæ ex annotationibus margini adscriptis orta interdum sunt, interdum iniuria finguntur. Nam et in codicibus quibusdam antiquis, Latinis tamen magis quam Græcis, scriptorum historicorum in margine breviter argumenta et progressus narrationis annotabantur eæque annotationes postea a scribis errore contextæ orationi insertæ sunt, de quo genere in emendd. Liv. p. 21 sqq. (cfr. addend. ad p. 528) dixi (— nam in Livii codicibus aliquot is error frequens est —), et in aliorum codicum marginibus interdum scholia ad sententias breviter comprehendendas et explicandas et ad res declarandas adscripta postea in contextum recepta sunt, cuius rei ex Ciceronis orationibus olim duo exempla memorabilia in opusc. acad. I p. 148 posui, alia in libris de finibus II, 108 et (post alios) V, 21 notavi, in libro autem I de off. 36 primus scholion historicum deprehendi, simile eius, quod III, 114 Heusinger deprehenderat. Sed quidam, cum inciderunt in locos aut sententia et cum reliquis nexu obscuros (fortasse aliqua ipsius scriptoris culpa, ut in Ciceronis de philosophia libris facile credi potest) aut etiam alio mendo laborantes (velut transpositione), facili se remedio expediunt annotationem marginalem in orationem illatam incusantes, neque quærunt, quibus librariis et quo tempore in mentem venire potuerit huiusmodi annotationes de rebus sententiisque a scriptore non significatis addere aut unde materiam sumpserint aut quo eos probabile sit, si tale quid conati essent, orationis genere et quibus verbis usuros fuisse. Verum quoniam nobis toto hoc capite nostrarum sententiarum explicatio proposita est, non alienorum errorum refutatio, et quoniam refutari ii singulatim sine longiore

plurium locorum pertractatione non possunt, satis erit hic totum genus notasse, pluraque desiderantes ad ea ablegare, quæ in commentariis ad Ciceronis libros de fin. ad V, 86 p. 759 contra Davisium dixi (— quis enim Theophrasti mentionem fecisset, si a Cicerone ipso omissa esset?), ad III, 35 p. 403 et ad V, 9 p. 617 contra Bakium (— quanquam altero loco non marginalis annotatio videtur fingi, sed librarius in ipsam orationem ad Ciceronem scilicet excusandum hæc verba u t p o e t i c e l o q u a r infersisse putandus est —), ad III, 22 p. 381, ad III, 58 p. 443, ad IV, 62 p. 575 contra Iacobum, aut in emendatt. Liv. p. 398 et p. 469 in notis contra Weissenbornium. Nam hoc quoque aut deficientis criticæ perfugium aut levitatis campus est.

A scribendi erroribus ad interpolationem venimus, quo nomine, ut dixi, omnem mutationem a librario volente et prudente factam comprehendo. Eius prima forma, tam rudis, vix ut ab ipso scribendi errore seiungatur, deprehenditur in litteris exempli propositi, quas ipsas scriba recte videbat, sed quid significarent, non intellegebat aut non attendebat, male interpretandis et mutandis. Ad hoc genus pertinent litteræ pro suis ipsæ nominibus positæ aut pro numeris, sed pro partibus vocabulorum acceptæ (aut contra pro numeris, quæ vocabula erant, ut in Ciceronis epp. ad fam. XV, 4, 9), compendia vocum non intellecta, sed alio detorta, vetusque omnino scribendi usus, quæ orthographia appellatur, prave redditus. Quæ quoniam multa et varia in utraque lingua sunt, quæ explicari hoc loco non possunt, paucis defungamur exemplis. Apud Græcos *ει* scriptum in secunda persona passivæ verborum formæ, ubi posteriore ætate *η* scribebatur, cum alibi errores genuit, tum apud Euripidem in Electra 238, ubi Electræ, quid nuntians et quærens is, cuius sub persona Orestes latet, adsit, interroganti sic is respondet: *εἰ ζῇς ὅπου τε ζῶσα συμφορᾶς ἔχεις.* Nihil omnino est *ἔχειν που συμφορᾶς* (Græcum esset *ὅπως συμφ. ἔχεις*), rectum et verum: *ὅπου συμφο-*

ρᾶς ἔχει, hoc est ἔχῃ, quo (malæ) fortunæ loco tenearis constitutaque sis (ἐν τῷ συμφορᾶς, ut Sophocles dixit Antig. 1229)[1]). A nullo commemoratum memini, iota in dativo primæ declinationis antiquo more vocali adscriptum, cui postea subscribebatur, persæpe pro σ acceptum genetivum pro dativo effecisse, velut apud Thucydidem II, 51 ubi scribendum est: ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείᾳ ἀναπιμπλάμενοι (alter ab altero, dum curant et fovent, implebantur et contingebantur; vulgo θεραπείας, quod Dobreus tolli volebat, Kruegerus ab ἀπό pendere, divellens ἕτερος ἀφ' ἑτέρου), et apud Platonem sophist. p. 224 A (καὶ πολλὰ ἕτερα τῇ ψυχῇ τὰ μὲν παραμυθίας, τὰ δὲ καὶ σπουδῆς χάριν ἀχθέντα καὶ πωλούμενα pro τῆς ψυχῆς)[2]). Quid crasis rariore scribendi forma significata nocuerit Platoni in Phædro p. 253 A, r. p. X p. 606 C, suo loco dicetur.

Apud Latinos quoties ex st (est) factum sit aut sit aut sunt, dixi opusc. acad. I p. 184, II p. 222, ad Cic. de

---

[1]) Idem mendum in Sophoclis Œd. Col. 989 ex alia etiam causa suo loco tollam.

[2]) Eadem correctio (ut copia quadam exemplorum res confirmetur) adhibenda Plutarcho in Æmil. Paul. 33 (τῇ ἀναισθησίᾳ pro τῆς ἀναισθησίας; non mutatione non sentiendi miserabiles erant Persei liberi, sed ad fortunæ mutationem miserabiles eo ipso, quod eam propter ætatem puerilem nondum sentiebant) et Alexand. c. 58 (τὴν πλείστην φθορὰν ἀπορίαι τῶν ἀναγκαίων καὶ δυσκρασίαι τοῦ περιέχοντος ἀπειργάσαντο τῇ στρατιᾷ pro τῆς στρατιᾶς), de fort. Rom. 7 (ἐπὶ μαντείᾳ σεμνυνόμενον, non ἐπὶ μαντείας, quod etiam geminatione litteræ σ ortum esse potest), de Iside et Osir. 15 (ἔρεισμα τῇ στέγῃ ὑπέστησεν, non τῆς στέγης), de cupid. divit. 7 extr. ἐπαγαγὼν τῇ ψυχῇ τὰς φροντίδας, non τῆς ψυχῆς), Straboni V p. 240 (καὶ ταῖς ὑπωρείαις τῇ τε ἐκτὸς μέχρι τῆς παραλίας τῆς Ἀδριατικῆς καὶ τῇ ἐντός, non bis τῆς), Luciano navig. 27 (ἐς τέλος μου τῇ εὐχῇ ἐπηρεάζων, non τῆς εὐχῆς), Pausaniæ II, 20, 4 (ἐκράτει τῇ μάχῃ, non τῆς μάχης).

fin. III, 58 p. 444, emendatt. Liv. p. 585; et tamen supersunt non ita pauci loci hoc mendo inquinati, velut Gellii IV, 9, 13 (invidiosast) et Columellæ II, 20, 3 (demessast) et Senecæ cum alii (de brevit. vit. 18, 1 data st, de benef. IV, 3, 3 causast, epist. 92, 11 impeditura st) et hic ad Marciam 14, 1: quota enim quæque domus usque ad exitum omnibus partibus suis constitit, in qua non aliquid turbatum sit? Nam ridicule interrogatur, quota quæque constiterit, in qua non turbatum sit, id est, quæ non constiterit. Recte bis interrogatur: ... constitit? in qua ... turbatum st? De erroribus ex quoi pro cui scripto ortis dixi emendatt. Liv. p. 286; ob eam causam apud Senecam de vit. beat. 23, 2 scriptum est: nihil .. quo manus iniiciat pro cui; (nam manum aliquo iniicere pro eo, quod est alicui, non dicitur); apud eundem de otio 3, 4 editur: sic ad iter, quod inhabile sciet, non accedet; debet esse: cui (quoi) inhabilem se sciet; eiusdem libri 5, 1 pro quid porro? hoc non erit probatum ...? scribendum est: cui (quoi) porro hoc non erit probatum ...?[1]) Etiam Ovidius metam. VIII, 640 scripserat: Membra senex posito iussit relevare sedili, Cui (non Quo) superiniecit textum rude sedula Baucis. Sed residet hoc mendum multo notiore loco; neque enim Horatium a. p. 350 scripsisse, quod omnes toties legimus: nec semper feriet, quodcunque minabitur arcus (in quo durissime ita auditur infinitivus, ut adiiciatur etiam se: quodcunque se percussurum esse minabitur; nam minari aliquid longe aliud est), hoc, inquam, eum non scripsisse ostendunt codices, in quibus est, fide quidem dignis omnibus, quocunque, hoc est, quoicunque.

---

[1]) De brev. vit. 10, 3 recte Gruterus: Nemo nisi cui (quoi) omnia acta sunt sub censura sua. Codd. quo, edd. a quo.

Et quoniam apud Latinos frequentior quam apud Græcos compendiorum scribendi usus est, huius quoque generis errorem ponamus pervagatæ originis. Nam apud Senecam epist. 14, 14 editur: Sed postea videbimus, an sapienti opera perdenda sit; interim ad hos te voco cet. Id quidem Senecæ in mentem non veniebat quærere, perdendane esset sapienti opera, (sine ulla enim dubitatione negabat); quid quærere differret, paulo ante ipse dixit (13): Potest aliquis disputare, an illo tempore capessenda fuerit sapienti respublica. Codices omnium optimi (Pp) habent: an sapientiora perdenda sit; scripserat Seneca: an sapienti opera r. p. danda sit; ex r. p. danda ortum perdenda; et r. p. hic subesse, iam Pincianus senserat. Sed vel in hoc exemplo apparet, quam vicina hæc prima interpolationis initia sint scribendi errori; quis enim neget fieri posse, ut non consilio r. p. in per mutatum sit, sed ipso oculi errore cum illo confusum? sed accedit danda, cum semel erratum esset, in denda mutatum. Cum his mendis ex ignoratione aut oblivione veteris orthographiæ ortis coniuncta est infinita illa neglegentia in lineola litteram m extremam significanti addenda detrahendave (quod nihil fere valere videbatur scribis), quam in emendd. Liv. p. 8 sqq., p. 256 sqq. sic declaravi et notavi, ut nonnullos saltem ad abiiciendam in hoc genere mendi superstitionem adduxerim. Sed tamen, præterquam quod multa expellenda sunt, quæ his triginta annis critici scilicet cauti et grammatici subtiles bonis codicibus male utendo in veterum orationem intulerunt vitia[1]), non ita pauca supersunt bona fide ab omnibus servata, ut apud

---

[1]) In Iustino Ieepius hunc librariorum errorem ipse commemoravit ad XII, 10, 1, et tamen his gemmulis scriptorem in huiusmodi saltem rebus recte loquentem exornavit: VI, 4, 8 potiti victoriam, IX, 7, 12 ultionem potita est, XII, 10, 4 reversus in nave (de eo, qui navem iterum conscendit), XXV, 5, 1 Antigonum in urbem clausum.

Ciceronem pro Sulla 80 (grave est hoc dictum pro dictu; neque enim agitur de dicto aliquo), apud Senecam epist. 95, 61 (quædam admonitionem in philosophia desiderant, quædam probationem et quidem multa, quia involuta sunt vixque summa diligentia ... aperiuntur; apparet, causam afferri, cur desiderent probationem et quidem multam), apud Plinium Mai. h. n. XXXIII, 100 (Et alias argentum vivum non largum inventum est pro inventu; neque enim Plinius perfecto tempore, quid aliquando factum sit, narrat, sed rei naturam indicat)[2].

Altera est et longe uberrima interpolandi materia, cum commissum scribendi errorem idem aut alius postea scriba emendare conatur, plerumque infeliciter, mendum tantum simul augens et occultans. Atque hoc totum quale sit, iam ex permultis eorum exemplorum, quibus ipsos scribendi errores declaravimus, intellegi potest, quoniam iam in iis aliquid accesserat commenti, interdum audacis (ut quod apud Plutarchum adv. Colot. 28, 5 ex καὶ δέους ὡς primum errore καὶ δὲ οὕτως, deinde autem, si dis placet, emendando factum erat καὶ οὐδὲ οὕτως); sed tamen unum et alterum exemplum huius interpolationis proprie declarandæ causa ponamus, rudis illius dico, cui fere satis est singulis verbis Græcam Latinamve formam inducere, interdum usque ad risum simplicis, cuius rei libenter specimen soleo ponere illud, quod apud Livium XXII, 16, 4 in egregio codice Puteaneo exstat, fortunæ minas saxa, ex Formi-

---

[1]) Editorum culpa, non animadversa recentiorum librariorum scribendi ratione, apud Senecam epist. 78, 27 scribitur: Rursus si mors accedit et vocat, licet immatura sit, licet mediam præcidat ætatem, perceptus longissime fructus est; nam neque longe fructus percipitur neque de ea re agitur; Seneca longissimæ scripsit, hoc est, idem fructus, qui ex longissima ætate percipi potest.

ana saxa natum, aut quod in Ciceronis oratione pro Sestio 62, 130 pro ad Numidici illius cum in codice Parisino scriptum esset ad unum dicitius, manus secunda in eodem effecit ad unum dicto citius. Palmam enim simplicitatis Latini scribæ tenent, rudiores quam Græci, ut dixi supra. Quanquam quid potest esse ad simplicitatem admirabilius eo, quod in Plutarchi libello de facie in orbe lunæ c. 15, 7 (p. 928) effectum est? Nam cum sic Plutarchus de luna in æthere nanti et æthera infra se habenti scripsisset: Ἀλλ' ὅμως ὁρᾶν πάρεστιν οὐκ ἀποκεκριμένην τοῦ αἰθέρος τὴν σελήνην, ἀλλ' ἔτι πολλῷ τῷ περὶ αὐτὴν ἐμφερομένην, πολὺν δὲ ὑφ' ἑαυτὴν ἔχουσαν, ἐν ᾧ δινεῖσθαι καὶ κομήτας, primum ex πολύν accommodatione ad ἐμφερομένην factum est πολλήν. deinde geminatis extremis litteris participii ἔχουσαν natum est ανενω, tum ex hoc effectus genetivus substantivi Græci ἀνέμων, qui editur cum nota lacunæ. Sed exempla Græca cetera (ne delectu vagemur) ex uno sumamus Strabonis opere[1]). Is primum libro I p. 55 duplicem maris circa fretum Siculum commemorat æstum, ταῖς μεσουρανήσεσι τῆς σελήνης ἀμφοτέραις συναρχόμενον, .. ταῖς δὲ συνάψεσι ταῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς καὶ δύσεις πανόμενον. Sic enim scripserat, æstum incipere una cum lunæ in medio cœlo commoratione; semel scripto σ (ἀμφοτέραιςυναρχόμενον), cum verbum depravatum esset, corrigendo non consona retracta est, sed vocalis mutata (ἐναρχ.); sed nusquam ἐνάρχεσθαι dicitur cum dativo de initio in aliquod tempus incidente. In libro II p. 121 postquam exposuit alias aliorum locorum et regionum esse virtutes et vitia, partim naturalia, partim adventicia et hominum opera nata (ἐκ κατασκευῆς), ex his primum naturalia geographo com-

[1]) Poteram illustriora ponere exempla ex principum scriptorum codicibus perantiquis, velut Platonis r. p. VIII p. 544 C, polit. p. 294 A, Aristophanis, quo nihil est memorabilius, pac. 800 sed utendum hic fuit iis, quæ breviter declarari possent; illa suis locis ponentur.

memoranda esse dicit, deinde etiam ex adventiciis (*ταῖς ἐπιθέτοις*) ea, quæ diu manere possint, declaranda (*καὶ τούτων δὲ τὰς πλείω χρόνον συμμένειν δυναμένας ἐμφανιστέον*), tum addit hæc in codicibus sic scripta: *μὴ πολὺ μὲν ἄλλως δὲ ἐπιφάνειαν* [*μέν* recte delerunt Coraes et Meinekius] *ἐχούσας τινὰ καὶ δόξαν, ἢ πρὸς τὸν ὕστερον χρόνον παραμένουσα τρόπον τινὰ συμφυῆ τοῖς τόποις ποιεῖ καὶ μηκέτι οὖσαν κατασκευήν*, quorum prima quia sensu cassa sunt, alii frustra corrigere conati sunt, Meinekius lacunæ notam ante *μή* posuit. Et tamen certissimum est ex re et ex superioribus et ex adiectis, quid Strabo scripserit: *ἢ ἀπολλυμένας μέν, ἄλλως δὲ κ. τ. λ.* Præter ea quæ diu manere possint, etiam ea commemoranda dicit, quæ intercidant illa quidem, sed aliquam fama claritatem habeant. Propter eandem syllabam (*μεν*) brevi intervallo positam haustæ sunt litteræ *μενας*, ut superesset: *ἢ ἀπολλυμεν ἄλλως*. Hinc illa nata *μὴ πολὺ μὲν ἄλλως*, Græca scilicet omnia. Sed et occultum magis primum inspicienti et mirum, quod accidit libro VIII p. 357, ubi sic scribitur: *Παρὰ δὲ τὴν Ὀλυμπίαν ἐστὶ καὶ ἡ Ἄρπινα καὶ αὕτη τῶν ὀκτώ, δι' ἧς ῥεῖ ποταμὸς Παρθενίας ὡς εἰς Φηραῖαν ἰόντων* (ea regione veniens, quasi Pheræam eas). Herææ urbis nomen exspectari unumque aptum esse, Tzschuckius intellexit, Pheræam nusquam nominari; et est ipsa forma nominis suspecta; nam *Φηραί* (*Φαραί*) oppida sunt. Iam qui attenderit, p. 360 in simili regionis significatione dici non *εἰς*, sed aptius *ὡς ἐπὶ τὴν Ἀνδανίαν ἰόντων* (ad Andaniam versus), leviter admonitus intelleget, Strabonem hic quoque scripsisse *ὡς ἐφ' Ἡραίαν ἰόντων*, coaluisse, omisso *ε*, *Φηραίαν*, perstantemque in errore librarium iterum scripsisse: *ἡ δὲ Φηραία ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίας*, cumque desideraretur præpositio, additum esse *εἰς*[1]). Lati-

---

[1]) Quod apud Polybium (IV, 77) Philippus Macedonum rex *ἐξ Ὀλυμπίας ἀναζεύξας τὴν ἐπὶ Φαραίαν* primum Telphussam (quæ lon-

num interpolationis scribendi errori supervenientis primum præbeat exemplum Lucilii apud Nonium p. 382 versus, qui cum huiusmodi esset: quæ quondam populi risu res pectora rumpit, male diremptis litteris factum est ris ures, tum vocum Latinarum formam explendo: quæ populi oris aures pectora rumpit. Alterum sit, quod apud Valerium Max. IX, 12, E. 8, sic editur: (Anacreontem poëtam,) dum passæ uvæ succo tenues et exiles virium reliquias fovet, unius grani pertinacior in aridis faucibus umor absumpsit. Neque in grânis humor est neque humor quomodo pertinacior et in aridis faucibus pertinacior dici possit, intellegitur, neque quemadmodum humor, id est succus, qui ipse expetebatur, hominem absumpserit; absumpsisse poëtam ipsum granum (acinus) in aridis faucibus hærens et eas, dum emoveri nequit, irritans putabatur (Plin. h. n. VII, 44). Scripserat nimirum Valerius: unius grani pertinacior in aridis faucibus mora absumpsit. Semel scripto a (morabsumpsit), ad supplendas litteras mor præpositum est u. Apud Senecam Rhet. p. 188 (169) Cestius pro patre contra filium qui luxuriari desisse videri vellet, declamans emendatum esse (filium) non concessit, et assidue dixit, nihil magis sequi intervallum hoc luxuria; etiam vere intermissa vitia vehementius surgere. Posui verba, qualia Bursianus edidit; in illis nihil magis . . . luxuria nulla omnino est sententiæ species; postrema recta essent si omitteretur vere; nam in intermittendis vitiis veritas

---

gius ad septentrionem est), deinde Heræam venisse dicitur, valde suspicor, non oppidum significari (quod si esset, genetivum ponendum fuisse Schweighæuserus sensit, nec tamen intellegeretur, cur ad oppidum ab iis diversum, quæ reapse peteret, iter direxisse diceretur), sed adiectivum latere compositum, τὴν ὑπώρειον aut simile.

nulla est. Codices pro etiam vere habent etiamerei, Antverpiensis etiamere. Videamus nunc erroris gradus; sunt enim manifestissimi. Scripserat Seneca: nihil magis se quam intervallum hoc luxuriæ timere; intermissa vitia vehementius surgere. Cum conflata essent se et quam, fortasse compendio particulæ quam obscuro, factum est sequi; deinde, cum extrema vocalis vocabuli luxuriae adhæsisset sequenti infinitivo (luxuria etimere), factum est etiam, relictis tamen inanibus litteris ere et, geminato i (ex intermissa), erei, e quibus postea demum recentior aliquis scriba aut editor antiquus illud vere composuit. Agmen hoc Iustini claudat locus in VII, 6, 7 et 8 de Philippo Macedone, quem sic scriptum Ieepius edidit: Post hos bello in Illyrios translato multa milia cædit: urbem nobilissimam Larissam [capit. Hinc Thessaliam] non prædæ cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere gestiebat, nihil minus quam bellum metuentem improvisus expugnat. Et sane cohærent hæc: urbem nob. Larissam ... expugnat; sed quam violenter improbabiliterque deleantur tria verba, quæ addere nemini in mentem venire potuerit, apparet. Pro hinc alii codices hic in aut hic habent. Scripserat Justinus: Larissam (caput hoc Thessaliæ) ... expugnat. Cum librarius aut solo casu aut quod post accusativos urb. nob. Larissam verbum exspectabat, caput in capit mutasset, successit, qui ex Thessaliæ obiectum verbi expugnat efficeret; restabat hoc, ex quo hinc et alia facta.

Sed eadem voluntas, quæ vere depravata corrigere infeliciter conabatur, necessario etiam ea attingebat, quæ, cum essent vera et recta, hominibus, non satis peritis, quod non intellegebantur graviterque eos aut insolentia constructionis aut verbi novitate offendebant, corrupta videbantur, præsertim si ex propinquo species aliqua probabilior occurre-

bat. Simplicissimum huiusmodi interpolationis exemplum est, quod in Platonis symposio p. 175 A, ubi servus Agathonis dicitur nuntiasse Socratem *ἔν του τῶν γειτόνων προθύρῳ* stare (sic enim Plato scripsit), substitutum est *ἐν τῷ τῶν γειτόνων προθύρῳ*. Neque certum aliquod vestibulum (*τὸ πρόθ.*) significatur neque plurium vicinorum unum fuit (*τὸ τῶν γ.*), sed in unius vicinorum vestibulo Socrates stabat[1]). Librario post *ἐν* vix cogitanti dativus sub acumen stili venit. Paulo iam est audacius, quod apud Xenophontem Hellen. I, 2, 10 accidit. Nam cum is sic scripsisset: *Τοῖς δὲ Συρακοσίοις καὶ Σελινουσίοις κρατίστοις γενομένοις (οἱ Ἐφέσιοι) ἀριστεῖα [ἔδωκαν] καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πολλοῖς καὶ οἰκεῖν ἀτελεῖ ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ ἀεί* (ut, qui vellet, tributo immunis Ephesi habitaret), quod *ἔδοσαν* substantivi accusativum requirere videbatur, scriptum est *ἀτέλειαν*, turbata prorsus et structura, in qua nunc locus verbo *οἰκεῖν* non est (neque enim Græcum est *ἀτέλειαν οἰκεῖν δίδωμί τινι* pro *ἐξουσίαν*) et sententia; neque enim nudum habitandi ius pro beneficio dabatur. (De *ἔδωκαν* delendo dicam paulo post.) Licentius tamen fecit, qui apud Platonem r. p. II p. 373 A rariori et ignoto sibi vocabulo notum satis, sed a re prorsus alienum substituit. Nam in hac enumeratione rerum ad victum tantum pertinentium: *καὶ ὄψα δὴ καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ ἑταῖραι καὶ πέμματα* nihil loci esse *ἑταίραις* consentiunt Nitschius, Stallbaumius, alii; sed neque pervagatum vocabulum *ἕτερα* subest, quod frustra Stallbaumius commendat (nam neque, quod in *ἄλλος* fit, transferri ad *ἕτερος* potest neque Græcus homo dicturus erat

---

[1]) In Euripidis Ione v. 551 pro *Προξένων δ' ἐν τῷ κατέσχες* scribendum esse *ἔν του*, dixi Philolog. vol. II p. 136, et sic nunc editur; sed emendatio L. Dindorfio adscribitur, qui ubi eam fecerit, nescio.

θυμιάματα καὶ ἄλλα πέμματα), neque quod Nitschius voluit, sed nomen rei cum πέμμασι coniunctæ et tale, quod similitudine aliqua litterarum ἑταίρας illas obiiceret, ἐσχαρῖται, hoc est, panes delicati. Atque his exemplis Græcis paria respondent Latina. Velut apud Senecam epist. 88, 25 legitur nunc: Multa adiuvant nos nec ideo partes nostræ sunt; Seneca scripserat nostri; neque enim aliter dicitur Latine de partibus, ex quibus constamus; nostræ sunt partes, quas aliarum rerum, velut prædæ, agri, habemus quarumque domini sumus; sed librarius illius genetivi ignarus aut oblitus feminini generis adiectivum necessarium putavit, prorsus ut ille Græcus ἐν τῷ. Idem epist. 99, 26 scripserat: Hi sunt, qui nobis obiiciunt nimium rigorem et infamant præcepta nostra duritiæ, hoc est, accusant, in famam duritiæ vocant, quemadmodum epist. 22, 7 legitur: non est, quod quisquam temeritatis illos apud te infamet. Librarius constructione perrara offensus duritia posuit; sed duritia præcepta infamant, qui ipsi duritia vitæ præcepta in eiusdem vitii suspicionem adducunt. Mirum videtur et tamen manifestam habet causam, quod accidit apud Ovidium epist. III, 30 sqq., ubi Briseis de legatis ad Achillem mitigandum missis (Iliad. libr. IX) sic scribens inducitur, si credimus editoribus:

Auxerunt blandæ grandia dona preces,
Viginti fulvos operoso ex ære lebetas
Et tripodas septem pondere et arte pares.

Atqui precibus legatorum accedunt et pondus addunt adiecta dona; preces (quæ significatæ sunt ipsa legationis mentione) auxisse dona (quæ significata non sunt) perridicule dicuntur; atque hoc confirmant codices, qui habent, boni quidem constantissime, blandas, non blandæ. Sed quid fiet proximis accusativis fulvos .. lebetas .. tripodas? Simpliciter in nominativos transibunt fulvi .. lebetes .. tripodes. Nam cum librarius hiatum in fulvi operoso non ferret (qui in arsi tertii pedis iustam habet

excusationem, ut VIII, 71, IX, 131), fulvos fecit, deinde ad id lebetas et tripodas accommodavit, blandas, quod simul mutandum erat, quia præcesserat, oblitus est mutare[1]). Itaque suo ipse indicio deprehenditur. Atque etiam prorsus alius vocabuli pro ignoto et obscuro non errore, sed coniectura substituti exemplum præbeat Seneca. Is in epist. 113 a plerisque Stoicis, qui fere virtutes ζῷα esse docebant, dissentiens ad hanc sententiam absurditatis convincendam et aliis utitur exemplis et ad extremum illo modo etiam ambulationem animal dici debere ait. Deinde sic pergit (23): Ne putes autem me primum ex nostris non ex præscripto loqui, sed meæ sententiæ esse, inter Cleanthem et discipulum eius Chrysippum non convenit, quid sit ambulatio. Itane vero? De hoc, quod Seneca irridens exempli causa arripuerat, illi iam serio disputaverant, nec, essetne animal, sed omnino, quid esset? Et vide iam, quid ex illa controversia afferatur: Cleanthes ait spiritum esse a principali usque in pedes permissum, Chrysippus ipsum principale. Hoc vero ultra modum ridiculum, Chrysippum dixisse ambulationem esse τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ ἀνθρώπου. Sed nugari desinamus. Inter ipsos principes scholæ Seneca negat convenire, quid esset animatio, τί ἡ ζωοποίησις vel ἡ ζώωσις (utroque enim vocabulo Stoici usi sunt), ut sibi quoque in hac de animali et animatione quæstione suam sequi sententiam liceat[2]).

Additorum interpolando verborum in utriusque linguæ

---

[1]) Studio accusativos efficiendi librarius etiam operosos scripsisse videtur, quod est in antiquissimo omnium codice Parisino, sed in ceteris sublatum est.

[2]) Singularem quandam sententiæ mutatis casibus perversionem interpolando factam ostendam suis locis in Plutarchi Pyrrh. c. 16, (Strabone p. 228), Senec. de const. sap. 4, 3.

scriptoribus exempla differo paulisper, ut id genus, quod propriam habet formam, separatim attingam.

Ex his, quas demonstravi, originibus nata interpolatio quemadmodum deinde latius serpserit et postremo in quibusdam codicibus ad summam licentiam et fœdam labem progressa sit, generatim particulatimve persequi omitto, quia et multiplex materia est nec generibus certis divisa et potius in certis codicibus perpetuo consideranda eaque disputatio seiungi a codicum secundum ætates stirpesque distributione et æstimatione nequit. Tantum dicamus breviter, initia quædam et stamina interpolationis, maxime huius tertii et postremi generis, quod positum est in prava integrorum, sed ob inscitiam aut inconsiderantiam non intellectorum mutatione, antiquissima esse eiusque conatus satis temerarios deprehendi, sed raros et magnis intervallis, non solum in antiquissimis et diligenter alioquin religioseque scriptis codicibus communis generis, velut in Platonis Oxoniensi (seculi noni exeuntis) et Parisino A (quem Bekkerus illo antiquiorem putat), in Aristophanis Ravennati, in Latinis Ciceronis et Livii aliorumque eiusdem ætatis, non hic nata, sed traducta ex exemplis propositis, sed etiam in palimpsestis, velut in Ciceroniano de r. p. I, 51, ubi additum esse e o n o m i n e ostendi et editoribus Turicensibus persuasi, et II, 36, ubi iam Mosero suspectum fuit p o s t q u a m pro p o s t scriptum. Nonnullis locis grammaticorum scholiastarumque aut aliorum scriptorum testimonio antiqua huiusmodi interpolatio codices nostros omnes obsidens convincitur, velut, ne poëtas scenicos attingam, in Platonis Euthydemo p. 293 D πάντα λέγεις pro παταγεῖς [1]), in Ciceronis Verrinarum libro I, 39 n o n m o d o n o n pro n o n m o d o, et 141 v e r u m aut t e c t u m pro

[1]) Miro iudicio Hermannus scripturæ apud grammaticos servatæ, quam ad hunc locum pertinere certissime scholium (πάντ' ἄγεις) demonstrat, prætulit „planissimam" codicum scripturam, id est, manifestam interpolationem.

vafrum, in Catulli carmine LXIV, de Peleo et Thetide, v. 23 et 24, quo exemplo ad audaciam interpolationis nihil est illustrius[1]). Interdum huiusmodi testimonio ex insperato accedit repertus aut inspectus antiquus aliquis codex, qui ceterorum labem effugit, ut in Catilinaria secunda Ciceronis 27 revocatam (primum a Steinmetzio) e scholiis et grammaticis duobus veram scripturam (conivere possum pro consulere sibi possunt) postea duo codices confirmarunt; in Iuvenale quidem cum scholiis et Prisciano in huiusmodi locis fere aut codex Pithœanus consentit (ut VII, 139 et in proxima satira ter in Laterani nomine pro Damasippi) aut alius aliquis (IV, 43, VIII, 155), I, 169 nullus. Fit etiam interdum, ut solus subito ex angulo aliquo emergens antiquus codex interpolationem per ceteros varie sparsam coarguat verumque ipsum contineat, ut in Ovidii metam. VII, 275 sqq. nuper e codice Marciano antiquissimo prolata a Merkelio nec tamen intellecta aut arrepta est recta et vera scriptura (de Medea sacra ad Æsonem recoquendum parante):

His et mille aliis postquam sine nomine rebus
Propositum instruxit mortali barbara maius,
Arenti ramo iampridem mitis olivæ
Omnia confudit summisque immiscuit ima.

Mortali maius dicitur propositum et consilium hominem ex sene iuvenem recoquendi[2]). Aut scribendi errore aut quod

---

[1]) Miror enim, ne Lachmannum quidem pro his versibus: Heroes salvete, deum genus, o bona mater, Vos ego sæpe meo, vos carmine compellabo, in quorum priore unius illius matris appellatio perversissima est, in altero et inanis repetitio et putidum illud sæpe offendunt, e scholiis Vergilianis ad Æneid. V, 80 revocasse egregiam scripturam: Heroes salvete, deum gens, o bona matrum Progenies, salvete iterum; vos compellabo.

[2]) De brevitate comparandi, qua res mortali maior dicitur, quæ maior quam pro mortali est, non puto opus esse disputare (Gr.

scriba vocabuli, quod est propositum, usum ignorans substantivum desideravit, pro maius scriptum est transfusumque in ceteros omnes codices munus; deinde et alia nata et monstrum illud, quod Merkelius posuit: instruxit remorari Tartara munus.

Itaque hæc, ut dixi, in antiquis codicibus, si summam spectes, rara sunt (in nonnullorum tamen scriptorum codicibus, ut Plutarchi et Senecæ, minus) maximeque in iis menda scribendi errore orta aut ipsa relicta sunt aut ita rudis adhibita correctio, ut aut facile prima vestigia invenias aut saltem specie sanitatis non ludaris. Sensim deinde per inferiora secula interpolandi licentia crevit, quæ et plura, in quibus hæreretur, attrectaret et maxime in mendis corrigendis a primis vestigiis longius discederet, illiciente et alente libertatem in Latinis ipso, quod renascebatur, veterum scripta legendi et enarrandi studio; in Græcis, quæ iam antea grammatici Byzantini ausi erant, propagata extrema ætate ad plures scriptores sunt, cum ad Italos aliosque Græcorum librorum cupiditas translata esset. Itaque et multos antiquos optimosque codices altera manus longe recentior multis locis interpolavit primæ scripturæ correctione prava superposita, et ex codicibus ab aliquo homine fortasse pro illorum temporum captu non indocto correctis (cuiusmodi hominum etiam nomina nobis in Sophoclis, in Ciceronis, in poëtarum Latinorum elegiacorum codicibus et alibi tradita sunt) describebantur codices communi interpolatione inquinati nec nisi novis erroribus et ulterioribus conatibus discrepantes, quibus codicibus cum primi editores fere usi essent, in aliis scriptoribus antea, in multis (ut e Græcis Platone, Isocrate, Demosthene, Sophocle, Aristophane) hoc demum seculo ad fideliores et antiquiores codices ex

---

Lat. § 304 n. 4. Horatius ep. I, 17, 40: onus parvis animis et parvo corpore maius).

angulis protractos reditum est. Neque mirandum est, iustæ horum testium reverentiæ adiungi perversam superstitionem hominum neque omnem codicum, etiam antiquorum, condicionem perspicientium neque ad auctoritatis et rationis momenta inter se comparanda ingenio, exercitatione, sermonis rerumque antiquarum scientia satis instructorum, aut esse etiam, qui a simplici veritate ad interpolationem amplectendam ipsa licentiæ singulari magnitudine tanquam thesauro invento decepti relabantur[1]). Sed de toto hoc codicum discrimine, quod in unoquoque scriptore separatim tractandum est, dixi iam hoc loco agi non posse. Brevissime, quod dixi de sublatis recentiore interpolatione veri indiciis, quæ prima mendi forma in antiquis codicibus continentur, duobus exemplis, Græco altero, altero Latino declarabo. Plato legg. I p. 633 D fortitudinem positam esse dicit in certamine non solum cum timoribus et ægritudinibus, sed etiam cum desideriis et voluptatibus et blandimentis adulatoriis (*θωπείας κολακικάς* appellat), *αἳ καὶ τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι τοὺς θυμοὺς ποιοῦσιν.* Sic enim codices habent, nulla sententia. Itaque in codicibus Bekkeri (e septem) duobus (altero omnium optimo) in margine adscribitur aperta coniectura *κηρίνους*, in uno recenti altera manus hoc in contextu posuit (*κηρ. ποιοῦσιν*), in uno item recenti statim scriptum est, sed post *ποιοῦσιν.* Deinde eadem altera manus in eodem codice *μαλάττουσαι* addidit; itaque editur aut *μαλάττουσαι κηρίνους ποιοῦσιν* aut (a recentissimis) tantum *κηρ. ποιοῦσιν*, nec quisquam vidit, in antiqua scriptura unam addendam esse litteram, ut efficeretur verbum poëticum et elegans de vehe-

---

1) Nihil in hoc genere perversius quam quod A. G. Zumptius in Ciceronis orationibus agrariis et pro Murena commisit, de quo etsi Halmius dixit, quædam alibi addam. Nam nihil ex illis sordibus relinquendum est.

menti motu et incitati animi perturbatione, πτοιοῦσιν[1]). Apud Senecam epist. 90, 26 editur: non dedecoros corporis motus (sapientia eruit aut effecit) nec varios per tubam ac tibiam cantus, quibus exceptus spiritus aut in exitu aut in transitu formatur in vocem. Mirificos vero cantus (et cantus per tibiam), quibus excipiatur spiritus et in vocem formetur! Apparet describi partem instrumenti musici spiritum, quo inflatur, excipientis et in vocem transformantis. Et sic quidem, ut editur, ceteri codices omnes (modo de omnibus recte taceatur) habent, sed in antiquissimo Bambergensi pro cantus quibus est cantisaliqui quibus. Detracto qui, quod ex quibus ortum est, restat cantisali, id est canalis (varios per tubam ac tibiam canalis, quibus exceptus cet.), de quo Seneca ipse vetabit quemquam dubitare, epist. 108, 10 sic scribens: spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiore novissime exitu effudit. Sed quanquam codex Bamb. ad verum inveniendum hic dux fuit, tamen ea vestigia, quæ in ceteris plane obruta is servavit, adeo sunt tenuia et confusa, ut simul hic locus documento esse possit, quam sint gravibus mendis nulla non pagina obsiti antiqui et inter ceteros optimi Senecæ codices.

Distuli supra singularem interpolationis formam, quæ constat verborum data opera adiectione, cognatam cum altero additamentorum genere, quæ errore ex margine suscepta sunt, et ita specie similem, ut interdum distingui nequeat. Neque enim raro librarii, quod aut rariorem loquendi formam non expediebant, aut sententiæ cohærentiam membrorumque coniunctionem et distributionem et

---

[1]) Hanc emendationem posui in annalibus philol. Danicis V p. 17 et 158.

quid ex prioribus audiretur vel ex sequentibus adsumeretur, non animadvertebant aut quod verborum, quæ legebantur, vi non intellecta aliquid desiderabant, ad explendam, ut credebant, orationem verbum aliquod aut etiam duo plurave addiderunt, interdum etiam ad mendum aliquod, ut putabant, corrigendum, id est, occultandum. Ea labes quam sit antiqua et optimos quoque codices attigerit, intellegi potest, ut hoc utar, ex vocibus iam ab aliis recte in Platonis Phædone damnatis et contra ceteros codices et contra Oxoniensem (p. 73 C πρότερον, p. 74 E ἴσον, p. 78 D καλῶν a Classenio, p. 85 D ἢ ab Heindorfio, p. 88 A ἢ a Schleiermachero, p. 90 D τοὺς λόγους, p. 100 D εἴτε a Daehnio, p. 105 B ἐν τῷ σώματι, p. 113 B τῇ γῇ). Et tamen hac quoque interpolatione sæpe antiquissimos codices et integros carere, quæ in recentioribus demum nata sit, et ex Platonis locis, quos iam attigimus, r. p. VII p. 529 C, legg. I p. 633 D, intellegi potest, et ex Plutarchi, quem paulo post afferemus (Themist. c. 2), et exemplo perquam memorabili declarabitur proximo capite in Platonis Theæteto p. 175 C Sed nunc in novis quibusdam exemplis quid quoque loco fraudem interpolatori obiecerit, animadvertamus; quorum primum sit ex ipso illo, in quo complura iam notata dixi huius generis, Platonis dialogo. Nam in Phædone p. 93 D, ubi sic scribitur: Ἀλλὰ προωμολόγηται, ἔφη, μηδὲν μᾶλλον μηδ' ἧττον ἑτέραν ἑτέρας ψυχὴν ψυχῆς εἶναι· τοῦτο δ' ἔστι τὸ ὁμολόγημα, μηδὲν μᾶλλον μηδ' ἐπὶ πλέον μηδ' ἧττον μηδ' ἐπ' ἔλαττον ἑτέραν ἑτέρας ἁρμονίαν ἁρμονίας εἶναι, necessario tollendum in extremis verbis ἁρμονίας, additum aperta de causa, ut hoc membrum simile superiori esset (ψυχὴν ψυχῆς); verum non quæritur, quatenus ἁρμονία ἁρμονία sit, sed Socrates, de eorum sententia, qui animum ἁρμονίαν definirent esse, disputans, ex eo, quod antea concessum est, animum omnem æque esse animum, concludit, si animus ἁρμονία sit, non alium animum magis, alium minus esse ἁρμονίαν (ἑτέραν ἑτέρας

ψυχὴν ψυχῆς ἁρμονίαν εἶναι), sed omnes æque, ut expediri nequeat, cur alius animus sibi conveniat constetque, alius discordet. Alterum sumatur exemplum e r. p. I p. 363 A, ubi sic scribitur: ἵνα δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι γίγνηται ἀπὸ τῆς δόξης ἀρχαί τε καὶ γάμοι καὶ ὅσαπερ Γλαύκων διῆλθεν ἄρτι ἀπὸ τοῦ εὐδοκιμεῖν ὄντα τῷ ἀδίκῳ. Non aptissimum hoc τῷ ἀδίκῳ est; neque enim Glauco iniusto simpliciter hæc evenire dixerat, sed iniusto, qui iustus videretur. Sed omnes codices habent, quod ferri nullo modo potest, τῷ δικαίῳ. Id non corrigendum violenter erat, sed tollendum, ut recte sine dativo dicantur illa commoda ex bona fama oriri (ei, qui eam habeat). Interpolator propter præcedentia δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι dativum desideraverat, in eo ponendo a sententia aberraverat. Eiusdem operis libro VI p. 505 A hæc leguntur: ἐπεὶ ὅτι γε ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα μέγιστον μάθημα, πολλάκις ἀκήκοας, ᾗ δίκαια καὶ τἆλλα προσχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται. Ut prætermittam, dicendum fuisse τὰ δίκαια, prorsus ridiculum est et a Platonis mente alienissimum, iusta dici boni idea fieri utilia; nam neque de iustorum utilitate agitur et iusta τῇ τοῦ δικαίου ἰδέᾳ valent. Manifestum est comparari varia μαθήματα et hoc dici, ita summum μάθημα esse boni ideam, ut per eam demum cetera quoque μαθήματα utilia fiant. Scripsit igitur Plato ᾗ καὶ τἆλλα. Librarius oscitans καί pro et, non pro etiam accipiens, addidit, quod responderet scilicet τοῖς ἄλλοις (quemadmodum Gorg. p. 477 D additum est ἡ λύπῃ, ut responderet verbis ἢ βλάβῃ, non intellecto, hoc ipsum referri ad superiora ἢ ἀνιαρότατον καὶ ἀνίᾳ ὑπερβάλλον). Platonicis exemplis adiungamus unius præterea scriptoris, Plutarchi, interposito tamen illo, quem iam paulo ante ob aliud mendum attigimus, Xenophontis loco Hellen. I, 2, 10: τοῖς δὲ Συρακοσίοις καὶ Σελινουσίοις .... ἀριστεῖα ἔδωκαν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πολλοῖς καὶ οἰκεῖν ἀτέλει ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ ἀεί. Nam in hoc loco et vehe-

menter per se offendit repetitum moleste in utroque membro dandi verbum et variata forma ἔδωκαν, ἔδοσαν. Cum accedat igitur, ut Xenophon constanter ἔδοσαν dicat (I, 3, 9, V, 3, 10, V, 4, 11, VI, 1, 18 et in compositis I, 2, 18, I, 3, 3 et 21, cet.), nusquam ἔδωκαν, apparet hoc adiectum esse ab aliquo, qui substantivum ἀριστεία suo verbo carere noluerit. In Plutarchi vitis non pauca sunt huius generis, quorum quædam iam alii animadverterunt, velut illud manifestissimum homo, si vixisset diutius, multum Græcis scriptoribus profuturus, Emperius, quod Pyrrh. c. 24 cum Plutarchus scripsisset βίᾳ τῶν ὑπασπιστῶν (invitis et repugnantibus stipatoribus), non intellecto usu vocabuli βίᾳ additum est μετά (βίᾳ μετὰ τῶν ὑπ.). Huic simile, sed paulo occultius est, quod in Pelop. c. 1 accidit, ubi sic scribitur: Ἀλλὰ Συβαρίταις μὲν ἐκτετηκόσιν ὑπὸ τρυφῆς καὶ μαλακίας διὰ τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμὴν καὶ φιλοτιμίαν εἰκότως ἐφαίνοντο μισεῖν τὸν βίον οἱ μὴ φοβούμενοι τὸν θάνατον. Hæc nihil aliud significant nisi Sybaritas propter honesti studium et gloriæ cupiditatem enervatos esse deliciis et mollitia; quæ sententia quoniam supra modum ridicula est, qui Græce sciebant et sano iudicio utebantur, Coraës et Schæferus, transpositione subvenire conabantur, ut illa διὰ τὴν ... φιλοτιμίαν coniungi cum his οἱ μὴ φοβούμενοι τὸν θάνατον possent. Sed ne id quidem recte fieret, quoniam in hac acuta contrariorum relatione: (ἐφαίνοντο) μισεῖν τὸν βίον οἱ μὴ φοβούμενοι τὸν θάνατον nihil addi potest, nec profecto causam non timendæ mortis hic opus erat significari. Plutarchus scripserat aptissime: Ἀλλὰ Συβαρίταις μέν, ἐκτετηκόσιν ὑπὸ τρυφῆς καὶ μαλακίας τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμὴν καὶ φιλοτιμίαν (Sybaritis, qui deliciis et mollitia studium honesti et gloriæ cupiditatem amiserant et tanquam exustam et liquefactam deposuerant); librarius, qui ignorabat usitatam optimæ ætati formam loquendi, ἐκτέτηκα τὴν ὁρμὴν (ut apud Dionysium Halic. VIII, 45 femina dicitur ἐκτε-

τηκέναι τὰς ὁράσεις ὑπὸ δακρύων, sed iam apud Xenophontem ἀποσέσηπα τοὺς δακτύλους, eadem ratione, qua in passiva verbi forma ἐκκέκομμαι τὸν ὀφθαλμόν et infinita alia), ad accusativum expediendum addidit διά, ut in Pyrrho μετά ad genetivum. Alcibiad. c. 18 postquam Hermæ truncati commemorati sunt et fama de Corinthiis rei auctoribus, sic in codicibus pergitur: Οὐ μὴν ἥπτετό γε τῶν πολλῶν οὔθ' οὗτος ὁ λόγος οὔθ' ὁ τῶν σημείων δεινὸν εἶναι μηδὲν οἰομένων, ἀλλ' οἷα φιλεῖ φέρειν ἄκρατος ἀκολάστων νέων εἰς ὕβριν ἐκ παιδιᾶς ὑποφερομένων Quoniam aperte cohærent ὁ τῶν οἰομένων neque genetivus partitivus ullum habet locum, corrigunt scribuntque σημεῖον, prava sententia; nam sic non negatur portentum illud esse (τῶν μὴ σημεῖον εἶναι οἰομένων), sed portentum nullum (unquam) esse terribile statuitur, quod iudicium ad hanc rem nihil pertinet. Tollenda est simpliciter vox addita ab aliquo, qui cum a structura verborum aberrasset, articulum substantivo carere noluit; significatur oratio hominum animo sedato rem contemnentium, qui periculi nihil subesse (δεινὸν εἶναι μηδέν) putabant, sed lasciviam e vino natam. Graviter perturbatus est stolido additamento eiusdem vitæ alius locus in cap. 35, ubi Alcibiadi sua ipsi gloria nocuisse dicitur, quod, cum omnia efficere posse crederetur, si qua in re minus ei successisset, curam defuisse homines putarent, quippe qui non potuisse eum perpetrare non in animum inducerent: Ἔοικε δ', εἴ τις ἄλλος, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης καταλυθῆναι. Μεγάλη γὰρ οὖσα καὶ τόλμης καὶ συνέσεως γέμουσα ἀφ' ὧν κατώρθωσεν, ὕποπτον αὐτοῦ τὸ ἐλλεῖπον ὡς οὐ σπουδάσαντος, ἀπιστίᾳ τοῦ μὴ δυνηθῆναι, παρεῖχε· σπουδάσαντα γὰρ οὐδὲν ἂν διαφυγεῖν. Ridicula est gloria plena audaciæ et prudentiæ (γέμουσα συνέσεως); sed ea nata est, quod, cum sic simpliciter Plutarchus scripsisset: μεγάλη γὰρ οὖσα καὶ τόλμης καὶ συνέσεως (cum magna et audaciæ et prudentiæ esset, cum magna in Alci-

biade καὶ τόλμης καὶ συνέσεως δόξα esset), scriba genetivi rationem non expediens participium, unde penderet, ineptum adiecit. Sed non minus aut molestum aut manifestum eiusdem generis vulnus inflictum est initio proximi capitis (36): Τῶν δὲ μισούντων τὸν Ἀλκιβιάδην ἐν τῷ στρατοπέδῳ Θρασύβουλος ὁ Θράσωνος ἐχθρὸς ὢν ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας κατηγορήσων. Itane vero? Thrasybulusne inimicus erat eorum, qui Alcibiadem oderant? Hoc enim, neque quicquam præterea, verba significant. Sed demus ἐχθρός referri ad Alcibiadem; quæ est hæc orationis balbuties, ex iis, qui Alcibiadem odissent, unum eius inimicum fuisse? Nimirum Plutarchus inter eos, qui Alcibiadem odissent, Thrasybulum fuisse dixerat (Τῶν μισούντων — Θρασύβουλος ὁ Θράσωνος ὤν), scriba, quo referretur ὤν, non animadvertens aut non memor dici εἶναι τῶν μισούντων, prædicatum (ἐχθρός) addendum putavit. His unum addamus singularis formæ additamentum in Agesilai c. 32 sub fin., ubi hæc leguntur: Ἀναχωρῆσαι δὲ τοὺς Θηβαίους ἐκ τῆς Λακωνικῆς οἱ μὲν ἄλλοι λέγουσι χειμώνων γενομένων καὶ τῶν Ἀρκάδων ἀρξαμένων ἀπιέναι καὶ διαρρεῖν ἀτάκτως, οἱ δὲ τρεῖς μῆνας ἐμμεμενηκότας ὅλους καὶ τὰ πλεῖστα τῆς χώρας διαπεπορθηκότας. Nihil vitio sententiæ et orationis manifestius; nam neque τοῖς ἄλλοις respondere potest infinitum οἱ δέ, sed certum et definitum aliquid, a quo illi separentur, neque ullo modo tanquam in divisione contraria poni possunt χειμώνων . . . ἀτάκτως et τρεῖς μῆνας .. διαπεπορθηκότας, quorum illa causam discessionis, hæc tempus commorationis et effectum significant, sed cohærent et unam faciunt summam. Itaque his omnibus continuatis: Ἀναχωρῆσαι δὲ τοὺς Θηβαίους οἱ μὲν ἄλλοι . . . διαρρεῖν ἀτάκτως, τρεῖς μῆνας ὅλους . . . διαπεπορθηκότας, contrarium infertur: Θεόπομπος δέ φησιν κ. τ. λ. Scriba cum non attendisset, inter se referri infinitum et finitum (οἱ μὲν ἄλλοι . . . Θεόπομπος δέ), post οἱ μὲν (ἄλλοι) inferendum putavit,

οἱ δέ, addiditque incommodissimo loco. Atque hæc additamenta, quæ et per se manifesta sunt et inter se confirmant et apertas habent ex simplicissima iudicandi levitate causas, in scriptura integra antea et incorrupta acciderunt. Illud iam ex mendo ante illato natum est; nam in Themistocle c. 2 de Themistocle puero hæc leguntur: *Ἐπεὶ καὶ τῶν παιδεύσεων τὰς μὲν ἠθοποιοὺς ἢ πρὸς ἡδονὴν καὶ χάριν ἐλευθέριον σπουδαζομένας ὀκνηρῶς καὶ ἀπροθύμως ἐξεμάνθανέ, τῶν δὲ εἰς σύνεσιν ἢ πρᾶξιν λεγομένων δῆλος ἦν οὐχ ὑπερορῶν παρ' ἡλικίαν, ὡς τῇ φύσει πιστεύων.* Mirum est de puero disciplinarum et artium studioso *οὐχ ὑπερορᾶν*, non contemnere, addita præsertim causa, quod naturæ confideret, quæ ad contemptum tollendum nihil valebat. Sed optimus omnium, ut in Plutarcho, codex Sangermanensis et alii omnino non habent *οὐχ*. Scripserat igitur Plutarchus *δῆλος ἦν ὑπερερῶν*. Vocali *ε* in *ο* mutata, additum est in aliquot codicibus *οὐχ*. In Pyrrhi autem vita c. 22 de rege deliberante, utrum res Italicas an Græcas an Sicilienses potissimum capessat, hæc scribuntur: *Εἶτα τοῖς Σικελικοῖς μειζόνων ὑποκεῖσθαι πραγμάτων δοκούντων, Λιβύης ἐγγὺς εἶναι δοκούσης, ἐπὶ ταῦτα τρέψας Κινέαν μὲν εὐθὺς ἐξέπεμψε προδιαλεξόμενον*, in quibus Sintenis, homo patientissimus, *δοκούσης* iniuria suspectum quibusdam fuisse annotat; equidem meritissimo suspectum dico non solum ob geminatum in eadem constructionis forma idem participium aut quod causæ (*μειζόνων ... δοκούντων*) causa necessario alia forma subnectenda erat, sed quod totum ineptum est, Africam visam esse propinquam esse Siciliæ, quo nihil erat certius aut notius. Plutarchus sic posuerat: *τοῖς Σικελικοῖς μειζόνων ὑποκεῖσθαι πραγμάτων δοκούντων τῷ Λιβύης ἐγγὺς εἶναι, ἐπὶ ταῦτα τρέψας κ. τ. λ.* Cum *τῷ* post *τῶν* excidisset, additum est ad structuram efficiendam *δοκούσης*. Sed Græcorum exemplorum abunde iam est. Latinorum agmen Cicero

ducat, in cuius oratione pro P. Quinctio 75 hæc leguntur: unum tamen hoc (testes, qui ab adversario parantur) cogitent, ita se graves esse, ut, si veritatem velint retinere, gravitatem possint obtinere; si eam neglegere, ita leves sint, ut omnes intellegant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adiuvare. Primum, si et gravitas et levitas commemorarentur, debebant hæc ex æquo poni: ita se graves esse .... ita leves esse; perversum, si quid aliud, est: ita se graves esse, ut ita leves sint; deinde aperte sic contraria priori hæc ponitur condicio: si eam neglegere (audito ex superiore membro velint), ut etiam consecutio (ut omnes intellegant) ex eodem (ita se graves esse) pendere debeat; postremo hoc ipsum: ut omnes intellegant, ... auctoritatem adiuvare necessario non ad levitatem refertur, in qua nulla est auctoritas, sed ad gravitatem. Itaque omnis sententia pertinet ad gravitatem finiendam et terminandam et necessario sic decurrit: ita (hoc est, hactenus et hac condicione) se graves esse, ut, si veritatem velint retinere, gravitatem possint obtinere, si eam neglegere, ut omnes intellegant, cet., sublatis verbis ita leves sint, quæ addita sunt ab aliquo, qui neque particulæ ita vim neque duplicis et contrariæ sententiæ inde, duplici condicione posita, pendentis rationem intellexerat[1]). Apud eundem in orat. pro Cluent. 199 sic scribitur: atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen et iura (Sassia) mutavit, uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. Mire ex altera parte nomina, ex altera nomen

---

[1]) Hac emendatione cum Halmio communicata Kayserus usus est. De ut, quod semel positum utrique membro sufficiebat (ut, si . . ., possint, si . . ., omnes intellegant), ante alteram sententiam consecutivam repetito dixi breviter ad Cic. de fin. V, 10 p. 618.

et cum nomine iura ponuntur; quomodo autem Sassia naturæ nomen mutavit? Scripserat Cicero apte et recte: etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ iura, mutavit; deinde, quæ sit hæc nominum mutatio, declarat: uxor generi cet. Qui non attenderat necessitudines naturæ, nomina iuribus respondere, nomina cum nomine (ob singularem naturæ numerum) comparari voluit; ad vocabulum orationi inserendum additum est et. Mire manifestum additamentum latuit apud Valerium Max. IV, 7, 2, ubi Blossius et Pomponius et Lætorius, ille Tiberii, hi C. Gracchi usque ad extremum amici, furiosi conatus strenui comites appellantur, sinistris quidem auspiciis amicitiæ condicionem secuti, sed quo miseriora, hoc certiora fideliter cultæ nobilitatis exempla. Neque nobilitatem illi in Gracchis coluerant, quam si sequi voluissent, contra Gracchos stetissent, neque eius rei hoc capite Valerius exempla colligit, quod de amicitia est et inscribitur. Nobilitatis addidit, qui dormitans non attendit audiri ex proximo amicitiæ. Apud eundem IX, 1, 4 prave post comparativum additum quam frustra et olim et nuper corrigendo tentatum est, quo eiecto recta et sententia et oratio huiusmodi erit: Et quanto tamen insequentium seculorum ædificiis et nemoribus angustiorem introduxerunt atque inchoatam a se lautitiam posteris relinquere quam a maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt. In codicibus est angustiorem quam introd. Paulo longius Valerius lautitiam reiecit, quod duas sententias quodammodo conflavit, alteram hanc: Et quanto .... angustiorem introduxerunt lautitiam, alteram hanc: inchoatam a se lautitiam posteris relinquere quam ... maluerunt[1]). Sed in

[1]) Simili mendo apud Columellam bis post tantum, quo sequente ut aut ne finis significatur, ad quem usque progrediendum

Valerio Maximo singulare hoc accidit, quod codex omnium princeps, Bernensis, additamenta quædam habet, sed punctis notata, quod scriba, diligentius considerato exemplo, quod sequebatur, intellexit ea, in margine aut inter versus annotata, in orationem recipienda non fuisse; nam coniectura ea delere sane in mentem non venit. Id ita esse in VII, 6, 3 (effectum) post Pighium Halmius intellexit, sed tribus locis a vero aberravit. Nam IV, 1, 14 perspicuum est, e codice optimo additis duabus litteris scribendum sic esse: Tot familiis in uno genere laudis enumeratis, Porcium nomen, velut expers huiusce gloriæ, silentio prætereundum esse (cod. se), negat posterior Cato (id est, factis suis præteriri vetat). Cum levi errore turbatus orationis nexus esset, post negat additum est fieri debere, sed, ut dixi, in cod. Bernensi notatum, in ceteris sine nota. De VI, 9, 1 et VII, 3, 10 iam non opus esse puto separatim dici. Gellii locum I, 3, 29 facillime sic decurrentem: quoniam profecto causarum ac temporum varietates discriminumque ac differentiarum tenuitates decretum (derectum?) atque perpetuum distinctumque in rebus singulis præceptum ... non capiunt (id est, non recipiunt nec admittunt) prorsus perturbavit participium ignorantes inter tenuitates et decretum propter longiorem verborum seriem et propter ignoratam verbi capiunt vim additum. Postremus sit ex hoc genere Senecæ locus in epist. 36 extr., ubi quod editur: si hoc unum adiecero, nec infantes nec pueros nec

aut ultra quem progrediendum non sit, prave additur quantum, II, 10, 27: serito tantum, [quantum] ut singuli cyathi seminis locum occupent decem pedum longum et quinque latum, et I, 4, 8: atque areæ pedem tantum complectatur, quod ait Cato, [quantum] ne villa fundum quærat neve fundus villam.

mente lapsos timere mortem, neque verum per se est (— nam pueri vehementer mortem extimescunt —) neque aptum ad id, quod significatur, mortem neque ab iis timeri, in quibus ratio nondum lumen extulerit, neque ab iis, in quibus exstincta sit. Duo genera Seneca fecerat: nec infantes pueros nec mente lapsos; interpolator inscite pueros ab infantibus separavit.

Satis hoc est exemplorum, quibus eadem cautio adiungenda est, quam in cognato scribendi errore addidi. Nam hic quoque non raro de librariis incredibilia finguntur, nec tantum de singulorum verborum, sed de maioribus et magis artificiosis additamentis. Nam ut in prosæ orationis scriptoribus annotationes marginales interdum licenter et temere finguntur, sic in poëtarum operibus nimis facile versus singuli compluresve in suspicionem adducuntur a nescio quibus interpolatoribus et falsariis eo consilio compositi esse, ut veris intersererentur; nam prorsus fraudulentos nobis, non simplices homines rudesque critici quidam fingunt. Ut enim exempla sunt versuum singulorum aut paucorum ad lacunam antiquiorem codicum explendam aut mendum, quo sententia pessundata esset, occultandum aut etiam ad sententiam, quæ curti aliquid habere videretur, amplificandam excogitatorum, ita prorsus ab omni probabilitate abhorrent, quæ nunc a quibusdam de tragœdiis Græcis versibus spuriis impletis narrantur. Nam, contenti futiles et ineptos interpolatores appellare, neque quando illi homines vixerint, dicunt, neque cuiusmodi scientia et arte præditi fuerint, neque quo consilio illos versus, quibus sublatis omnia bene habere affirmantur, interposuerint neque quomodo eos in codices insinuaverint; si autem iudicii causas in singulis locis quæras, aut nihil nisi convicia communia reperias aut superba edicta, quibus vetantur tragici copia quadam et ubertate naturali dicendi personas utentes inducere (ut Sophocles in Aiace 327) generalemve sententiam interponere, aut eiusmodi dubitationes, quæ

in multos alios versus non minus cadant aut propter tragicæ orationis fines non satis ubique nobis notos aut propter scribendi mendum; interdum quidem menda tam aperta sunt et manifesta, ut verba litteræve sensu cassæ interpolatori quamvis perverso tribui nequeant; itaque delendo nihil agitur nisi ut difficultas vi occultetur; estque hoc quoque perfugium criticorum non se expedientium neque libere, quæ sit res, fatentium, quo perfugio interdum ita abutuntur particulas versuum violenter mutatas et transpositas conflantes (ut in Sophoclis Antig. 23 sqq.), ut, rideas an indignere, nescias. Ceteros tamen in hoc genere (nisi quod Hartungius excipiendus est) nuper vicit Gu. Dindorfius, vir Græce perdoctus et in rebus grammaticis exercitatissimus, sensim ab aliis initiis in hanc viam ingressus, neque ulla peius vexata est tragœdia quam Iphigenia Aulidensis. Nam quod epilogus iustæ suspicioni aditum dabat, omnia licere rati et Dindorfius uterque et ceteri fabulam ab Euripide imperfectam relictam (et tamen actam et editam) narrant, et interpolatores fingunt alios Aristotele antiquiores[1]), sed tamen nec versuum leges nec sermonis satis callentes, alios multis (ut ipse Dindorfius ait) seculis inferiores, et longos versuum ordines eiiciunt, quibus ipsi confitentur fabulam carere non posse (ut in carmine chori, quod a v. 164 incipit, cuius quattuordecim versus Dindorfius relinquit, sed plures Euripidem additurum fuisse, si fabulam perfecisset, putat, et v. a 413 ad 441), iis, quæ significavi, argumentis utentes. Præiverat in hoc criticæ genere in Latinis Hofman-Peerlkamp, qui cum suas Horatio poësis leges scripsisset et multos in sententiis et verbis intellegendis errores et prava de rebus ad Latinum sermonem pertinen-

[1]) Vid. Dindorfii præfat. ed. quintæ poët. scenic. p. VI de Iphigeniæ Aulidensis v. 80 (Aristot. rhetoric. III, 11). In Sophoclis quoque Antigona (900—928) Aristotelem interpolatione deceptum fingunt (Arist. rh. III, 16).

tibus iudicia adiecisset, Horatium laniavit. Qui tamen ne solus in hac pravitate esset aut temeritate summus, nuper (ne Gruppium commemorem) Lehrsius in Ovidii epistolis (quæ Ovidium, quæ alios scripsisse iudicabat, eadem lege secans), in Iuvenale Ribbeckius effecerunt. Ego si ita in scriptorum veterum operibus refingendis et amplificandis interpolatorum licentiam grassatam esse aut grassari potuisse crederem, omnem eorum contextus constituendi conatum abiiciendum putarem; nunc hæc somnia lususque arte nostra parum dignos iudico.

Exposui, quæ essent summa et præcipua mendorum in codicibus veterum scriptorum genera et fontes, totamque hanc veræ scripturæ depravationem ostendi sic non solum ætatibus et ingeniis et condicione librariorum, sed etiam scriptorum genere et forma ipsaque fortuna variari, ut ad rectum codicum usum in singulis scriptoribus eorum proprietates et bona et mala exquirenda æstimandaque sint. Ac iam si quis quærat, quid ex hac depravationis universæ cognitione profici ad ipsam artem criticam exercendam maximeque, de quo hic agitur, ad rectum coniecturæ usum putem, scio dicoque, qui errandi genera universe norit, neque ideo aut, ubi sit erratum, scire (— nam omnia illa, quæ tanquam exempla posui menda et correxi, sermonis et rerum scientia et recta sententiæ exquisitione deprehendi —) aut, quomodo, neque emendandi viam ipsam tenere; sed instructus erit ad quærendum scietque, quæ tentari possint debeantque, poteritque, quid probabile sit accidisse, quid non sit, æstimare, modo ad hunc universum depravationis intellectum adiecerit illam propriæ scriptorum fortunæ cognitionem, qua probabilitatis iudicium certius regitur et, qui sit in unoquoque scriptore coniecturæ usus, quæ condicio, constituitur. Aliorum enim scriptorum, quorum libri inde ab antiquis temporibus perpetuis hominum studiis celebrati sunt, codicibus tam antiquis diligenterque scriptis utimur, tantaque ad codices adiungitur

testimoniorum in scholiis et apud grammaticos aliosque vis, quid antiquitus lectum fuerit, ostendentium, ut omnis hæc, quæ mediæ inter antiqua et nova tempora ætatis seculis codices inquinavit, depravatio arceatur aut pellatur coniecturæque pæne aditus præcludatur aut perangustus relinquatur, qualis Homeri Vergiliique condicio est, a quibus non ita longe Horatium distare iudico cautissimeque eum attingo; aliorum antiquos et bonos codices habemus, sed tamen et ætate et auctoritate inferiores et pauciores, raris accedentibus extra codices testimoniis, ut coniecturæ et usus non parvus sit et adminicula firma, qualis (ut his utar exemplis) nunc Platonis fere totius fortuna est et Ciceronis in magna operum parte, quanquam in his ipsis magis varia; alia denique veterum opera aut mature neglegenter describi et graviter vitiari cœpta sunt aut recentioribus tantum et interpolatis codicibus continentur, ut coniectura multa egeant, sed ea, in quo tuto consistat, vix inveniat, etsi in quibusdam depravationis simplicitas adiuvat.

Cap. II.

Mendorum corrigendorum via breviter monstratur et exemplis declaratur.

Primum est emendationis initium, sine quo tentari coniectura non debet, mendum demonstrare et certis indiciis convincere aut saltem ita probabiliter arguere, ut iustæ suspicioni sit locus; in quo ante omnia tenendum est, sic esse coniunctam scriptorum interpretationem enarrationemque et criticam artem, ut hæc illi primum recto codicum usu textum præparet purgetque, deinde ipsa ab ea denuo evocetur et ad conandum instigetur, cum in eo, qui e codicibus constitutus sit, textu enarrandi operam non recte procedere nec absolvi posse intellectum sit. Itaque omnia, quæ in bono enarratore, eadem in critico esse de-

bent et vel maxime coniecturam regere, sermonis scientia ratione et usu confirmata et legum gnara et naturalis libertatis et inflexionis, rerum sententiarumque et earum, quæ proprie in quoque opere tractentur, et earum, quæ ex communibus antiquitatis institutis, historia, opinionibus intercurrant, intellegentia, sensus ad aliorum cogitata e verbis percipienda natura et exercitatione aptus, prudens de scriptorum arte et consuetudine et consiliis iudicium et probabilitatis in iis, quæ de scriptoribus aliisve (librariis) credi possint, æstimatio. Et quanquam ita comparata res est, ut non pauca, quæ ad ipsam tantum orationis formam grammaticam et communes sententias pertinent, recte iudicari et corrigi etiam ab eo possint, qui argumenti a scriptoribus proprie tractati non multam nec accuratam cognitionem intellegentiamque afferat, tamen non exiguum est periculum, ne quis fines transiliat et ad ea, quibus non sufficiat, progrediatur[1]).

Et in codicum quidem dissensu aperto et notabili, si id, quod tolerabilem orationem sententiamque videtur habere, in recentibus tantum suspectisque codicibus reperitur, in bonis autem et fide dignis litteræ et verba manifesto prava, quæ ex illa altera scriptura errore detorta et postea facili probabilique coniectura ad illam revocata videri nequeant, id iam sufficere debet ad sanitatis speciem tollendam, ut ex meliorum codicum vestigiis coniectura verum quæratur; etsi fere semper accedit, ut id, quod in deterioribus codicibus sit, paulo diligentius excussum orationis aut sententiæ vitium habere reperiatur aut saltem languidum esse et iners nec consilio scriptoris aptum. Deteriorum autem co-

[1]) Exemplum lusus critici rerum intellegentia prorsus carentis, sed simul iudicii et in codicibus æstimandis et in rebus grammaticis tractandis levis et perversi olim Wakefieldium descripsi, Lucretii editorem (opusc. acad. I p. 305 sqq.), postea Gœrenzium, ex omni pravitatis genere æquabiliter conflatum.

dicum a bonorum scriptura per se non suspecta dissensus nullam omnino habet coniecturæ causam nihilque inanius esse potest suspicionibus, quæ ex huiusmodi mendis et interpolationibus ductæ etiam non contemnendorum philologorum, velut Nic. Heinsii, commentarios implent. Omnium autem codicum aut bonorum consensu stabilita scriptura mendi convincitur, si ex ea oratio sententiaque eiusmodi non efficitur, quæ scriptori tribui iure possit. Neque enim, quid sit per se rectum aut etiam elegans, quæritur, sed, quid ita cum scriptoris ingenio et consuetudine et operis universa forma conveniat et ita inter se cohæreat, ut, etiamsi reprehendi fortasse aliqua ex parte possit, tamen in id incidere scriptor potuerit; atque, si quid corrigi tanquam mendosum velis, eo dirigenda accusatio est, ut absurdum esse repugnareque inter se et cum proximis ostendas aut a scriptoris tempore, ingenio, scientia esse alienum neque probabilem habere excusationem aut, cur exciderit scriptori, explicationem. Nam multa scriptor aut non utique malus aut etiam alibi bonus rebus falsa, sententia vitiosa, oratione inconcinna posuisse potest (ne de unius alteriusve rei ignoratione aut errore dicam) aut festinans aut etiam materiæ non satis par, cuius generis exempla permulta in Ciceronis de philosophia libris notavi deque tota re dixi in præfatione ad libros de finibus a me (iterum) editos p. LXII sqq., atque interdum etiam consilio non vere scripsisse aut acumen captans in inania incidisse (quod aliquotiens Tacito accidit) et ab orationis consueta norma aberrasse. Sed et ubi scriptor sententia aberrat, tamen apparet voluntas ad propositum aliquod tendens formaque eo consilio instituta, et, ubi improprie loquitur aut constructione excidit, a sui tamen temporis loquendi usu, ut ita dicam, gradatim aut novæ notionis significandæ aut rhetorici artificii causa aut lusu ad insolitum verbi usum aut propter singularem orationis implicationem ad constructionem inusitatam et perturbatam delabitur nec aperte et simpliciter legi et usui communi aut

suæ ætatis contraria ponit. Ipse autem usus quam habeat libertatem et motum, quærendum est ea grammaticæ probabilitatis lege, de qua alio huius libri loco dicam, nec in generibus sermonis a communi usu remotis angustiores certioresve termini, quam verus scientiæ nostræ modus patitur, constituendi (velut in sermone tragico cum de aliis multis, tum, ut exemplo utar, de media verborum forma pro activa interdum posita). In poëtis eadem, quæ in rebus grammaticis, etiam in metricis cautio adhibenda est. Atque in his omnibus ut fugienda est ignavia difficilia et prava non sentiens et superstitio in apicibus scriptis timide hærens et ad eos defendendos artificiosa et contorta et incredibilia quæque nemo veterum intellegeret fingens, sic non minus vitandus est contrarius quidam error ea, quæ ad communem sensum et usum accommodate dicuntur, ad rabularum subtilitatem revocans et calumniis oppugnans, quod Bentleius in Horatio non raro fecit, interdum etiam in aptissimis et apertissimis significationibus et iocis aberrans (ut in digito male pertinaci od. I, 9, 24). Nihil est autem in mendo arguendo firmius quam si plura rationum momenta a diversis ducta initiis concurrunt, ut si ad sententiæ vitium insolitus verbi usus accedit aut grammaticæ legis violatio aut rhetoricæ formæ manifesto institutæ perturbatio (ut apud Velleium Paterc. II, 29, 2, quem locum supra correxi), aut si etiam ad eas, quæ intus oriuntur, dubitandi causas adiungitur, si diligentius attendas, aliquid extrinsecus aut ex scholiastæ annotatione ad id, quod scriptum est, non apta aut ex imitatione aliqua (cuius generis exemplum in Aristophanis pace v. 800 suo loco monstrabitur) aut in illa ipsa scriptura, quæ tanquam codicum omnium defenditur, aliqua tamen a codicibus discessio, velut (quod perfrequenter accidit) in verborum ordine. Atque hoc, quod extremum posui, admodum notabili exemplo declarare libet. Nam in Plutarchi Pelopida c. 23, ubi describuntur Spartani sic exercitati, ut in prœlio, si acies dissoluta esset, quem cuique locum casus et

fortuna obtulisset, eo facile uterentur ibique proximis se aggregantes pugnarent, hæc leguntur: *πρὸς οὐδὲν οὕτως ἐπαίδευον αὐτοὺς καὶ συνείθιζον, ὡς τὸ μὴ πλανᾶσθαι μηδὲ ταράττεσθαι τάξεως διαλυθείσης, ἀλλὰ χρώμενοι πᾶσι πάντες ἐπιστάταις καὶ ζευγίταις, ὅποι ποτὲ συνίστησιν ὁ κίνδυνος καὶ καταλαμβάνει, καὶ συναρμόττειν καὶ μάχεσθαι παραπλησίως.* Vehementer offendit illud *συνίστησιν ὁ κίνδυνος*, quod debet esse: quo eos periculum defert, præsertim sequente, quod necessario prius est, *καὶ καταλαμβάνει* (defert et deprehendit). Verum in codicibus primum omnibus est *καταλαμβάνοι*, aptum ad præteritum tempus verbi sententiæ primariæ (*ἐπαίδευον*, *συνείθιζον*), quod editores propter *συνίστησιν* mutarunt; deinde boni codices omnes *καί* non ante *καταλαμβάνοι*, sed ante *συνίστησιν* habent, hac forma: *ὅποι ποτὲ καὶ συνίστησιν ὁ κίνδυνος καταλαμβάνοι.* Itaque mendum manifestum tenetur, ad cuius correctionem ut perveniamus, animadvertendum est, sententiam universam recte per se absolvi his *ὅπου* (sic enim scribendum est) *ποτὲ ὁ κίνδυνος καταλαμβάνοι* (ubi eos periculum deprehenderet); itaque illo *συνίστησιν* continetur aliquid, quod ad id, quod adverbio *ὅπου* monstratur, amplificandum pertineat; id efficietur vocabulo in tria, ex quibus coaluit, sic dissoluto, ut una littera adiiciatur, una mutetur: *ὅπου ποτὲ καὶ σὺν οἷστισιν ὁ κίνδυνος καταλαμβάνοι*, ubi et eum quibuscunque periculum eos deprehenderet.

Facile intellegetur, accidere interdum, ut mendi suspicio non temeraria nec levis oriatur nec tamen id prorsus certo convincatur; non ita raro rem conficit reperta ipsa emendatio ita omnibus indiciis vestigiisque apta et respondens itaque manifesto mendi originem declarans, ut omnis dubitatio tollatur, cuius rei exempla ex locis compluribus superiori capite tractatis sumi posse arbitror.

Convictum mendum primum nudandum plane est de-

trahendaque et abiicienda omnia, quæ ad id occultandum accesserunt, non tantum longius progressa, sed etiam prima interpolationis stamina, et prima, quantum fieri potest, erroris forma invenienda; velut in Livii XXII, 28, 4 ab eo, quod codices vulgares habent, semper occursurum, redeundum mihi fuit non solum ad per occursurum, quod in Colbertino est, sed ad per ocursurum, quod in Puteaneo, ut inde verum erueretur procursurum (emendatt. Liv. p. 200); tum autem etiam circumscribendum terminandumque sua sede vulnus, ne sana et recta, quæ id cingunt, hoc est, sibi constantia et apta et formam sententiæ orationisque demonstrantia, simul in dubitationem trahantur convellanturque (ut in Plutarchi, quem paulo ante tractavimus, loco hæc: *ὅποι ποτὲ καὶ . . . ὁ κίνδυνος καταλαμβάνοι*, etsi *ὅποι* suum habet mendum, sed perexiguum). Sed abiecta sic interpolatione subsistendum est paulisper videndumque acriter, ne non solum ad proximam vero formam, sed ad ipsum verum perventum sit; nam interdum mens, manifesta interpolationis pravitate depulsa, tamen confusa semel et perturbata non animadvertit, se id tenere, ultra quod nihil quærendum sit et quod non intellectum interpolationem pepererit. Egregius est ad huius admonitionis vim monstrandam Platonis locus in Theæteto p. 175 C, ubi Socrates ostendit, quid accidere soleat, cum philosophus aliquem e vulgo hominem a communibus opinionibus et sermonibus sursum ad altiora et ad ideas contemplandas vocare et extollere conetur; sic enim ibi scribitur nunc: *Ὅταν δέ γέ τινα αὐτὸς, ὦ φίλε, ἑλκύσῃ ἄνω καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῷ ἐκβῆναι ἐκ τοῦ· τί ἐγὼ σὲ ἀδικῶ ἢ σὺ ἐμέ; εἰς σκέψιν αὐτῆς δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας, τί τε ἑκάτερον αὐτοῖν καὶ τί τῶν πάντων ἢ ἀλλήλων διαφέρετον, ἢ ἐκ τοῦ, εἰ βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος τ' αὖ πολὺ χρυσίον; βασιλείας πέρι καὶ ἀνθρωπίνης ὅλως εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ἐπὶ σκέψιν, ποίω τέ τινε ἐστὸν καὶ τίνα τρόπον ἀνθρώπου φύσει προσήκει τὸ*

μὲν κτήσασθαι αὐτοῖν, τὸ δ' ἀποφυγεῖν, περὶ τούτων ἁπάντων ὅταν δέῃ λόγον διδόναι τὸν σμικρὸν ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν καὶ δριμὺν καὶ δικανικόν, πάλιν αὖ τὰ ἀντίστροφα ἀποδίδωσιν (prorsus ei paria accidunt iis, quæ ante in philosopho ad communes hominum sermones detracto commemorata erant). Primum ut in priore membro recta oratione positum erat exemplum (ἐκ τοῦ· τί ἐγώ σε ἀδικῶ, ab huiusmodi iudicii et sermonis forma: quam ego tibi iniuriam facio?), sic in altero, deleto εἰ, inducendus est homo recta oratione vulgi more regem Persarum beatum ob pecuniæ magnitudinem prædicans: ἐκ τοῦ· βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος τ' αὖ πολὺ χρυσίον (ab huiusmodi iudicio: rex beatus est magnam pecuniam possidens); εἰ significaret dubitationem, beatusne rex esset necne, a vulgari opinione alienissimam. Sed hoc parvum; illud agitur, quid faciendum sit illi τ' αὖ apertissime orationem perturbanti et, ut nunc est, abundanti; itaque alii aliter corrigunt sine ulla probabilitate (ut Heusdius πάνυ), Hermannus autem, mirabili ultra fidem iudicio, quia a codice omnium longe præstantissimo, Oxoniensi, abest πολύ, tollendum notat, quid putas? non πολύ, sed τ' αὖ, quod ex illo natum credit; ita, inquam, τ' αὖ ortum ex πολύ, quod non scriptum erat. Abest autem πολύ non solum ab Oxoniensi, sed a Vat. Δ et Ven. Π, hoc est, post Oxoniensem optimis, nisi quod in Π, ut manifestior interpolatio sit, altera manu additum est. Eo igitur sublato supersunt hæc: βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος ταυ χρυσίον. Apparet, ubi ταυ scriptum est, requiri ad sententiam efficiendam adiectivum multitudinem (et eam magnam) significans. Id quomodo reperietur? Adest vero ipsum, nulla littera mutata ταῦ, annotatum apud Hesychium sic: ταῦς, μέγας, πολύς, cui subiicitur ταῦσας, μεγαλύνας, πλεονάσας. In vulgi iudicio et sermone imitando usus est Plato plebeio vocabulo, apud scriptores inusitato; ei in deterioribus codicibus interpretamentum id ipsum adiunctum est, quo Hesy-

chius secundo loco utitur; similis generis est, quod supra Platoni restitui περικάτω, simile etiam καλὰ παταγεῖς aliaque. Græco huic exemplo adiungatur Latinum, quod in superiore capite posui, ex Ovidii metam. VII, 276[1]). Interdum loco gravem mendi suspicionem habenti atque, qualis editur, prorsus vitioso subvenitur non scriptura mutata, sed tantum oratione melius distincta novaque ita sententia effecta, quo genere mendi speciem tollendi et olim memini me non ita raro uti et utar sæpius; nunc tria exempla ponamus, in quibus unum eiusmodi, quod etiam rarum et ignoratum habeat vocabuli alicuius usum. Apud Demosthenem orat. I adv. Aphobum 63 sic nunc editur: Ὅπου γὰρ δέκα ἐτῶν διαγενομένων παρὰ μὲν τῶν οὕτω μικρὰ κεκόμισμαι (Σ κεκομίσθαι Funkhaenel κεκόμισται), τῷ δὲ καὶ προσοφείλων ἐγγέγραμμαι, πῶς οὐκ ἄξιον ἀγανακτεῖν; δῆλον δὲ πανταπασιν· εἰ κατελείφθην μὲν ἐνιαύσιος, ἓξ ἔτη δὲ προσεπετροπεύθην ὑπ' αὐτῶν, οὐδ' ἂν τὰ μικρὰ ταῦτα παρ' αὐτῶν ἀπέλαβον. Verum initium hoc sententiæ ὅπου γὰρ non ad interrogationem et excla-

---

[1]) Admonet me Platonis locus ob ignorationem insoliti vocabuli omnibus litteris recte scripti depravatus simillimi erroris nondum ex Horatii satir. II, 2, 29 consensu omnium expulsi, quod, postquam semel verum in mentem alicui venit, fieri pridem oportuit. Nihil enim certius est quam Horatium scripsisse: Carne tamen, quam vis, distat nihil hac magis illa, id est, ab hoc catino, in quo pavo appositus est, ille, in quo gallina. Nam quod obscure hoc scriptum aiunt, Romanis, qui magida norant, nihil magis perspicuum esse poterat quam hoc: illa magis non distat hac. Sed verentur homines confiteri a tot millibus hominum summisque philologis vocabulum non ignotum pro adverbio pervagato habitum esse, nec celebratum tot tamque longis disputationibus locum tam facile expediri et silentio tradi æquo animo ferunt. Quot poterant etiamnunc de illo Platonis et hoc Horatii loco programmatum paginæ impleri? Potuisse dixi? Poterunt; ne desperaveris.

mationem de indignitate rei præparandam aptum est, sed ad ratiocinandum, quid alia condicione posita eventurum fuerit, idque etiam apertius fit additis illis δέκα ἐτῶν διαγενομένων. (Ex Germanica interpretatione res facilius fortasse sentietur: Wenn ich nach Verlauf von zehn Jahren —.) Deinde illud δῆλον δέ confirmationem promittere videtur superiorum; itaque etiam in vulgaribus codicibus apte ad hanc sententiam interponitur γάρ (εἰ γάρ); atqui sequitur non confirmatio, sed gravioris, si alia condicio fuisset, eventus significatio, prorsus a δῆλον δέ aliena, aptissima ad illud initium ὅπου γάρ. Quid igitur fiet? Coniungantur, quæ cohærent, argumenti conclusi partes: Ὅπου γάρ ... ἐγγέγραμμαι, πῶς οὐκ εἰ κατελείφθην μὲν ἐνιαύσιος, ἓξ ἔτη δὲ προσεπετροπεύθην, οὐδ' ἂν τὰ μικρὰ ταῦτα παρ' αὐτῶν ἀπέλαβον; His interponitur per parenthesin exclamatio, indignum esse, quod dicturus orator sit, sed manifestum: (ἄξιον ἀγανακτεῖν, δῆλον δὲ παντάπασιν)[1]. Sed notabilior Senecæ locus in epistola 92, 12, qui nunc, revocata optimorum codicum scriptura, nullo sensu sic editur: Itaque non est bonum per se munda vestis, sed mundæ vestis electio, quia non in re bonum est, sed in electione, quali actiones nostræ honestæ sunt, non ipsa, quæ aguntur. Quæro et universe, quæ sit electio, quali aliquid fiat, et nominatim, quæ electio, quali actiones nostræ honestæ sint, magisque, quæ electio, quali non ipsa, quæ aguntur, honesta sint; sed quoniam, qui id mihi dicat, reperturum me despero nec melior res fit deteriorum

---

[1]) Κεκομίσθαι illud nihil nisi error optimi codicis est; verbum passivum tertiæ personæ ab hac coniunctione παρὰ μὲν τῶν ... τῷ δὲ καὶ ... προσοφείλων ἐγγέγραμμαι et a tota argumenti conclusione alienum est. Nec recte de redditis bonis dicitur μικρὰ κεκόμισται.

codicum et superiorum editorum interpolatione, *qua* aut *quia* pro *quali* substituentium, mihi ipse sic consulo, ut primum hanc extremam sententiam prorsus separem et per se ponam, plenam et absolutam: *Actiones nostræ* (hoc est, agendi forma et voluntas) *honestæ sunt, non ipsa, quæ aguntur* (materia et effectus agendi in ea positus); deinde autem ne in prioribus quidem ullam litteram mutem; recte enim non communi usu, sed scholæ dicitur: *sed in electione quali*, hoc est ποιᾷ, certæ cuiusdam qualitatis. Sic ipsum Senecam dixisse epist. 117, 27: *prius aliquid esse debet, deinde quale esse*, et ante eum Ciceronem academ. I, 28, lexica docent; addatur nunc tertium hoc testimonium. Reditum etiam ad codices (hic quidem plerosque, non solum optimos) apud eundem Senecam epist. 94, 7, ubi agitur de minuendo tollendoque eorum timore, quæ vulgo hominibus terribilia videntur, sed reditum ita prava sententia, ut Haasius quinque verba delenda putaret, forti et facili remedio utens; sic enim scripsit: *efficias, ut, quicquid publice expavimus, sciat non esse tam timendum quam fama circumfert; [nec dolere quemquam nec mori.] sæpe in morte, quam pati lex est, magnum esse solatium, quod ad neminem redit; in dolore* cet. Interpolando factum erat: ... *circumfert, nec dolere quoque nec mori*, quod Latine dicendum erat: *ne dolere quidem nec mori*. Sed illis sublatis manet pravitas in adverbio *sæpe*; nam hoc solatium, quod nemo plus semel moriatur, non sæpe, sed semper adest. Transferamus punctum; habebimus: *non esse tam timendum quam fama circumfert; nec dolere quemquam nec mori sæpe; in morte ... magnum esse solatium* cet. Occurretur, ut rectissime dicatur, neminem mori sæpe, ita negari non posse, quemquam dolere sæpe. Supergressus est igitur Seneca, dum declamatorie loquitur et acumen captat, veritatem eadem audacia, qua Epicurus negabat ullum magnum dolorem longum esse (quæ sententia proxime aliis

verbis subiicitur); poterat acumine servato et sententiæ forma rectius scribere: nec dolere quemquam semper nec mori sæpe; nec ausim contradicere, si quis semper excidisse dixerit aut de industria omissum esse ante nostrorum codicum ætatem; quod scribæ non attento uni tantum adverbio locus esse videretur[1].

Verum ubi leni hoc remedio nihil proficitur, quod verum subest mendum, ibi iam omnia versanda, rimanda nec ullum minimum vestigium contemnendum; sæpe enim perexiguo litterarum indicio et mendum iam deprehensum certius convinci et eius formam genusque et viam correctionis monstrari, cum infinita alia ostendunt exempla, tum hoc, quod ex Senecæ consolat. ad Marciam c. 10, 1 ponam. Editur ibi sic: Quicquid est hoc, quod circa nos ex adventicio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria et exclusorum clientium turba referta vestibula, clara, nobilis aut formosa coniux ceteraque ex incerta et mobili sorte pendentia alieni commodatique apparatus sunt. Mendum oratio et sententia arguunt, primum quod prava et a Seneca non minus quam ab aliis huius ætatis scriptoribus aliena est hæc enumerandi forma: clara, nobilis aut formosa, particula disiunctiva inter primum et secundum membrum omissa, inter secundum et tertium posita[2], deinde quod in coniugii felicitate recte nobilitas uxoris aut forma laudatur, claritas ex rebus gestis nulla solet esse aut expeti. Sed his, quæ per se certa sunt, tamen multi credere non auderent, qui autem crederent, si nihil accederet præterea, neque, quale esset

---

[1]) Ep. 93, 9 recte superiores editiones: Et tamen quousque vivimus? Omnium rerum cet. Negat Seneca causam esse vitæ longius protrahendæ et causas negandi addit. Apud Fickertum et Haasium sine ulla sententia scribitur: et tamen, quousque vivimus, omnium rerum cet.

[2]) Horat. sat. I, 6, 38 scribendum est Syri Damæ aut Dionysi filius, non Syri, Damæ. Duo servorum nomina Horatius ponit, priori cum contemptu patriæ nomen addit.

mendum neque quæ correctio adhibenda, scire possent. Nunc codex Mediolanensis (A), ceteris et ætate et bonitate longe præstans, qui non clara, sed clarum scriptum habet, Senecam ostendit scripsisse: clarum nomen, nobilis et formosa coniux, librarium autem a priore syllaba no ad alteram aberrantem vocabulum omisisse. Aptissime inter cetera adventicia et externa claritas generis et nominis ponitur.

Plane iam perpurgatis, quæ in codicibus posita sunt, tum vero retractanda omnia ea orationis sententiæque indicia, quibus iam in mendo arguendo usus sis, considerandumque non solum, quid respuat locus, sed quid desideret ad eum sententiæ et argumenti tenorem, cuius vestigia supersint et qui præcedentibus subsequentibusque apte adiungatur, continuandum et absolvendum, ad grammaticam orationis structuram eam, quæ ex iis, quæ integra manserunt, pelluceat et emineat, persequendam, ad formam rhetoricam, quæ in contrarie relatis, in adscensu aut alio modo appareat, perficiendam, ad verborum colorem imaginumve seriem, quam proxima habeant, conservandam, atque hæc omnia cum codicum vestigiis nudatis et accurate inspectis conferenda, apud poëtas adhibita versus lege et certo fine. Efficietur enim sæpe simile aliquid prorsus mathematicorum formulis, cum in iis, quas æquationes appellant, quæritur, quid unum condicionibus undique constitutis respondeat; quomodo olim (opusc. academ. I p. 486) in Ciceronis oratione pro Sestio 104 ostendi in litteris malexatur necessario subesse præsens indicativi tempus verbi deponentis primæ coniugationis in xor exeuntis, studium et amorem significantis; id esse amplexatur. Sed hoc interest, quod apud nos neque tam certis terminis notisque circumscribi id, quod quæritur, potest neque, ut præsto sit, necessario cogi, quod apud illos fit, si recte constituta æquatio est. Nam sæpe animus aut non in rectam partem quærendo intenditur aut incidit, aut memoria criticus defi-

citur in iis, quæ olim legit cognovitque, aut omnino rem a scriptore significatam aut verbum ab illo positum orationisve formam ignorat. Velut in illo, quem paulo ante tractavimus, Platonis ex Theæteto loco cum, ubi *ταυ* scriptum exstaret, adiectivum neutri generis requiri intellexissem, ipsæ litteræ omnes servatæ fecerunt, ut ipsum adiectivum, de quo antea me nunquam cogitasse fateor, invenirem aut potius agnoscerem; si prima littera mutata fuisset, non invenissem. Quid, si Hesychius id non annotasset? Quid, si subest alicubi nomen loci, hominis, rei non solum nunquam tibi lectum, sed omnino nusquam apud eos, qui supersunt, scriptores positum? Itaque ad menda non prorsus vulgaria et facilia varii generis corrigenda et rerum et sermonis scientia opus est ampla et accurata et præterea (quo maxime bonus coniector censetur) libero quodam et celeri mentis motu in rerum verborumque copia certa acie lustranda et ad extremum recto subtilique, quid cuique conveniat, quid non conveniat, sensu iudicioque; adiungendaque illa etiam, de qua superiore capite disputavimus, quid accidere potuerit accidisseque probabile sit, intellegentia; nam et ad inveniendam emendationem prodest de erroris origine cogitare et ad confirmandam magnam habet vim mendi causam et genus probabiliter demonstrare. Atque hoc totum, quod de indiciis notisque, ad quas emendatio dirigenda sit, inveniendis, componendis sequendisque breviter diximus, quale sit, age, hic paucis ex utriusque linguæ scriptoribus exemplis declaretur; nam et ex superiore capite permulta huc transferri possunt et plurima per reliquos libros spargentur. Apud Platonem r. p. X p. 608 A Socrates se et Glauconem ait poëticam suam causam agentem benevole quidem audituros, sed tamen caute et ut sibi ad arcendam fraudem carmen accinant: *ἕως δ' ἂν μὴ οἵα τ' ᾖ ἀπολογήσασθαι, ἀκροασόμεθ' αὐτῆς ἐπᾴδοντες ἡμῖν αὐτοῖς τοῦτον τὸν λόγον, ὃν ἐλέγομεν, καὶ ταύτην τὴν ἐπῳδήν, εὐλαβούμενοι πάλιν ἐμπεσεῖν εἰς τὸν παιδικόν τε καὶ τὸν τῶν πολλῶν ἔρωτα· αἰσθόμεθα δ' οὖ*

ὡς οὐ σπουδαστέον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ποιήσει ὡς ἀληθείας τε ἁπτομένῃ καὶ σπουδαίᾳ, ἀλλ' εὐλαβητέον αὐτὴν κ. τ. λ. In his *αἰσθόμεθα* vitiosum esse neque quemquam Græcum nisi multis post Christum natum sæculis *αἴσθομαι* præsenti tempore dixisse, non exsequar post Stallbaumium; id addam, non minus pravum esse, quod ipse sine ulla probabilitate substituit, *αἰσθανόμεθα* (quod quis in illud mutasset?). Nam neque præsenti verbi tempori neque animadvertendi et sentiendi significationi (quæ sola est in *αἰσθάνομαι*, non iudicii et sententiæ) ullus est locus. Apertum est, si quid unquam, his verbis: *ὡς οὐ σπουδαστέον κ. τ. λ.* contineri id ipsum, quod sibi Socrates et Glauco cavendi causa, ne decipiantur, insusurraturi sint, particulisque *δ' οὖν* verbo subiectis adiungi certiorem illius, quod proximis illis *ἐπᾴδοντες ἡμῖν αὐτοῖς . . . καὶ εὐλαβούμενοι* significatum erat, declarationem, eodem verbi tempore conceptam, quod per totum locum servatum est (*ἀκουσόμεθα ... κερδανοῦμεν ... ἐσόμεθα ... ἀκροασόμεθα*). Itaque hac demum, quid facturi sint, declaratione absoluta Glauco respondet, ita prorsus esse se facturos (*Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ξύμφημι.* Futurum requiri senserant, qui in uno et altero codice recenti *εἰσόμεθα* substituerunt, et Schleiermacherus). Latet igitur in illo *αἰσθόμεθα* futurum mediæ formæ verbi ab *ἐπῳδής* significatione non remotum. Id autem nisi unum esse nequit facillimeque eruetur: *ᾀσόμεθα δ' οὖν*, c a n e m u s a u t e m (erit autem carmen illud et admonitio huiusmodi, non esse operam dandam cet.). Cum iota adscriberetur (*ΑΙΣΟΜΕΘΑ*), syllaba *αἰσ* subiecit litteram *θ*, ut *αἰσθόμεθα* esset. Alterum exemplum Euripidis sit ex Heraclidis, ubi v. 892 sqq: chorus, cognita ex servo meliore Alcmenæ Herculisque liberorum fortuna, quam sit hoc suave, amicorum, qui antea minus bona fortuna usi sint, sortem in melius mutatam videre, aliarum rerum alioquin suavium comparatione extollit:

'Εμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς, εἰ λίγεια
Λωτοῦ χάρις ἐνὶ δαιτί,
Εἴη δ' εὔχαρις 'Αφροδίτα·
Τερπνὸν δέ τι καὶ φίλων ἄρ' εὐτυχίαν ἰδέσθαι
Τῶν πάρος οὐ δοκούντων.

Manifestum est inter comparationem lætæ ad tibiam in convivio saltationis et mutatæ in melius amicorum fortunæ prorsus prave interponi votum de gratia Veneris, idque ipsum male verbis conceptum esse; neque enim usquam εὔχαρις propitius est, sed gratus et iucundus, quod pro epitheto recte adiungitur Veneri; pessime, ut talis sit, optatur. Ne id quidem obscurum est, comparationem illam duarum rerum nimis brevem esse postularique ad sententiam explendam progressum aliquem per duo membra, antequam ad summum veniatur (ut in noto illo eiusdem figuræ exemplo: amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas). Itaque Venerem quoque amabilem (εὔχαριν) sibi gratam esse chorus dicit, inestque in illo εἴη δ' adiectivum feminini generis (ad Venerem relatum), quod respondeat præcedenti ἡδύς, sequenti τερπνόν. Id autem ipsum illud esse ἡδύς et litteræ demonstrant et orationis figura:

'Εμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς, εἰ λίγεια
Λωτοῦ χάρις ἐνὶ δαιτί,
'Ηδεῖα δ' εὔχαρις 'Αφροδίτα·
Τερπνὸν δέ τι κ. τ. λ.[1]).

Apud eundem poëtam Hecuba in fabula cognomini postquam se Polyxenæ mortuæ funebre aliquod munus et ornamentum daturam dixit, non iam dignum, sed quale nunc apud cives captivas reperire possit, si qua pretiosi aliquid celet, renovata memoria pristinarum opum, v. 619 sqq. sic loquitur:

'Ω σχήματ' οἴκων, ὦ ποτ' εὐτυχεῖς δόμοι,
Ὦ πλεῖστ' ἔχων κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε

---

[1]) Hunc locum emendavi in annal. philol. Danicis V, 14 et 157.

Πρίαμε, γεραιά θ' ἠδ' ἐγὼ μήτηρ τέκνων,
Ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
Τοῦ πρὶν στερέντες.

Perapte ad rem, quæ agitur et unde hæc conquestio oritur, multarum rerum possessio in Priamo commemoratur (*ὦ πλεῖστ' ἔχων*), nisi quod præter multitudinem pretii et magnificentiæ significationem requirimus; contra Priami in liberis fortunæ minime apte hic mentio fit (— longe aliter se ipsam matrem miseratur —), idque orationis forma non Græca; nam quanquam superlativo interdum apud poëtas additur superlativus adverbii gradum significantis (*πλεῖστον ἔχθιστος, μέγιστον ἐχθίστη* Med. 1323), nemo tamen unquam superlativum adverbii laudem significantis superlativo addidit (*κάλλιστα εὐτεκνώτατος*); ne positivi quidem gradus adiectivo ex *εὖ* composito recte adiungeretur *καλῶς* simileve adverbium (*καλῶς εὔτεκνος*). Iam in codice optimo et fide dignissimo (Veneto) non, ut editur, scribitur, sed

Ὦ πλεῖστ' ἔχων κάλλιστα κ' εὐτεκνώτατε.

Manifestum est igitur, Priamum dici habuisse plurima (*πλεῖστα*) pulcherrima (*κάλλιστα*) et huic laudi aliam adiunctam (*καί*) latere in *εὐτεκνώτατε*. In ea laude *τέκνων* nomen nihil agit, plurimum *τῆς τέχνης*. Scripserat igitur Euripides *κάλλιστα κεὐτεχνώτατα*, pulcherrima et egregia arte facta. Nam *εὔτεχνος* et de homine artis perito et de re arte facta dici recte poterat, ut *εὐτυχής* et alia[1]). Redeamus ad prosæ orationis scriptores Platonique Xenophontem adiungamus, apud quem Hellenic. I, 2, 1 hæc scribuntur: *Θράσυλλος δὲ τά τε ψηφισθέντα πλοῖα λαβὼν καὶ πεντακισχιλίους τῶν ναυτῶν πελταστὰς ποιησάμενος ὡς ἅμα καὶ πελτασταῖς ἐσομένοις ἐξέπλευσεν ἀρχομένου τοῦ θέρους εἰς Σάμον.* Apparet, qualia nunc cetera sunt, verba *ὡς ἅμα...ἐσομένοις*, etiamsi pro

---

[1]) Huius quoque loci emendatio ibidem posita p. 18 et 157.

dativo violenter accusativum posueris (*πελταστὰς ἐσομένους*), tamen incredibiliter vitiose abundare (peltastas enim fecisse nautas Thrasyllus dicitur, ut simul peltastæ essent); itaque editores e textu circumscribenda putant, quis tam nulla causa tam perversa forma addiderit, non curantes, nec vident se barbariem manifestam relinquere, *ποιησάμενος* pro *ποιήσας*. Quoniam igitur *ποιεῖσθαι* est faciendum aliquid curare, requiritur rei, quam Thrasyllus faciendam curaverit, significatio, apparetque non nautas factos dici, sed aliquid nautis paratum, ut simul peltastæ essent; recte enim iam dativo (*πεντακισχιλίοις*) dativus adiunctus erit; paratum est autem nihil nisi ipsæ peltæ, scripsitque Xenophon: *πεντακισχιλίοις τῶν ναυτῶν πέλτας ποιησάμενος ὡς ἅμα καὶ πελτασταῖς ἐσομένοις*. Antiquis et Atticis scriptoribus unum saltem adiungamus in hac exemplorum serie inferioris ætatis, Lucianum, in cuius Toxari 60 de homine certamen ineunte sic scribitur: *Ὁ δὲ λαβὼν τὰ ὅπλα τὰ μὲν ἄλλα περιεδήσατο, τὸ κράνος δ' οὐκ ἐπέθηκεν, ἀλλ' ἀπὸ γυμνῆς τῆς κεφαλῆς καταστὰς ἐμάχετο*. Græcum est de galea sibi imponenda *ἐπέθετο*, non *ἐπέθηκεν*, nec ulla significatur, cur non galeam quoque sumpserit, causa. Sed codices non *οὐκ ἐπέθηκεν*, sed *οὐ κατέθηκεν* habent. Nihil hinc effici potest, quod hominis actionem apte significet, sed efficitur facile, quod de ipsa galea dicatur ostendatque, cur ea homo usus non sit; scriptum enim fuerat: *τὸ κράνος δὲ οὐ καθῆκεν*, galea (capiti) non conveniebat. Pro minus triti verbi imperfecto subiectus est aoristus notissimus. *Καθήκειν* eodem modo Polybius dixit III, 78 (*τὰς ἐσθῆτας τὰς καθηκούσας ταῖς περιθεταῖς*) et alii. Apud eundem in navig. 27 hæc leguntur: *Ἐῶ λέγειν, ὅσας ἐπιβουλὰς μετὰ τοῦ πλούτου καὶ λῃστὰς καὶ φθόνον καὶ μῖσος παρὰ τῶν πολλῶν*. Non obscurum est, inepte inter insidias et invidiam odiumque medios interponi latrones nec orationem verbo ullo modo carere

posse, cui accusativi adhæreant. In codicibus scribitur non *καὶ ληστάς*, sed *ἢ ληστάς*. Certum est igitur, in his litteris verbum latere secundæ personæ (nam alloquitur Lycinus eum, qui dives factus fingitur) et perfecti temporis; nec litteræ dubitare sinunt, quin activæ formæ fuerit. Scribendum est igitur *εἴληχας*. Nam id potius quam *εἴληφας* corruptum puto. Postremo veteris et præstantissimi scriptoris, Thucydidis, locus, argumentis ex sententiæ forma ductis liberetur mendo non in litterarum vocisve commutatione posito. Nam III, 38, 2 Cleon, Athenienses ad supplicium de Mytilenæis sumendum exhortans, mirari se ait, quis contendere ausurus sit (*ὅστις ἔσται ὁ ἀξιώσων ἀποφαίνειν*), *τὰς μὲν τῶν Μυτιληναίων ἀδικίας ἡμῖν ὠφελίμους οὔσας, τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας*. Apparet significari sententiam absurdam et sibi contrariam nec ab utraque parte idem statuentem. Verum priori membro (Mytilenæorum iniurias utiles Atheniensibus esse) prorsus non contrarium est alterum (Atheniensium calamitates damnosas esse sociis), omninoque hæc duo inter se nihil habent commune nec calamitates Atheniensium earumque ad socios effectus quicquam ad totam hanc comparationem pertinent. (Itaque nihil agunt, qui *οὐκ* addunt.) Quod autem Kruegerus *τὰ δὲ ἡμέτερα ξύμφορα* scripsit, ut mutationem ipsam non valde probabilem esse taceam, ne sic quidem repugnantia illa, quæ inesse debet, apparet nec, quid Atheniensium commoda hic agant. Omnino omnis comparatio constitui et repugnantia ostendi in una re debet, *ταῖς ἀδικίαις*. Sic enim Cleon ratiocinatur, si qui persuadere conentur, Mytilenæorum iniurias etiam utiles esse Atheniensibus, idem æstimandum esse de Atheniensium iniuriis, ut non nocere sociis, sed utiles iis esse putandæ sint. Itaque inter se contraria sunt *τῶν Μυτιληναίων ἀδικίας* et *τὰς ἡμετέρας* (*ἀδικίας*), *ἡμῖν* et *τοῖς ξυμμάχοις*, *οὔσας* et *καθισταμένας*, (quem autem in priore membro locum

tenet ὠφελίμους, in altero tenere debet vox contrariæ significationis; quæ quoniam duplex est, ξυμφοράς et βλαβάς (nam substantivo hic pro adiectivo Thucydides usus est), manifestum est, alteram additam interpolando esse; nec obscurum est, et per se βλαβάς, quod vulgarius est, facilius quam ξυμφοράς addi potuisse et omnem errorem natum esse ex eo, quod, cum ξυμφοράς cum ἡμετέρας prave coniunctum esset et pro subiecto habitum, prædicatum desideraretur. Itaque sic scribendum est: τὰς δὲ ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις καθισταμένας[1]). Eadem, quam hæc exempla monstrant, via alias mendorum formas, ut lacunas ex simili verbo bis posito ortas, deprehendi et corrigi, si suis et propriis exemplis declarari opus est, sumi ea possunt ex primo capite, ubi de iis mendorum generibus dictum est. Itaque Græca hæc sufficiant; transeamus ad Latina. Eorum primum dabit Valerius Maximus, apud quem III, 2 E. 5 de Epaminonda moriente hæc leguntur: e corpore deinde suo hastam educi iussit eoque vulnere expiravit, quo (sic codex B; interpolati quod), si eum di immortales victoriis suis perfrui passi essent, sospes patriæ mœnia intrasset. A sententia aberrarunt nuper Fœrtschius et Halmius, qui sic scripserunt: expiravit. Quid, si... passi essent et sospes... intrasset? Hoc enim sic interrogatur, quasi expirandi verbo magnæ alicuius rei effectio significata sit, qua etiam maiora effecturus Epaminondas fuerit, si vixisset. Rectius Perizonius sensit, inepte hic, postquam multis verbis narratum sit, quid Epaminondas vulneratus fecerit dixeritque, vulneris nomen poni (eoque vulnere, quasi hasta e vulnere educta ipsa vulnus sit). Manifestum est ex tota orationis forma (eo . . . quo, si . . . passi essent, . . . intrasset), hoc dici, Epaminondam in ipsa morte aliquid habuisse idem, quod, si di sissent, habiturus fuerit lætissimo

[1]) Hoc posui in annal. philol. Danicis I p. 41 et 174.

et gloriosissimo die, et hoc tanquam præclarum commemorari. Eius rei nomen latet (si latere iam dici potest) sub illo vulnere; non potest autem nisi unum esse. Nam Epaminondas, victoriam et patriæ gloriam suæ vitæ præferens, eo vultu expiravit, quo, si eum di immortales victoriis suis perfrui passi essent, sospes patriæ mœnia intrasset. Vulneris prægressa mentio librarii animo ex tribus primis litteris nominis (vul) alterum illud obiecit. Ovidius in a. a. III, 440 feminas, ut suis consiliis et monitis credant, hortans, interponit in transcursu exemplum admonitionum et consiliorum cum magna calamitate spretorum, his, si editionibus credimus, verbis:

Vix mihi credetis; sed credite! Troia maneret,
præceptis Priami si foret usa sui.

Ut omittam inepte suum Priamum dici, nihil Priamus dixisse narrabatur et præcepisse, cui si Troiani obedissent, urbs mansisset; neque codices boni (velut antiquissimus Parisinus) id habent, quod editur, sed Priame, quod versus non recipit, et tuis. Apparet tamen, Ovidium spretum illum monitorem vocativo casu appellasse. Reperiendus est igitur pro Priame vocativus versum explens et aptam personam appellans. Apta est autem una Cassandra, dei iussu non unquam credita Teucris (Verg. Æn. II, 247). Scripserat igitur Ovidius:

præceptis, Priamei, si foret usa tuis;

vocativi autem duas extremas vocales in unam syllabam contraxit, ut fit in Pompei apud Horatium, in rei, aliis[1]). Idem poëta epistola VII Dido inducit ad Æneam a discessu deterrendum describentem, quam sensurus sit, si in mari cum tempestatibus conflictetur, pœnitentiam; is locus sic concluditur (v. 71 sq.):

Quid tanti est totum merui concedite dicas
quæque cadent, in te fulmina missa putes?

---

[1]) De hoc quoque loco dixi in annal. philol. Danic. V p. 22 et 159.

Sic enim Merkelius edidit, apposita, ut par erat, priori versui mendi nota, in quo tamen vetustissimus codex tutum habet, non totum. Apparet, hoc dici, non committendum esse Æneæ (non esse tanti), ut, cum illud advenerit tempus, se ipse accuset (merui) et, ceteris remotis (concedite, hoc est, discedite et mihi locum date), pœnæ offerat; efficiendum est igitur, ut dicas et putes recte cum 'quid tanti est coniungantur, fortasse etiam, ut temporis illius futuri significatio aliqua sit. Id efficiet et locum sanabit ut pro tu in antiquissimi codicis scriptura substitutum (et præcedit t):

Quid tanti est, ut tum, Merui, concedite, dicas,
quæque cadent, in te fulmina missa putes?

Apud Senecam in Hercule tragœdia, ubi Theseus describit Herculem ad Cerberum, quem in vincla petebat, accedentem, hæc leguntur (795 sqq.):

Ut propior stetit
Iove natus, antro sedit incertus canis,
et uterque timuit; ecce latratu gravi
loca muta terret, sibilat totos minax
serpens per armos.

Neque per se ullo modo Iove natum hic timor (non brevis momenti hæsitatio) decet, et manifestum est ex iis, quæ subiiciuntur, perverse hic Herculem interponi, cum omnia pertineant ad Cerberum primum paulisper perculsum, deinde animos resumentem; sed ne Cerberum quidem illud tam simpliciter positum timuit decet nec convenit cum eo, quod præcedit, sedit incertus. Itaque pravum est uterque et pro eo aliquid efficiendum est, quo adiuncto timuit de solo Cerbero etiam aptius dicatur. Id erit hoc:

antro sedit incertus canis
Leviterque timuit.

Ex leuiter factum est et uter.

Redeamus ad prosam orationem et in nobili scriptore cœptam ab aliis emendationem absolvamus et stabiliamus.

Nam apud Tacitum annal. XIV, 20, ubi eorum exponitur sententia et oratio, qui pollui scena proceres Romanos equestremque ordinem ægre ferebant, hæc leguntur in codice Mediceo: Quid superesse, nisi ut corpora nudent et cestus adsumant easque pugnas pro militia et armis meditentur. An iustitia augurii et decurias equitum egregium iudicandi munus expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent? Apparet augurium illud alienissimum esse, nec minus manifestum est, quod Lipsius intellexit, duo esse membra interrogationis, suum quodque subiectum et infinitivum habens; itaque recte in augurii subesse augendi verbum sensit; si acrius attendisset, sensisset etiam et propter expleturos et propter audissent (quod futuro exacto rectæ orationis respondet) et propter sententiam (— quæritur enim, quam utilitatem res nova habitura sit, —) requiri futurum infinitivi tempus idque multo propius ad litterarum vestigia accedere; scripsit igitur Tacitus: an iustitiā auctū iri; (utor ea scribendi ratione, e qua in rariore præsertim verbi forma mendum ortum est; nam alibi quoque hic infinitivus passivus depravatus est)[1]. Sed, ut omittam quærere, expleturos ferrine possit an, quod arbitror, restituendum sit expleturas, modo intellegatur hanc dubitationem ad reliquam loci formam nihil omnino pertinere, restat tamen aliud; nam ut ex expleturos ad auctum iri perventum est, sic et ex auctum iri et ex tota sententiæ forma apparet, non interrogari, expleturine sint equites iudicandi munus, sed meliusne, quam hactenus, id expleturi sint hac canendi peritia adiecta. Nec muneris laus (egregium) hoc loco aut apta est aut recto vocabulo significata; nam egregie expleri iudicandi munus potest, ipsum egregium non est, sed honestum, utile, summæ dignitatis. Nimirum Tacitus, ut

---

[1]) Cic. de divin. II, 18 codd. inventurum pro inventum iri.

Juvenalis XI, 12, egregius comparativo gradu adverbium posuit. (Egregior Lucretium dixisse notum est; vid. Nevii Lateinische Formenlehre II p. 81.) Tacito adiungatur Seneca, qui epist. 26, 8 debitam Lucilio ex promisso in unaquaque epistola acutam et bonam superioris alicuius philosophi vocem, quas posthac se a Stoicis sumpturum dicit, ab Epicuro sumens sic scribit, si codices sequimur: Interim commodabit Epicurus, qui ait: Meditare mortem vel, si commodius sit, transire ad nos. Hic patet sensus. Egregia res est mortem condiscere; Haasius transire ad divos posuit, Epicurum ex atheo et acerrimo immortalitatis animorum adversario, qui fuit, prope Christianum efficiens; nam veteres, qui animos post mortem manere censebant, ad divos tamen transire non dicebant, nisi qui, ut Hercules et Liber pater imperatoresque Romani, deis adscriberentur. Sed tamen, si hæc pars est Epicuri sententiæ, ad nos sensum non habere, manifestum est; nec ullus omnino transitus cum mortis meditatione coniungi potest. Ridiculum etiam in gravi de summa re præcepto illud: si commodius sit, solœcum præterea in sit pro est. Nihilo melius illa perspicuitatis sententiæ laus (sic enim accipi debet, etsi inusitate dicitur): Hic patet sensus interponitur ante novam eiusdem sententiæ interpretationem. Ne illa quidem recta est substantivi et infinitivi in sententia breviter ponenda coniunctio: Meditare mortem vel . . . transire. Sed nihil opus est plura accusandi causa dicere; illud dicamus, inter duas eiusdem sententiæ formas: Meditare mortem et Egregia res est m. c. nihil per illas voces vel, si commodius sit, interponi posse, nisi quod ad interpretationis utriusque comparationem pertineat, et illa transire ad nos ipsam translationem Græcæ sententiæ ad Romanos significare. Forma orationis qualis fuerit, ipse ostendit Seneca epist. 23, 9, in eadem duplicis interpretationis comparatione sic scribens: Molestum est semper vitam inchoare.

aut, si hoc modo magis sensus potest exprimi: Male vivunt, qui semper vivere incipiunt, et 97, 13 (aut, si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum). His indiciis et certis condicionum terminis hæc omni ex parte respondet scriptura: vel, si commodius sic transire ad nos hic **potest** sensus: Egregia cet. Tres litteræ mutandæ fuerunt[1]). Sed in hoc loco exemplorum series desinat, modo adiecerimus, optime in eo intellegi posse, quid ad emendationem et inveniendam et confirmandam conferant similes eorundem aliorumve scriptorum loci ex propinquo memoriæ occurrentes et animum in rectam viam inducentes.

Verum, ut dixi, sæpe res aut vox indiciis monstrata, etiamsi non ignota quærenti est, tamen non recto tempore præsto est; itaque etiam aliqua in eo fortuna est, ut interdum, quod quæras, recens aliqua lectio et memoria suggerat, interdum, quod frustra quæsieris, paulo post casus aliquis obiiciat. Velut cum apud Plutarchum in libello, quo cum principibus viris philosopho esse disserendum disputat (*περὶ τοῦ, ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι κ. τ. λ.*) hæc legerem c. 2, 5 (p. 777 D): *Οὐ γὰρ ἡ μὲν Ἀφροδίτη ταῖς τοῦ προσπόλου θυγατράσιν ἐμήνιεν, ὅτι πρῶται μίσεα μηχανήσαντο καταχέειν νεανίσκων, ἡ δ᾽ Οὐρανία καὶ Καλλιόπη*

---

[1]) Hoc quoque ex annal. philol. Danicis I p. 43 et 174. Animadverti velim speciminis et admonitionis causa Fickerti de hoc loco iudicium. Patientissimus enim omnium solœcismorum et inanissimarum nugarum homo hic subito, postquam constantem omnium bonorum et tolerabilium codicum scripturam magis inquinavit fœdissimo recentissimorum aliquot codicum interpretandi conatu, qui post ad nos addunt vel nos ad eam, omnia hæc vel si commodius — ad eam tolli vult tanquam, „si non ab Epicuro, tamen a Seneca aliena". (In Epicuri sententia ferri tamen oportebat, quæ ab Epicuro non aliena essent.) Sed talia sunt infinita, quæ difficile est condonare diligentiæ in codicum scripturis colligendis et edendis.

καὶ ἡ Κλειὼ χαίρουσι τοῖς ἐπ' ἀργυρίῳ διατιθεμένοις τὸν λόγον (sic Wyttenbachius pro ἐν ἀργ. διαδεχομένοις τ. λ.), cum hæc, inquam, legerem, intellexi annotavique, non πρόσπολον nescio quem a Plutarcho iram Veneris subisse dici, sed hominem ex fabulis notum, cuius filiæ traderentur primæ corpore quæstum fecisse; sed is quis esset, non reperiebam. Ecce anno post cum Ovidii metamorphoses legens in libro X ad hos versus pervenissem (238 sqq.):

Sunt tamen obscænæ Venerem Propœtides ausæ
esse negare deam; pro quo sua, numinis ira,
corpora cum forma primæ vulgasse feruntur,

renovata Plutarchi memoria, facile erat videre, apud eum scribendum esse ταῖς τοῦ Προποίτου θυγατράσιν, quanquam, ut fit in talibus fabulis, apud Ovidium Venus ipsa pœnæ causa Propœtidas ad corpus vulgandum impulisse dicitur, apud Plutarchum ob vulgatum corpus iis succensuisse[1]). Si Ovidius nomen non posuisset, incerta in Plutarchi loco hæreret suspicio; neque enim alibi fabulæ memoriam superesse puto; ne nomen quidem ipsum in alio homine reperio. Non nomen, sed verbum certæ formæ subesse persuasum mihi est apud Xenophontem Cyropæd. II, 2, 11, nec tamen reperio. Nam huic per interrogandi figuram affirmationi: Τί δ' ἄλλο γε, ἔφη, εἰ μὴ γέλωτα ποιεῖν ἐθέλοντες; ignave prorsus relativo pronomine idem adiungitur: ὑπὲρ οὗ λέγουσι ταῦτα καὶ ἀλαζονεύονται. Sub tribus illis ὑπὲρ οὗ λέγουσι unum latet verbum significatione cum ἀλαζονεύεσθαι cognatum, ut hæc sit sententiæ forma: Τί δ' ἄλλο γε, ἔφη, εἰ μὴ γέλωτα ποιεῖν ἐθέλοντες [τερατολογοῦσι] ταῦτα καὶ ἀλαζονεύονται; Sed ipsum τερατολογοῦσι maius videtur quam pro re et paulo longius

[1]) Subesse apud Plutarchum poëtæ versum, satis patet; sed eum editores iusto longiorem faciunt: πρῶται . . . νεανίσκων, nec ipse choliambum expedio. Parum quoque ad rem significandam aptum videtur μίσεα καταχέειν νεανίσκων.

litteris discedit nec antiquiorem meteorologicis Aristoteliis auctoritatem habet; quod ad sententiam aptius esset et ad litteras propius, *ἀπειρολογοῦσι*, non reperitur apud scriptores, *ἀπειρολογία* tantum e Sexto Empirico annotatur.

Atque hæc, quam adumbravi, coniecturæ ratio est, ubi in codicum vestigiis aut firmis aut non nimis lubricis constitui potest et sententiæ tenore perspicuo sermonisque genere noto et certo regitur. Ubi aut nulli sunt nisi recentes et leves codices aut ubi etiam per vetustiores codices (ut in Cæsaris belli civilis libris, in prima quidem libri primi parte pæne incredibiliter,) magna et ex scripturæ antiquioris ignoratione depravatio et interpolatio pervasit, quo magis coniectura opus est, eo fere minus efficere ea potest. Ubi vero ad incertam codicum fidem etiam alia accedunt impedimenta, velut ex sermonis parum exemplorum copia firmati audacia et insolentia, et librariis ad errandum opportuna et nobis ad iudicandum difficili, et ex turbata in carminibus versuum forma, dubitandi amplissima est materia, plane coargui pauciora possunt, correctionis vero certa fides etiam rarior est, ut cohibere conatum et dubitationem aut etiam mendum certum relinquere quam periculose ludere præstet, velut sæpe in Æschyli tragœdiis, etsi minime æqualiter in omnibus. In aliis facilioris generis scriptoribus multis locis per menda ad speciem gravissima et summam litterarum perturbationem pellucet tamen, præsertim si rudi tantum tegumento obducta vulnera nec alio longe detorta sunt, ita certa sententiæ progressio et verborum rem necessario sequentium forma, ut verum et inveniri et invento confidi possit. Quid potest enim fœdius corruptum esse hoc Plutarchi in quæstt. conviv. IV, 5, 3, 1 loco, ubi ratio redditur, cur leporum carne Iudæi abstineant: *Οὐ δ[ῆτα, ἔφη] ὁ Λαμπρίας ὑπολαβὼν, ἀλλὰ τοῦ μὲν λαγωοῦ [ἀπέχον]ται διὰ τὴν πρὸς τὸν μένον ὑπ' αὐτῶν μυ***στα θηρίον ἐμφέστατον. Ὁ γὰρ λαγὼς μεγέθους ἔοικε καὶ τάχους ἐν δεινοῖς εἶναι· καὶ γὰρ ἡ χρόα καὶ τὰ ὦτα καὶ τῶν*

ὀμμάτων ἡ λιπαρότης καὶ τὸ ἁλμυρὸν ἔοικε θαυμασίως· ὥστε μηδὲν οὕτω μηδὲ μικρὸν μεγάλῳ τὴν μορφὴν ὅμοιον γεγονέναι. Et tamen iam Xylander (in interpretatione Latina) intellexit cum asino comparari leporem, nisi quod odio Iudæis asinum fuisse dici putavit; nam et communis antiquorum opinio fuit (vid. Tacit. hist. V, 4 et qui ibi citantur), in honore apud Iudæos esse asinum, et id apud ipsum Plutarchum paucis versibus ante significatur (c. 2, 10); verba autem scribenda sic sunt: ἀπέχονται διὰ τὴν πρὸς τὸ τιμώμενον ὑπ᾽ αὐτῶν μάλιστα θηρίον ἐμφέρειαν, τὸν ὄνον. Ὁ γὰρ λαγὼς μεγέθους ἔοικε καὶ πάχους ἐνδεὴς ὄνος εἶναι (asinus magnitudine et mole corporis carens)· καὶ γὰρ ἡ χρόα....καὶ τῶν ὀμμάτων ἡ λιπαρότης καὶ τὸ γλαμυρὸν ἔοικε θαυμασίως· ὥστε μηδὲν οὕτω μικρὸν μεγάλῳ τὴν μορφὴν ὅμοιον γεγονέναι (omisso μηδέ: ut nihil ita, parvum magno, simile sit). Contra apud Senecam quæstt. nat. V, 10, ubi exponitur eorum de etesiarum causa sententia, qui putabant ideo inde a solstitio flare, quod sole ad septentrionem appropinquante nives et terra in hac parte mundi plus humidi exhalarent, ut plura ex septentrionali parte cœli corpora exirent et in loca tepidiora (meridiana) deferrentur, post Caniculæ ortum desinere, quod vis illa solis iam defecisset, § 4 hæc verba, quæ ad alteram sententiæ partem pertinent: ac sol mutato cursu in nostra rectior tendit, externam habent sanitatis speciem, propius inspecta non solum in comparativo (rectior) et in tota hac significatione rectæ viæ (quæ a sole alienissima est) convincuntur, sed, quod caput est, manifesto contrariam ei, quod dici debet, sententiam habent et rerum naturæ repugnant. Neque enim sol aut inde a solstitio aut inde a Caniculæ ortu mutato cursu in nostra tendit, sed, cum usque ad solstitium ad nos appropinquavit, cuius appropinquationis effectus (illorum hominum opinione) proxime demum post solstitium sentitur, ab eo tempore retro ad meridiem versus

cedit, ut post Caniculæ ortum, exhausto effectu prioris appropinquationis, etesiæ desinant. Scripserat Seneca: ultra ortum Caniculæ non valent, quia iam multum e frigida cœli parte in hanc (submissiorem ac tepidiorem) coniectum est ac sol, mutato cursu, **in austrum retro** tendit et alteram partem aëris (meridianam) attrahit, **illam** vero impellit (contrariam, septentrionalem; male codd. et edd. aliam, quod Kœler pravum esse intellexit, sed alteram substitui voluit). Sed ne hic quidem teste veritas prorsus caret; nam codex Bambergensis, omnium optimus, non habet in nostra, sed in ar'a.

Omnia in coniectura sic rettuli ad codicum vestigia, ut, etiamsi plane aliud vocabulum, ac scriptor posuisset, vocabulave vel in antiquissimis codicibus substituta essent, tamen, si aliquam interpolatio similitudinem secuta esset reliquissetque, verum reperiri argumentisque stabiliri posse dicerem, ubi prorsus nihil ex vera forma in codicibus restaret, nihil coniectura effici nec, quamvis suspicionis iusta causa appareret aut certum esset, scriptorem aliud posuisse, auxilium, quo quidem ad veram emendationem deduceremur, ullum esse nisi in testimonio casu aliunde (in scholiis aut apud grammaticos aliosve scriptores) oblato. Sed oritur, ecce, Gu. Dindorfius, qui (in præfat. edit. quintæ poëtarum scenicorum p. III col. 2) hanc, quæ codicum vestigiis insistat, emendationem non sufficere disputat et „sæpe nihil prodesse locis gravius corruptis, ubi librarii, quæ in exemplaribus antiquioribus, unde codices superstites originem ducant, situ et vetustate aliisque casibus obscurata vel oblitterata essent, utcunque instaurare conati sint, et prorsus absurde adhiberi corrigendis non paucis interpolatorum commentis, qui multis ante nostros codices seculis plurima, quæ corrupta essent vel quacunque de causa displicerent, ita ad arbitrium suum conformarint, ut litterarum similitudinem, quam hodierni critici consectari

soleant, nihili facientes sua ipsorum inventa vel traditæ in codicibus scripturæ substituerent vel, quod non raro factum esse noverimus, locis defectis, quos redintegrare conarentur, inferrent." Addit deinde alia de „interpolatione ab histrionibus aliisque veteribus versificatoribus" profecta. Hæc ego omnia hoc loco, ubi mea exponere, non aliena refellere mihi proposui, non copiose argumentando oppugnabo; tantum dicam, esse sane vulnera, quibus tollendis coniectura codicum vestigiis insistens non sufficiat, sed nullam aliam esse, quæ iure et utiliter ei substituatur; nam reliqua illa omnis disputatio ad licentiam et temeritatem ab arte et scientia semotissimam in nostras litteras invehendam et ad perdendos veteres scriptores pertinet. Nam et finguntur licenter illa de interpolatoribus et versificatoribus aut ex tenuibus quibusdam scholiorum annotationibus ultra modum amplificantur et exaggerantur, et manifestum est, si ita illi interpolatores tragicorum fabulas aliave scripta pro arbitrio mutassent, secuissent, auxissent, nihil ad illam labem tollendam et amissa reparanda profuturam esse similem nostræ ætatis hominum, quæ „quacunque de causa displicerent", tollendi et in alia omnia vertendi licentiam. Itaque quæ in historica fide posita sunt, ea, ubi et incorrupta testimonia desunt et indicia ex corruptis verisimiliter ducta, aut relinquenda pro incertis sunt aut sine restitutionis conatu simpliciter damnanda. Si quis sibi privatim et coram aliis fingere, quæ accidere potuerint, vult, non intercedo, modo fingi illa confiteatur nec prorsus improbabilia fingat. Nam mihi quidem, qui (ut hoc utar) pro huiusmodi versu: *δεινῆς δ' ἀπλοίας πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων* (Eurip. Iphig. Taur. 15) hunc substituit: *τυχὼν δ' ἀπλοίας πνευμάτων δεινῶν βίᾳ* (non Dindorfii, sed alius ingeniosi et docti hominis hoc inventum est), non hoc sibi proposuisse videtur, ut versum ab Euripide positum reperiret, sed ut sententiam eandem sua ratione et arte in versum includeret. Revertamur igitur ad coniecturam

testimoniis et testimoniorum vestigiis nixam, addamusque, ut in quærendo vero liber animo cursus in omnes partes permittendus est, sic inter veritatis inventæ notas esse, si animus in uno aliquo ita certus consistat, ut nihil præterea nec anquirat nec accipiat; nam qui inter plures corrigendi vias incerti hærent, fere a vera aliquantum absunt. Boni autem critici est et via ac ratione progredientis et artem habentis scire, quousque processerit, et cum ad verum pervenerit, firmiter id tenere abiectaque instabili suspicione et dubitatione, loco sanato uti et frui. Imperiti homines, qui neque ad reperienda ipsi vera ingenio valent neque ad inventa intellegenda iudicio et scientia, inani quadam velitatione in locis, quos semel corruptos esse decretum est, ludunt nec huius lusus campum sibi certis emendationibus eripi patiuntur, maximeque reluctantur, ubi magnas turbas et quæ multos vexarint, facili remedio et leni prorsus sedari confitendum est (velut in Platonis r. p. X p. 608 A, in Horatii sat. II, 2, 29 et haud paucis ex iis locis, quos superioribus paginis ipse emendavi). Ea vero est præter ceteras palmaris appellanda emendatio, quæ una duabusve litteris mutatis aut transpositis novum sententiæ lumen, novam orationis formam profert et ex dissolutis et perturbatis apta et recta efficit. Artis autem in hoc genere maxime est a sanis abstinere et aliorum proterviam arcere, vera menda certa ratione coarguere, bona ingenii inventa probare et sua sede collocare. Eam artem etsi non præceptis comprehensam quidam naturali quadam prudentia tenuerunt, velut Richardus Porsonus, etsi in uno fere Græcorum scriptorum genere ingenium exercuit, alii, qui magni critici haberi solent, aut ex aliqua parte sæpe eam violarunt, ut Bentleius in mendis arguendis et in suspicione continenda, aut prorsus ea caruerunt, ut G. Hermannus, qui non maximum numerum bonarum emendationum obruit innumerabili inanium et levium opinionum festinanter iactarum multitudine, rursus

non raro, ubi libido aut obtrectatio abripuerat, strenuus pravorum defensor.

Cap. III.

Nomina propria a librariis obscurata et sublata eruuntur, quædam falso posita eiiciuntur.

Antequam ad simplicem scribendi formam, quam mihi extra hunc primum librum proposui, transeo, ut in emendationibus expromendis scriptorum et librorum ordinem sequar, placet hoc loco, quæ in uno genere in scriptis Græcorum et Latinorum emendavi, coniunctim exponere et sub unum conspectum adducere, quod et erroris similitudine et eius demonstrandi tollendique ratione cognata sunt et correctionis evidentia vim quandam singularem persuadendi habent, aptam ad fidem iis, quæ deinceps explicabuntur, præparandam, et quod mendi occultandi rudia initia (maxime in abiiciendis litteris, quæ effecta aliqua verborum specie supererant) in hoc genere sæpe eminent. Dixi enim iam supra, ni fallor, non raro a librariis nomina propria hominum locorumque, quod, in continua præsertim scriptura, ignota et nova oculis animisque occurrerent et sæpe aut tota aut ex parte similitudine aliqua aliarum vocum deciperent, depravata et prorsus obscurata esse, cum ex litteris unius pluriumve vocum species, adhibita fere, cum primum aberratum esset, interpolatione, interdum admodum rudi, efficeretur. Atque huiusmodi menda permulta in utriusque linguæ scriptorum operibus partim iampridem a primis editoribus aut insecutæ ætatis criticis, partim nuper sublata sunt (velut succurrit ex hoc genere nuper apud Thucydidem I, 61, 3 restitutum a Pluygersio ἐπὶ Στρέψαν pro ἐπιστρέψαντες, apud Xenophontem hist. Græc. III, 2, 30 a L. Dindorfio Φέας pro σφέας et III, 4, 20 a Gu. Tellio Ἀδαῖον pro ἄλλον (ΔΑΙ pro ΛΛ), apud Lucianum Alexand. 57 a Burmeistero Αὔειτος pro αὐτός); ipse quoque

unum et alterum in Latinis antea correxi, ut in Ciceronis acad. II, 129 Erilli pro ulli restitui, in epitoma Livii libri LXVII in Vellocassis pro in belli casus (in bellicosis); sed latent etiamnunc satis multa, nec omnia in scriptis, quæ a paucis leguntur, pleraque attente legentibus gravi offensione et sententiæ vitio se prodentia. Ex his non ita pauca et deprehensa a me et emendata (præter Plutarcheum illud, quod paulo ante p. 119 emendavi, Propœtæ nomine restituto) hic ponam; alia quædam interponam, in quibus nomen proprium subesse certum est, ipsum nomen propter rei ignorationem aut reperiri non potest aut dubitationem habet; postremo ostendam, etiam contrarium errorem, quod pæne mirere, accidisse nonnullis locis, ut nomen proprium scriberetur aut acciperetur pro appellativo. Erunt autem ex his locis nonnulli, qui ad rerum historicarum fidem satis notabiles sint. Sed initium faciam a tribus locis, Græcis duobus, Latino uno, in quibus nomen proprium hominis omnibus litteris exstat in codicibus aut etiam editur, sed pro appellativo accipitur. Nam (I) Eupolidis versus in scholiis ad Aristophanis pac. v. 1031 e *Πόλεσιν* comœdia vulgo quidem sic scribuntur: *Ὡς οὖν τίν᾽ ἔλθω δῆτά σοι τῶν μάντεων; Πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων, ἢ Στιλβίδης;* Sed in codice Veneto est *ἀμφότερος*. Sic igitur oratio distinguenda, ut duo nominentur et in comparationem veniant vates:

Πότερος ἀμείνων, Ἀμφότερος ἢ Στιλβίδης;

Ἀμφότερος hominis nomen præter eos locos, qui ex Homero, Apollodoro, Arriano in lexicis ponuntur, reperitur apud Plutarchum in apophthegm. regum p. 177 F, ubi Wyttenbachius Curtium appellat III, 3 (1, 19) et IV, 23 (5, 14) et 34 (8, 15), etsi eius loci ad eundem pertinent hominem, qui ab Arriano nominatur[1]).

---

[1]) Apud Plutarchum pro *Ἑκατεροῦ* nomine e codicibus et Arriano ponendum *Κρατεροῦ*. Craterum Philippus *Ἀμφότερον* esse dicebat,

(II) Apud Plutarchum in Arati c. 6, ubi de Arati consiliis Sicyonis liberandæ exponitur (ex quo loco aliud mendum suo tempore tollam), hæc scribuntur: *Ἐμισθώσατο δὲ καὶ διὰ πρώτου Ξενοφίλου τῶν ἀρχικλώπων οὐ πολλοὺς στρατιώτας.* Cur primum per Xenophilum milites conduxerit (nam hoc significant verba sic posita *διὰ πρώτου Ξ.*, etsi rectum erat *πρῶτον διὰ Ξενοφίλου*), non magis apparet quam, unde genetivus *ἀρχικλώπων* pendeat; quod autem fuerunt, qui scribi vellent *διὰ Ξεν. πρώτου τῶν ἀρχικλώπων*, ut dux latronum significaretur, ne dicam sic *πρῶτος*, omisso præsertim articulo, dici non posse, non *πρῶτος τῶν ἀρχικλώπων* erat Xenophilus, sed *πρῶτος τῶν κλωπῶν*, hoc est *ἀρχίκλωψ*. Apparet præter Xenophilum alterum nominatum fuisse prædonum ducem; scripserat enim Plutarchus *διὰ Πρώτου καὶ Ξενοφίλου τῶν ἀρχικλώπων*. Cum *πρώτου* pro appellativo acciperetur, omissum est *καί*. *Πρῶτος* nomen proprium in lexicis e Demosthene, Plutarcho ipso (Sol. c. 2), inscriptionibus annotatur; idem in vita Dionis c 25, cum pro numerali acciperetur, Schæferus agnovit.

(III) In Ciceronis oratione pro Sulla 55, ubi defendit crimen gladiatorum specie muneris a Fausto dandi emptorum Sullæ obiectum, sic locus concluditur: Iam si in paranda familia nulla suspicio est, quis præfuerit, nihil ad rem pertinet. Sed tamen munere (contra codices scribitur in munere) servili obtulit se ad ferramenta prospicienda, præfuit vero nunquam, eaque res omni tempore per Bellum, Fausti libertum, administrata est. Aptissime hæc adduntur et cohærent: „Etsi, quoniam ad rem nihil pertinet, poteram omittere, tamen addam Sullam aliquid sane

---

Amphoterum *οὐδέτερον*. Tollitur lusus, si pro Cratero substituitur homo iam id nomen (inauditum alioquin) gerens, in quo insit significatio *ἀμφοτέρων*.

fecisse in ea re, verum nunquam familiæ præfuisse". Itaque prorsus arcendi sunt infelices eorum conatus, qui hæc transponendo divellere voluerunt. Sed ut dicatur Latine: servili munere me offero ad aliquid faciendum pro eo, quod est: ad servile munus (servili muneri) me offero, tamen Cicero nunquam dicturus erat senatorium et prætorium hominem, quem defenderet, servile munus subisse. Scilicet Cicero scripserat: Sed tamen munere Servili obtulit se cet. Familia Fausto empta locata fuerat Servilio nescio cui munus eodem tempore danti; tum Sulla obtulerat se ad ferramenta prospicienda. (Munere Servilii sine præpositione dicitur noto usu; vid. gr. Lat. § 276 n. 2.)

Sed veniamus ad eos locos, in quibus nomen mutatum nonnihil et depravatum est, scriptoresque linguarum et temporum ordine persequamur. Primum igitur (IV) apud Xenophontem hist. Græc. II, 4, 34, postquam narratum est, Pausaniam regem Lacedæmoniorum, cum Athenienses persequens usque ad theatrum Piræi progressus esset, vehementer ibi oppugnatum esse primum a levis armaturæ militibus compluresque ibi e Lacedæmoniis cecidisse, adduntur hæc: *Ὁρῶν δὲ ταῦτα ὁ Θρασύβουλος καὶ οἱ ἄλλοι ὁπλῖται ἐβοήθουν καὶ ταχὺ παρετάξαντο πρὸ τῶν ἄλλων ἐπ' ὀκτώ.* Qui fieri potuit, ut, qui postea subsidio veniret, gravis armaturæ milites ante leves et expeditos, qui iam excurrerant et hostibus inhærebant, constitueret? Thrasybulus vero *πρὸ τῶν Ἁλῶν* exercitum constituit; itaque cum Pausanias conversus collecta et densa phalange in Athenienses ingruisset, hi impetum non sustinentes partim *ἐξεώσθησαν εἰς τὸν ἐν ταῖς Ἁλαῖς πηλόν* (quem post tergum reliquerant), partim fugerunt. *Ἁλῶν* (*τῶν Ἀξωνίδων*), demi Piræo vicini, et paludum situm Kieperti tabula monstrabit[1]).

---

[1]) Minus diligenter Xenophon scripsit *καὶ οἱ ἄλλοι ὁπλῖται*, si ita scripsit. Nam nulli antea pugnaverant *ὁπλῖται*, sed, cum ades-

(V) Apud Diodorum Siculum XIII, 114 pacis inter Carthaginienses et Dionysium maiorem Olymp. 93, 4 factæ condiciones his verbis indicantur: *τὴν εἰρήνην ἐπὶ τοῖσδε ἔθεντο· Καρχηδονίων εἶναι μὲν τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποίκων ἄλλους τε καὶ Σικανούς, Σελινουντίους δὲ καὶ Ἀκραγαντίνους, ἔτι δ' Ἱμεραίους· . . . Λεοντίνους δὲ καὶ Μεσσηνίους καὶ Σικελοὺς ἅπαντας αὐτονόμους εἶναι· καὶ Συρακοσίους μὲν κ. τ. λ.* Primum *μέν* prorsus prave verbo *εἶναι* subiicitur; deinde admirabiles sunt illi *τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποίκων ἄλλοι* (alii ex colonis ab initio deductis); qui ita infinite significati cum Sicanis coniunguntur, quasi hi quoque omnium antiquissimi Siciliæ incolæ coloni Pœnorum fuerint, etsi tum dicendum erat *ἄλλους τε τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποίκων καὶ Σικ.* Pace omnium primum cavetur, ut Carthaginiensium sint veteres, quos ipsi illuc deduxerant, coloni, hoc est, Motye eiusque ager (vid. XIII, 54 et XIV, 47: *Μοτύη, πόλις ἄποικος Καρχηδονίων*); deinde iis dantur indigenarum proximi, Sicani et alter populus, cuius nomen latet sub illo *ἄλλους*, facillimum repertu, si quis Thucydidis libri VI c. 2 legit, ne alios excitem; tum Græcæ urbes iis deduntur magnæ et nobiles. Scriptum erat antiquitus: *Καρχηδονίων εἶναι μετὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποίκων Ἐλύμους τε καὶ Σικανούς, Σελινουντίους δὲ κ. τ. λ.*

(VI) Apud eundem Diodorum XIV, 117 de Pausania, rege Lacedæmoniorum, hæc narrantur (Olymp. 94, 3): *Ὁ δ' οὖν Παυσανίας κατ' ἔφοδον τῆς Ἀρκαδίας ἐμβαλὼν εἰς τὴν Ἦλιν Λασιῶνα μὲν φρούριον εὐθὺς εἷλεν ἐξ ἐφόδου· μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τῆς Ἀκρωρείας ἀγαγὼν τὸ στρατόπεδον τέτταρας πόλεις προσηγάγετο κ. τ. λ.* Quid

sent *οἵ τε πελτασταὶ πάντες καὶ οἱ ὁπλῖται τῶν ἐκ Πειραιῶς* (33), hactenus tantum *οἱ ψιλοί* excurrerant. Fortasse igitur Xenophon tantum *καὶ οἱ ἄλλοι* posuit, *ὁπλῖται* a librario additum est. Video, quid dicturi contra sint, *τοὺς ἄλλους ὁπλίτας* esse *τοὺς ἄλλους, τοὺς ὁπλίτας*.

sit κατ' ἔφοδον 'Αρκαδίας invadere in Elidem, nemo dixerit, ne quid dicam de miro horum concursu κατ' ἔφοδον 'Αρκαδίας et ἐξ ἐφόδου εἷλεν. Manifestum est Diodorum dixisse, per quam Arcadiæ partem et locum Pausanias Elidem intrarit. Nihil propius videtur quam κατὰ Ψωφίδα. Si quis propius ad litteras nomen loci in occidentali Arcadia ad Elidem versus siti, apti ad viam significandam, monstrarit, accipiam.

(VII) Idem XIX, 88 de prœlio inter Alcetam, Epirotarum regem, filiumque Alexandrum et Lyciscum, Macedonum ducem, sic scribit: γενομένης οὖν μάχης ἰσχυρᾶς ἀνῃρέθησαν πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν, ἐν οἷς ἦσαν ἄλλοι τέ τινες τῶν * ἀνδρῶν καὶ Μίκυθος ὁ στρατηγὸς καὶ Λύσανδρος 'Αθηναῖος ὁ κατασταθεὶς ἐπὶ τῆς Λευκάδος ὑπὸ Κασσάνδρου. Mire Micythus, qui ante omnino nominatus non est, subito imperatoris locum tenet, quem Lyciscum fuisse Diodorus apertissime dixit (ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς 'Ακαρνανίας στρατηγός). Sed adiecta inter homines honestiores, qui ceciderint, Lysandri Atheniensis mentio satis ostendit scriptum fuisse Μίκυθος ὁ Στράτιος. Illam hominum ultra vulgus militum evectorum significationem non posse contineri τῶν ἀνδρῶν appellatione apparet[1]). Poterat videri excidisse adiectivum ante ἀνδρῶν. Sed scribendum est ἄλλοι τέ τινες τῶν ἁδρῶν, hoc est, maiorum et præstantium, quomodo ipse Diodorus ἁδρὰ crocodili δήγματα appellat I, 35, Dionysius Halicarn. νοήματα ὑψηλὰ καὶ ἁδρὰ καὶ καλά, alia alii, qui in Thes. Stephani ed. Par. nominantur.[2])

---

[1]) Dindorfius in quarta editione stellulam apposuit mendi notam.

[2]) XIX, 19 video etiam Dindorfium in edit. quarta animadvertisse subesse nomen proprium; nam ἐπικόλωνος neque Græcum est neque aptum requiriturque manifesto significatio, quo via ferat (ut sequitur de altera via: ἡ δὲ διὰ τῶν Κοσσαίων); ipsum nomen vix verum est; mihi in mentem venerat subesse urbis nomen, a qua appellata Chalonitis regio.

(VIII) Idem Diodorus XX, 25 Eumelum, Bospori regem, narrat mille Callatianis, qui ex sua urbe a Lysimacho obsessa effugissent, perfugium tutum dedisse: *ἀλλὰ καὶ πόλιν ἔδωκε κατοικεῖν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν ὀνομαζομένην Ψόαν καὶ τὴν χώραν κατεκληρούχησεν.* Non apparet, cur urbis nomini (id enim *Ψόαν* in hac orationis forma esse debet, adiecto *καὶ τὴν χώραν*) addat *τὴν ὀνομαζομένην*, minus etiam, cur hoc separaverit ab illis *πόλιν ἔδωκεν* nec scripserit *ἀλλὰ καὶ Ψόαν πόλιν ἔδωκε κατοικεῖν.* Manifestum est in litteris *ψοανκαιτην* unum subesse adiectivum regionem significans, quæ præter urbem non nominatam Callatianis exsulibus divisa sit, ut hæc fuerit orationis forma: *τὴν ὀνομαζομένην Ψοανκαιτικὴν* (*Ψοαντικὴν*?) *χώραν κατεκληρούχησεν.* Ipsam formam nominis quis reperiat aut præstet?

(IX) Eodem libro c. 31 de Agrigentinis hæc scribuntur: *Οἱ δὲ ταύτην* (Ennam) *ἐλευθερώσαντες παρῆλθον ἐπὶ τὸν Ἑρβησσόν, φρουρᾶς ἐν αὐτῷ παραφυλαττούσης τὴν πόλιν.* Non solum mire abundat *ἐν αὐτῷ*, sed prorsus vitiosum est cum sequatur *τὴν πόλιν*, nisi quis hoc ferendum putat: „cum præsidium in eo oppidum custodiret". Id ad rem pertinet, quale illud fuerit præsidium; apparet autem peregrinorum et mercenariorum fuisse ab Agathocle ad urbem continendam impositum. Scripserat sine dubio Diodorus: *φρουρᾶς Σαμνιτῶν παραφυλαττούσης τὴν πόλιν.* Samnites inter mercenarios Agathoclis fuisse, constat e cap. 64. (Error cœpit littera *σ* semel scripta, ut *αμνιτων* esset.)

(X) In excerptis Hœschelianis (vitiosissime scriptis) libri XXIII Diodori hoc legitur frustulum (6, in Dindorfii edit. quarta XXIII, 4, 2): *Ὅτι Ἀδράνωνα κώμην καὶ Μάκελλαν πολλὰς ἡμέρας πολιορκήσαντες Ῥωμαῖοι ἀπῆλθον ἄπρακτοι.* Oppidum *Ἀδρανόν* novimus et ab aliis et bis ab ipso Diodoro commemoratum, Adranona non novimus. Sed magis mirabilis *κώμης* appellatio obsessus-

que a Romanis multos dies vicus. Manifestum est inter Adranum et Macellam tertium oppidi aut castelli muniti nomen interpositum fuisse; id ex *να* et *κώμην* efficitur *Νακόνην*. quam Siciliæ *πόλιν* a Philisto commemoratam Stephanus Byzantinus in ordine ponit. Scribendum igitur: *Ἀδρανόν, Νακόνην καὶ Μάκελλαν.*

(XI) Diodorum excipiat Strabo, ætate non multum distans, apud quem ut propter argumenti naturam infinita est nominum propriorum copia, ita etiam huius errandi generis occasio non exigua fuit. Apud eum V p. 242, ubi de Campaniæ veteribus incolis agitur, hæc leguntur: *ἄλλοι δὲ λέγουσιν οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον καὶ Αὐσόνων· οἱ δ' ἐκείνους κατασχεῖν ὕστερον, Ὄσκων τι ἔθνος, τούτους δ' ὑπὸ Κυμαίων, ἐκείνους δ' ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐκπεσεῖν.* Apparet constructionem in illis *οἱ δ' ἐκείνους* prorsus turbatam esse (quæ esset recta, si hæc sola legerentur: *οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον καὶ Αὐσόνων κατασχεῖν Ὄσκων τι ἔθνος*), tum omnino non intellegi, qui sint *ἐκεῖνοι*, qui Opicis et Ausonibus successerint ipsique a Cumanis eiecti sint; eos a Strabone necessario suo nomine appellatos fuisse, adiecto appositione illo *Ὄσκων τι ἔθνος*. Id nomen adeo notum est et tam manifestis litterarum vestigiis monstratur, ut mirum sit neminem vidisse; Strabo enim scripserat: *οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον καὶ Αὐσόνων Σιδικίνους κατασχεῖν ὕστερον, Ὄσκων τι ἔθνος, τούτους δὲ κ. τ. λ.* Strabo ipse eodem libro p. 237: *Οὗτοι δὲ (οἱ Σιδικῖνοι) Ὄσκοι, Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός.* (Iuvit errorem, ut *οι* fieret, vetus litteræ *Σ* forma.)

(XII) Apud eundem Strabonem libr. VI p. 267, ubi de Siciliæ ora orientali sub radicibus Ætnæ agitur, in codicibus optimis et fide dignis et in Meinekii editione (cum nota mendi ante *συνελθοῦσαι*) sic scribitur: *αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσσῶν (πόλεις) ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα, ὅπου καὶ αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ συνελθοῦσαι καὶ πάντα καταρρεόντων ἐκ τῆς Αἴτνης εἰς*

εὐλίμενα στόματα. Non dicam multis de ostiis fluminum congressis (*ἐκβολαῖς συνελθούσαις*) nec de verbis nullam omnino structuram habentibus *καὶ πάντα*, pro quibus in editionibus ante Meinekium substitutum est ex codicibus interpolatis unum *πάντων*, quod debebat saltem esse *πάντων τῶν καταρρεόντων*; alioquin enim non omnes ii fluvii, qui ex Ætna decurrant, significantur, sed omnes fluvii ex Ætna decurrere dicuntur; sed ut sic scribatur, falsissimum erit nihilo minus, omnes fluvios, qui in Ætna oriantur, in orientali ora uno ore exire; nam in diversissimas partes labuntur. Manifestum est, Strabonem non infinite fluvios hic exire scripsisse, sed certos fluvios nominasse; nec difficile est, si locorum situm consideres, nomina ex litteris *ΣΥΝΕΛΘΟΥΣΑΙ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ* eruere. Scripserat enim Strabo: *αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ Συμαίθου καὶ Παντακίου, καταρρεόντων ἐκ τῆς Αἴτνης εἰς εὐλίμενα στόματα.* Neuter fluvius in hac ora teste eget. Alterius nominis, cum *πάντα* tanquam plenum scriptum esset, extrema pars abiecta est, eo facilius, quod sequebatur *κα*[1]).

(XIII) Incertior videtur Strabonis in eodem libro locus p. 284, ubi, postquam Canusium et Argyrippam (Arpos) commemoravit, subiicit: *Λέγονται δὲ ἀμφότεραι Διομήδους κτίσματα*, tum universe addit: *καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται τῆς Διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα*, quæ deinde singulatim persequitur. Sed his interponitur aliquid miri; sic enim scribitur: *Λέγονται δὲ ἀμφότεραι Διομήδους κτίσματα· καὶ τὸ πεδίον καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται κ. τ. λ.* Apparet et ridiculum esse, planitiem ostendi notam et monumentum imperii Diomedis, et illa *καὶ ἄλλα πολλὰ κ. τ. λ.* sic adiungi factæ primum in oppidis Diomedis mentioni, ut nihil interponi potuerit. Quid igitur fiet? Scilicet latet in illis *τὸ πεδίον* tertii oppidi nomen, cuius præter Canusium et Argyrippam Diomedes

---

[1]) Annal. philol. Dan. V p. 19 et 158.

conditor ferebatur. Id ipse Strabo sine nomine significavit paucis ante versibus (p. 283), *τὸ ἐμπόριον τῶν Καννυσιτῶν* ad Aufidum flumen situm; nomen ex tabula Peutingeriana (si, ut videtur, hoc est Aufinum) et itinerario Antonini (p. 314 edit. Wessel. Aufidena) scimus ex flumine ductum fuisse; ex litteris *τὸ πεδίον* videtur facillime effici *Αὐφίδιον*. Ad hanc saltem formam Strabonem scripsisse patet: *λέγονται δὲ ἀμφότεραι Διομήδους κτίσματα καὶ τὸ Αὐφίδιον· καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται . . . σημεῖα.*

(XIV) Libr. VII p. 290 Strabo ex populis Germanis, qui olim ad orientalem Rheni ripam habitassent, alios scribit in Gallicam ripam a Romanis traductos, alios ipsos in interiora Germaniæ recessisse (*ταύτης δὲ τὰ* [*ἔθνη τὰ*] *μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί*), tum addit: *λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος*. Poterat ferri *ἄλλοι τ' ὀλίγοι καὶ οἱ Σούγαμβροι*, non potest *ὀλίγοι καὶ Σούγαμβροι*, multo autem minus *ὀλίγοι καὶ Σουγάμβρων μέρος*. Hoc enim sic dicitur, ut necessario præcedere debeat alius populi, qui totus manserit, nomen. Id Ubiorum (*Οὔβιοι*) esse nequit, quoniam ii ab Agrippa iam aliquanto ante, quam Strabo scripsit, Rhenum traducti erant (quod ipse Strabo IV p. 194 commemorat); itaque *Οὔσιποι* (sic enim Usipios Strabo appellat p. 292) aut e Ptolemæo *Οὐΐσπεῖ* in mentem veniunt.

(XV) In eiusdem Strabonis libr. VIII p. 345 obscuratum est ludicrum nomen lepide fictum ab homine festivi et procacis ingenii. Nam quod in Odysseæ libro III, 368 sqq. Minerva sub Mentoris persona latens, postquam se dixit ad navem redituram et mane ad Caucones versus abituram, sic Nestorem alloquitur: *σὺ δὲ τοῦτον, ἐπεὶ τεὸν ἵκετο δῶμα, Πέμψον σὺν δίφρῳ τε καὶ υἱεῖ· δὸς δέ οἱ ἵππους, Οἵ τοι ἐλαφρότατοι θείειν καὶ κάρτος ἄριστοι*, id illo loco a Strabone sic narratur: *Κελεύει γὰρ ἡ μὲν Ἀθηνᾶ κατὰ τὸν Σωτάδην τῷ Νέστορι τὸν μὲν Τηλέμαχον εἰς*

τὴν Λακεδαίμονα πέμψαι σὺν δίφρῳ τε καὶ υἱεῖ εἰς τὰ πρὸς ἕω μέρη, αὐτὴ δ' ἐπὶ ναῦν βαδιεῖσθαι νυκτερεύσουσά φησιν ἐπὶ τὴν δύσιν καὶ εἰς τοὐπίσω. Iure vehementer mirantur Sotadis mentionem in sententia versuum Homericorum simpliciter ponenda; Kramerus quidem, quomodo explicanda sit, neminem unquam divinaturum credit, nec nimis anxie quærendum putat; totam enim paginam (usque ad verba μέχρι Πύλου τοῦ Μεσσηνιακοῦ p. 346) nugatoriis utens argumentis exsecat tanquam alienam; quasi interpolator Strabonis disputationem dilatans magis quam Strabo ipse Sotadem ex inferis arcessitum in Homeri versus περικάτω (ut verbo supra explicato utar) iniecturus fuerit. Ego, quod neminem divinaturum Kramerus putat, satis certo scio, inductus ad id inveniendum particula μέν, quæ pravissime ante Ἀθηνᾶ sic additur, ut iubeamur alius personæ mentionem exspectare, quæ aliud iusserit. Nimirum Strabo, utrum Mentoris an Minervæ testimonium appellaret, hæsitans usus erat nomine lepide a Sotade ficto ad conflatam ex utroque personam significandam: ἡ Μεντοραθηνᾶ. Librarius cum μὲν scripsisset, Ἀθηνᾶ scripturus esset, τορ omisit (ut supra VI p. 267 κίον inter πάντα et καταρρεόντων).[1])

[1]) Eiusdem libri VIII p. 364 infeliciter a Kramero expletum est nomen proprium, cuius pars maior in codice A periit (— ceteri lacunam habent —); sic enim scripsit: Μεσσόαν δ' οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος (φασίν), [ἀλλὰ] τῆς Σπάρτης, καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον κατὰ τὸν [Θρᾷ]κα. (Cod. quattuor fere litterarum vacuum spatium habet inter τὸν et κα.) Intellegi vult Dionysium Thracem grammaticum, qui neque in huiusmodi rebus (ad geographiam et antiquitates pertinentibus) unquam testis citatur neque sic uno cognomine significari a Strabone poterat. (Longe alia ratio est librorum grammaticorum et scholiorum.) Strabo scripsisse videtur καθάπερ τὸ Λιμναῖον καὶ τὴν Βαβύκαν. Babycen Spartæ fuisse omnes norant; quid et ubi esset, quærebant; Plutarch. Lyc. c. 6, Pelopid. c. 17.

(XVI) Libro XV p. 731 Strabo de pecunia ab Alexandro Persis victis capta et reperta exponit; ibi hæc leguntur: *Φασὶ δὲ χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι καὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν παρὰ ταῦτα μὴ ληφθέντων αὐτὰ τὰ ἐν Σούσοις καὶ τὰ ἐν Περσίδι τέτταρας μυριάδας ταλάντων ἐξετασθῆναι.* Mirifice prorsus dicitur, quanta fuerit summa præter eas pecunias, quæ non captæ sint (*χωρὶς τῶν μὴ ληφθέντων*). Quid autem sit *παρὰ ταῦτα* (plurali numero), omnino ignoro; nam ut fingam esse propter hoc (*διὰ τοῦτο*), quo id referatur quæve significetur causa, ne suspicari quidem possum, nec sane quærere curo; nam in codicibus scribitur *περὶ ταῦτα*, mutatum a Corae. Postremo historiæ vehementissime hoc repugnat; quis enim nescit Alexandrum omni gaza, quam Darius secum habuisset, post prœlium ad Arbela et Gaugamela potitum esse? (Arrian. III, 15, Curt. V, 1, 2.) Et cur alioquin huius pecuniæ Strabo mentionem faceret? Manifestissimum est, Strabonem hoc scripsisse, *χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι καὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ . . . . ληφθέντων* ea sola, quæ Susis et in Perside reperta sint, quadraginta illa talentorum millia explevisse tradi, ut, si quis illa addat, multo maior fiat summa. In illis autem *περὶ ΤΑΤΤΑΜΗ* significatur, quo loco illi in castris thesauri capti sint. *Τ* bis in *Γ* mutato tres habebimus nominis syllabas; quarta, cum effectum esset *ταῦτα μή*, (ut VI p. 267, VIII p. 345) omissa est, præsertim *λη* sequente; erat enim *λα*. Scripserat enim Strabo: *τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ περὶ Γαυγάμηλα ληφθέντων*: (Coraes, qui *περί* prave mutavit, cum *μή* tamen perversum esse recte intellexisset, a Kramero reprehensus est.)[1])

---

[1]) Ann. philol. Dan. V p. 19 et 159. Eadem Strabonis pagina (731) paulo post, ubi hæc leguntur: *Εὐδαίμων δ' οὖσα ἡ Σουσὶς ἔκπυρον τὸν ἀέρα ἔχει καὶ καυματηρὸν* (*καὶ* ante *καυ* in codd. excidit) *καὶ μάλιστα τὸν περὶ τὴν πόλιν, ὥς φησιν ἐκεῖνος,*

(XVII) Libro XVII p. 836 in descriptione oræ Africæ ad occidentem Cyrenæ hæc leguntur: Ἔστι δὲ ἄκρα λεγομένη Ψευδοπενιάς, ἐφ' ἧς ἡ Βερενίκη τὴν θέσιν ἔχει παρὰ λίμνην τινὰ Τριτωνίδα, ἐν ᾗ μάλιστα νησίον ἐστὶ καὶ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν αὐτῷ. Nihil omnino loci habet μάλιστα (quasi dicas: lacus est et in eo potissimum insula); subest nomen insulæ ignotum.

(XVIII) Antequam a Strabone discedo, addam eiusdem ultimi libri locum, in quo non nomen proprium, sed tamen prorsus eodem modo appellativa vox rarior certi loci index, substituto pervagato vocabulo, sublata est, quod mendum cum subesse et locum quendam significari intellegerem, diu nomen proprium frustra anquisivi, donec casu in rectam viam deductus sum. Nam p. 831 Strabo urbes eius Numidiæ partis, in qua Cæsar bellum contra Scipionem et Iubam gessisset, plerasque eversas et deletas scribit, eas quoque, ad quas Cæsar Scipionem vicisset: συνηφανίσθησαν δὲ τοῖς ἡγεμόσι καὶ αἱ πόλεις, Τισιαοῦς . . . . καὶ Ζάμα καὶ Ζίγχα καὶ πρὸς αἷς κατεπολέμησε Καῖσαρ Σκιπίωνα ὁ θεός, πρὸς Ῥουσπίνῳ μὲν πρῶτον νικῶν, εἶτα πρὸς Οὐζίτοις, εἶτα πρὸς Θάψῳ καὶ τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ ταῖς ἄλλαις. Perversissime in distincta trium prœliorum enumeratione eius urbis nomini, ad quod postremo pugnatum est, adhæret illud infinitum καὶ ταῖς ἄλλαις. Nam τῇ πλησίον λίμνῃ ideo additur, quod circa urbem et lacum vicinum pugnatum est, ut ex belli Africani libro, qui cum Cæsaris commentariis servatus est, constat. Atqui eius

in pronomine hoc, quod quo referatur non habet, nomen proprium subesse, iam alii intellexerunt. (Kramerus, qua est ad librariorum errores defendendos fingendi levitate, „haud pauca præterea neglegentiæ vestigia in hac Straboniani operis parte offendi“ narrat. Huiusmodine? Saltem unum exemplum posuisset.) Litteræ longe recedunt ab eo, quod subesse suspicere, Πολύκλειτος (p. 728, 735, ubi codd. Πολύκριτος, 742).

scriptor pugnæ narrationem ordiens sic incipit (c. 80): Erat stagnum salinarum, inter quod et mare angustiæ quædam non amplius mille et D. passus intererant. Itaque Strabo scripserat una littera minus: *πρὸς Θάψῳ καὶ τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ ταῖς ἅλαις.* Nam salinæ a Strabone *ἅλαι* appellantur, non *ἅλες*, apertissime libr. XII p. 561: *εἰσὶ δ' ἐν τῇ Ξιμήνῃ ἅλαι ὀρυκτῶν ἁλῶν.* Femininum genus apparet etiam XII p. 546: *ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῶν ἁλῶν ἃς παραρρεῖ.*[1])

(XIX) Straboni proximus erit Plutarchus, cuius et in vitis et in moralibus quædam huius generis menda deprehendi. Ex illis primum est in Publicolæ c. 17 extremo, ubi sic scribitur: *Τοῦτον τὸν ἄνδρα Μούκιον ὁμοῦ τι πάντων καὶ Σκαιόλαν καλούντων, Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδωνος ἐν τῷ πρὸς Ὀκταουΐαν τὴν Καίσαρος ἀδελφὴν καὶ Ὀψίγονον ὠνομάσθαι φησίν.* Hoc si recte scriberetur, Athenodorus tantum Mucii Scævolæ nomini addidisset (*καὶ*) alterum cognomen; sed orationis forma maiorem de ipso nomine dissensum significat. Scripserat Plutarchus non *καί*. sed *Γάϊον Ὀψίγονον*, primum (ut sunt Græci neglegentes in nominum Romanorum ratione) non attendens, qui Gaius sit, eundem Mucium esse, deinde non intellegens, *Ὀψίγονον* Athenodorum posuisse pro Cordi cognomine, quo nonnulli Mucium ante, quam Scævola appellaretur, usum esse tradebant (Zonar. VII, 12, schol. Bobiens. ad Cic. pro Sest. c. 21 p. 299 Or., Aurel. Vict. de vir. illustr. 12); nam cordum interpretabantur sero natum. (Etiam Quintilianus I, 4, 25 Cordum inter cognomina ex casu nascentium ducta ponit.)

(XX) In vita Marcelli c. 4 prodigium C. Flaminio, P. Furio coss. (223 a. Chr.) nuntiatum sic narratur: *ὤφθη*

1) *Ἁλῶν* et *ἁλαῖς* et *ἁλάς* (bis) transisse in *ἄλλων*, *ἄλλαις*, *ἄλλας* apud Dionys. Halic. hist. Rom. II, 55, III, 41, Sylburgius intellexit.

μὲν αἵματι ῥέων ὁ διὰ τῆς Πικηνίδος χώρας ποταμός. Male me habet flumen sine nomine sic positum, addito articulo, quasi unum fuerit et certum in Piceno flumen. (Nam Orosius IV, 13 infinite dicit flumen in Piceno sanguine fluxisse.) Itaque cogor suspicari nec tamen affirmo, scriptum fuisse a Plutarcho ὁ διὰ τῆς Πικηνίδος Κύπρας ποταμός, ut significetur fluviolus per oppidum Cupram, in quo templum Iunonis nobile fuit, in mare decurrens.

(XXI) In Marii c. 19 Plutarchus Ambrones narrat, cum ad aquas Sextias ad pugnandum procederent, crebro suum ipsos nomen clamando ingeminasse (ἅμα τὴν αὑτῶν ἐφθέγγοντο πολλάκις προσηγορίαν "Αμβρωνες); tum addit: τῶν δ' Ἰταλικῶν πρῶτοι καταβαίνοντες ἐπ' αὐτοὺς Λίγυες, ὡς ἤκουσαν βοώντων καὶ συνῆκαν, ἀντεφώνουν καὶ αὐτοὶ τὴν πάτριον ἐπίκλησιν αὑτῶν εἶναι· σφᾶς γὰρ αὐτοὺς οὕτως ὀνομάζουσι κατὰ γένος Λίγυες. Hæc sic accipiuntur, ut Ligures contra clamando responderint, se idem Ambronum nomen a maioribus traditum gerere; in quo primum admodun mirabilis est casus et fortunæ lusus; deinde hoc verba Græca significare nullo modo possunt; nam ut omittam ἀντιφωνεῖν non esse respondere, in illa sententia necessario pronomen (τὴν αὐτὴν aut ταύτην) addendum erat, articulus detrahendus, ut esset: τὴν αὐτὴν πάτριον ἑαυτῶν (vel potius ἑαυτοῖς) ἐπίκλησιν εἶναι. Longe alia Plutarchi mens est; hoc enim dicit, Ambronibus suum nomen ingeminantibus Ligures suum e contrario nomen clamando rettulisse (ἀντεφώνουν καὶ αὐτοὶ τὴν πάτριον ἐπίκλησιν αὑτῶν), non vulgare illud, sed minus notum aliquod, quo ipsi se κατὰ γένος, hoc est, gentem et stirpem proprie signantes, appellaverint; id inest in litteris Εἶναι, appositione adiunctum ad τὴν ἐπίκλησιν (nominativo casu ut paulo ante τὴν ... προσηγορίαν "Αμβρωνες), eique adduntur explicandi causa illa: σφᾶς γὰρ αὐτοὺς οὕτως κ. τ. λ. Iam quantum illæ

litteræ distent a nominis Ligurum gentilis forma a Plutarcho posita, quis dicat? Equidem nihil de eo usquam traditum repperi; tantum hic positum a Plutarcho fuisse scio.

(XXII) Transeo ad Plutarchi scriptorum alterum corpus, e quibus primum attingam libelli de fortuna c. 4 (p. 99 B). Ibi exponitur, artificum operibus Minervam præesse, non fortunam, nec nisi unum exemplum commemorari huiusmodi operis casu effecti; pictorem enim aliquem, cum equum pingeret nec spumam frenos mordentis apte coloribus exprimere posset, iratum spongiam in tabulam impegisse; ea spumæ similitudinem egregie perfectam esse. Ea narratio sic incipit: *Ἕνα μέντοι φασὶν ἵππον ζωγραφοῦντα τοῖς μὲν ἄλλοις κατορθοῦν εἴδεσι καὶ χρώμασι, τοῦ δ' ἀφροῦ κ. τ. λ.* Si Plutarchus artificis nomen omisisset, quod vix in tali fabula exempli loco ponenda fecisse videri potest, *ζωγραφόν τινα* commemorasset; nunc *ἕνα* illud tam inepte ponitur, primo etiam loco, ut appareat, sub illo ipso artificis nomen latere. Id nomen Plinius hist. nat. XXXV, 104 servavit; scribendum igitur est: *Νεάλκη μέντοι φασὶν κ. τ. λ.* (Præcedit littera *ν*.).

(XXIII) In convivio sept. sap. c. 13 (p. 155 F), ubi editur sic: *καὶ ὁ Πιττακός, Σὺ δέ γε, εἶπεν, οὕτως ἐξύβρισας εἰς τὸν νόμον, ὥστε πέρυσι γὰρ καὶ νυνὶ μεθυσθεὶς ἆθλον αἰτεῖν καὶ στέφανον*, iam Wyttenbachius suspicatus est nomen hominis subesse. E codicum vestigiis (*παρὰ λίβοντ' ἀδελφῷ* pro illis *γὰρ καὶ νυνί*) effici videtur *παρὰ Διβουτάδῃ Δελφῷ μεθυσθείς*. Nam *δῃ* ante *Δε* hauriri facile potuit.[1])

(XXIV) In declamatione de gloria Atheniensium c. 8 (p. 350 C), ubi oratorum libri cum imperatorum rebus gestis comparantur, quod in textu patienter tenetur *τῆς Ἀρι-*

---

[1]) Quæstt. Rom. 90 quod restituturus eram *Ὄρθρος* (Geryonis canis ita appellatur), præripuit Wehle mus. Rhen. XX p. 309.

σπειδου παραγγελίας νίκης pro *παρὰ Πλαταιαῖς νίκης*, in interpretatione Latina tacite correctum est; sed in eodem loco paulo post hæc leguntur: *ἢ τοῖς κοίνοις στεφάνοις, οὓς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας ἔλαβε, τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν;* ' et Latine ponitur publicis coronis. Apparet subesse nomen imperatoris, qui *τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερῶσαι* dici possit. Scripserat Plutarchus *τοῖς Κόνωνος στεφάνοις*, honores ei habitos post victoriam Cnidiam et restitutos Athenarum muros significans.

(XXV) In libello de *ει* Delphico c. 15 (p. 391 C) vereri Plutarchus se dicit, ne Plato, ut Anaxagoras, alienas sententias pro suis posuisse videatur. Prolatis deinde nonnullis e Platonis libris, quæ pertinent ad quinarii numeri in mundi constitutione vim, subiicit: *Πυθόμενος, φησὶ, δή τις ταῦτα πρότερος συνιδὼν Πλάτωνος δύο Ε καθιέρωσε τῷ θεῷ, δήλωμα καὶ σύμβολον τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πάντων.* Ut nihil dicam de *φησί* verbo subiecto carente, nisi per se manifestum esset, nominari certum hominem debuisse, qui ante Platonem hæc vidisset, solus concursus participiorum *πυθόμενος* et *συνιδών* mendum monstraret, cum præsertim de intellecta re et reperta, non de audita et ab aliis comperta (*πυνθάνεσθαι*) agatur. Scripserat Plutarchus: *Πυθαγόρας, φήσει δή τις, ταῦτα πρότερος* (*πρότερον?*) *συνιδὼν Πλάτωνος κ. τ. λ.*

(XXVI) In libro, quo quæritur, senine sit gerenda respublica, c. 27 (p. 797 C), ubi exemplis declaratur, quantum sæpe senum auctoritas in rebus publicis valuerit, Plutarchus, senem Spartanum Agidi regi, acie iam instructa ad prœlium cum hostibus committendum progredienti, acclamasse narrat, malo eum malum sanare velle: *Ὁ δὲ Ἆγις ἀκούσας ἐπείσθη καὶ ἀνεχώρησε μὲν, ἐκράτει δὲ καὶ δίφρος ἔκειτο καθ' ἡμέραν παρὰ ταῖς θύραις τοῦ ἀρχείου, καὶ πολλάκις ἀνιστάμενοι πρὸς αὐτὸν οἱ ἔφοροι διεπυνθάνοντο καὶ συνεβουλεύοντο περὶ τῶν μεγίστων. Ἐδόκει*

γὰρ ἔμφρων ἀνὴρ εἶναι καὶ συνετὸς ἱστορεῖσθαι. Adduntur plura de eo, etiam cum ob summam senectutem debilis et plerumque κλινήρης esset, ab ephoris arcessito in forum et, ut imperio obediret (τῷ δεσπότῃ πείθοιτο), ire conato. Multa hic perversa, primum illud de Agide se recipiente illo quidem, sed tamen victore (nam quod postero die alio loco pugnavit vicitque, nihil ad hanc rem pertinet nec poterat tam obscure significari), tum in hoc ipso aoristis mire et prave subiectum imperfectum (ἐκράτει), deinde vero omnia, quæ deinceps adduntur, a regis persona alienissima, ad civem privatum honoratum apta, illud vero de vita ad ultimam senectutem producta prorsus Agidis historiæ repugnans. Hæc omnia incommoda tollet litterarum distractarum sine ullius mutatione in unum nomen congregatio: Ὁ δὲ Ἆγις ἐπείσθη καὶ ἀνεχώρησε. Μενεκράτει δὲ καὶ δίφρος ἔκειτο κ. τ. λ. Iam omnia, quæ sequuntur, ad Menecratem pertinent, cuius memoriam extra hunc locum servatam non arbitror[1]). Thucydides quidem V, 65 neque nomen hominis ponit neque ea, quæ de honore ei postea habito Plutarchus ex alio fonte, ut sæpe, addit. (Præterea sic scribendum est: καὶ συνετός. Ἱστορεῖται δέ, ὅτι καὶ [δὲ καί, ὅτι?] παντάπασιν κ. τ. λ.)

(XXVII) De Stoicorum repugn. c. 2, 4 Plutarchus in vita scholastica et otiosa, quam Stoici maximeque Chrysippus reprehendant, nullos magis consenuisse ait quam Chrysippum, Cleanthem, Diogenem, Zenonem, Antipatrum, οἵ γε καὶ τὰς αὑτῶν κατέλιπον πατρίδας, οὐδὲν ἐγκαλοῦντες, ἀλλ' ὅπως καθ' ἡσυχίαν ἐν τῷ ἡδίονι καὶ ἐπὶ ζωστῆρος σχολάζοντες καὶ φιλολογοῦντες διάγωσιν. Mirum illud ἐν τῷ ἡδίονι διάγειν, quod vertunt in suavi otio, comparativi saltem nullam rationem habentes, magis tamen ἐπὶ ζωστῆρος διάγειν, quod interpretatio

[1]) Sympos. II, 5, 1, 4 Μενεκράτης ex μὲν Κράτης restituit Reiskius, in libro Non posse suaviter, c. 21, 9 Μενανδρεῖον pro μὲν ἀνδρεῖον Mezeriacus.

omittit. Nihil erit miri, si ἐπὶ Ζωστῆρος scripseris, ut Atticæ vicus et promuntorium intellegatur, ad quod philosophos æstivare et otiari solitos apparet. Itaque etiam ἐν τῷ ἡδίονι alius significatur Athenarum aut Atticæ locus a philosophis celebratus; is, ni fallor, odeum fuit: ἐν τῷ ᾠδείῳ. (Alterum ω extritum locum dedit η interponendi.) Ἐν τῷ ᾠδείῳ Chrysippum σχολάσαι, Diogenes Laert. VII, 184 testis est.

(XXVIII) Apud Lucianum in piscatore c. 39 Parrhesiades, omnibus sententiis absolutus, exclamat: Προσεκύνησα τήν γε πρώτην· μᾶλλον δὲ τραγικώτερον αὐτὸ ποιήσειν μοι δοκῶ· σεμνότερον γάρ· Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, κ. τ. λ. Verti video: Equidem initio iam adoravi. Sed neque τὴν πρώτην est initio, neque γέ ferri potest (saltem initio) neque omitti recte, quem veneratus sit deum (neminem autem est veneratus, c. 29), et longe aliam sententiam postulat, quæ sequitur, correctio μᾶλλον δέ. Manifestum esse iam ex orationis forma debet προσεκύνησα notissimo usu dici pro præsenti de affectu nunc erumpente; veneratur autem iudicio victor Victoriam, primum simpliciter: Προσεκύνησα τὴν Πτερωτήν. Deinde magnificentius poëtæ verbis utitur. Alata dea in hoc orationis contextu quæ significaretur, nemo Græcus dubitabat.

(XXIX) Idem Lucianus in libro adv. indoctum c. 4 hominem libris coemendis doctrinæ laudem aucupantem negat, etiamsi pretiosissimos codices possederit, quicquam ad doctrinam profecturum: Κατὰ δὴ ταῦτα ἔχε ξυλλαβὼν ἐκεῖνα τὰ τοῦ Δημοσθένους, ὅσα τῇ χειρὶ τῇ αὐτοῦ ὁ ῥήτωρ ἔγραψε, καὶ τὰ τοῦ Θουκυδίδου, ὅσα παρὰ τοῦ Δημοσθένους καὶ αὐτὰ ὀκτάκις μεταγεγραμμένα εὑρέθη καλῶς, ἅπαντα ἐκεῖνα. ὅσα ὁ Σύλλας Ἀθήνηθεν εἰς Ἰταλίαν διέπεμψε, τί ἂν πλέον ἐκ τούτου εἰς παιδείαν κτήσαιο; Ignave prorsus et pravissimo loco post εὑρέθη illud καλῶς additur in codice pretium a manu Demosthenis habenti, manifestumque est hoc sententiæ membrum finiri

in *μεταγεγραμμένα εὑρέθη*. Deinde *ἅπαντα ἐκεῖνα* male his adiunguntur; nam in libris a Sulla Athenis Romam in præda missis non Demosthenis neque Thucydidis codices commemorabantur, sed Aristotelis et Theophrasti libri Nelei Scepsio hereditate relicti et postea Athenas translati (vid. Strabon. XIII. 608, 609, etsi fuisse, qui ad Ptolemæum Philadelphum pervenisse traderent, ex Athenæo I p. 3 A scimus). Coniunxit igitur Lucianus tria egregia *κειμήλια*, Demosthenis orationes ipsius manu scriptas, Thucydidis historiam a Demosthene (ut fama ferebat) octies descriptam, antiquissimos et rarissimos, quos Neleus possederat, codices: *ὅσα . . . εὑρέθη, καὶ Νηλέως ἅπαντα ἐκεῖνα, ὅσα ὁ Σύλλας κ. τ. λ.* Ex *καινηλέως* factum *καλῶς*. Sed restat aliquid. Neque enim Græce *παρὰ τοῦ Δημοσθένους μεταγεγραμμένα* pro *ὑπό* dicitur; illa præpositione significantur, quæ quis a Demosthene, id est, ex eius codicibus ipso permittente, descripserit; et tamen priorem illam sententiam et fama alibi tradita et totus locus et additum *καὶ αὐτά* (non minus quam Demosthenis ipsius orationes) postulant. Itaque pro *παρά* scribendum, non *ὑπό*, quod nemo mutasset, sed, opinor: *ὅσα γραφείῳ τοῦ Δημοσθένους καὶ αὐτὰ ὀκτάκις μεταγεγραμμένα εὑρέθη*. Variavit Lucianus, quod in priore membro dixit *τῇ χειρί*.

(XXX) Pausanias VII, 23, 7 et 8 exponit, quæ homo Sidonius secum aliquando de Apollinis, hoc est solis, et Æsculapii, hoc est aeris salubritatisque, coniunctione disputaverit; deinde addit: *Ἐγὼ δὲ ἀποδέχεσθαι μὲν τὰ εἰρημένα, οὐδὲν δέ τι Φοινίκων μᾶλλον ἢ καὶ Ἑλλήνων ἔφην τὸν λόγον, ἐπεὶ καὶ ἐν Τιτάνῃ τῆς Σικυωνίων τὸ αὐτὸ ἄγαλμα Ὑγίειάν τε ὀνομάζεσθαι καὶ παιδιην* (sic codd., non *παιδὶ εἶναι*) *δῆλα, ὡς τὸν ἡλιακὸν δρόμον ἐπὶ γῆς ὑγίειαν ποιοῦντα ἀνθρώποις*. Recte intellectum est, huic *Ὑγίειάν τε* alterum respondere debere nomen, verum id non Æsculapii esse debet (ex eo enim nihil, quod

ad rem pertineat, efficitur), sed aut solis aut cum sole coniunctum, ut ex eo intellegatur, etiam Græcos hæc copulasse; deinde non addendum alibi id nomen est, sed ex *παιδιην* exsculpendum (*Ὑγίειάν τε ὀνομάζεσθαι καὶ*...), ut adiungatur: *δῆλα, ὡς* (videlicet, quod). Nomen ipsum non audeo definire. (*Ἠλιάδα?*)

(XXXI) Transeamus ad Latinos, quorum agmen ducet Cicero. Nam quod ad Attic. III, 8, 2 scribitur: nam Phaetho libertus eum (Q. Ciceronem) non vidit; vento reiectus ab illo in Macedoniam Pellæ mihi præsto fuit, vento ab homine non reiicimur aliquo, nedum ab eo, quem non viderimus. Ab Ilio, cum Asiam peteret, Phaetho erat vento reiectus.

(XXXII) Ciceroni adiungatur Asconius, qui in exordio commentarii in Pisonianam (p. 119 Hot.) scripsit: magis naturale est, ut Piso recenti reditu invectus sit in Ciceronem, non, ut editur, ipso recenti, pronomine male abundanti.

(XXXIII) Seneca rhetor p. 173 (155) narrat Latronem, cum Cæsare Augusto præsente declamaret, quædam de adoptione dixisse, quæ Cæsarem tangere crederentur (— verba corrupta sunt necdum probabiliter emendata —); tum Mæcenas (ne progrediens Latro gravius offenderet) innuit patro fascina recusarem finiret iam declamationem. Sic enim codices. In patro subesse Latron: recte Iahnius intellexit; sed aliud præterea latet nomen proprium, quo eruto reliqua etiam certam habent emendationem; fere enim tantum litteræ separandæ recte sunt, Mæcenas innuit Latroni, festinare Cæsarem; finiret iam declamationem.

(XXXIV) Apud eundem p. 250 (227) hæc scribuntur: Saturninus Furius, qui volens (codd. voles) vel condemnavit, maius nomen in foro quam in dei clamationibus habuit. In Furio, inter declamatores non valde noto, in memoriam revocatur nobilis accusatio-

qua reum condemnaverat. Rei nomen litteræ satis monstrant: *qui* **Votienum** *condemnavit.* Votienum maiestatis damnatum, omisso accusatoris nomine, commemorat Tacitus ann. IV, 42.

(XXXV) Valerius Maximus VIII, 7 E. 3 de Platone Ægyptum (Alexandriæ vicinam) peragranti sic scribit: *Nili fluminis inexplicabiles ripas vastissimosque campos, effusam barbariem et flexuosos fossarum ambitus Ægyptiorum senum discipulus lustrabat.* Apparet prave dici *lustrare barbariem* et *barbariem effusam* vitiosissimeque inter locorum appellationes (*ripas, campos, fossas*) barbariem illam interponi. Latet sub barbariæ nomine locus aliquis in vicinia Alexandriæ notabilis, qui natura sua apte effusus dici potuerit. Is lacus aut palus est. Nimirum scriptum fuerat: *effusam* **Mareotidem**; semel scripto m, ex *areotidem* factum sensim *barbariem.*

(XXXVI) Apud eundem Valerium VIII, 15 E. 1 de Pythagora haec leguntur: *Magnus honos* (fuit, quod satis videbatur ad eam demonstrandam, ipsum dixisse), *sed schola tenus; illa urbium suffragiis tributa: Enixo Crotoniatæ studio ab eo petierunt, ut senatum ipsorum . . . consiliis suis uti pateretur, opulentissimaque civitas tam frequenter* (cod. B *frequentem*) *venerati post mortem domum Cereris sacrarium fecerunt, quaque* (recte Kempfius: *quoadque*) *illa urbs viguit, et dea in hominis memoria et homo in deæ religione cultus est.* Mire, cum urbium suffragia nominasset, una urbs appellatur, Croton; cur deinde illa opulentiæ laus (*opulentissimaque civitas*) non statim ponitur? quæ est illa frequentia venerationis? quove pertinet particula tam (*tam frequenter*)? Intellegi iam ex his indiciis potest, in corruptis illis *tam frequenter* latere alterius urbis (vel potius, propter *venerati* et *fecerunt,* incolarum) nomen. Acce-

dit, quod nemo Pythagoræ morienti aut post mortem honorem habitum a Crotoniatis tradidit, sed eum aut ab iis occisum aut inde fugisse Metapontique mortuum esse. Itaque nihil certius esset quam Metapontinos hic cum Crotoniatis coniunctos fuisse, etiamsi non apertis verbis Diogenes Laert. VIII, 15 (cfr. 40) et Iustinus XX, 4, 18 ipsum hoc de Pythagoræ domo in sacrarium Cereris conversa ad Metapontinos referrent. Scripserat igitur Valerius: Enixo Crotoniatæ studio ... pateretur, opulentissimaque civitas **Metapontini** venerati post mortem domum Cereris sacrarium fecerunt. Quoniam autem hæc emendatio omni dubitationi exempta est, in hoc loco ut in proximo et in aliquot superioribus animadverti velim, cum semel a nomine proprio aberratum esset, quam licenter litteræ ad vocabula appellativa efficienda mutatæ sint. Nam ex Meta superest ta, ex pontini tantum nt.

(XXXVII) Apud Plinium hist. nat. II, 224 enumerantur fluvii, quorum aquæ lacuum, quos transirent, aquas supermeare nec iis misceri credebantur, his verbis: **Quædam** vero et dulces (aquæ) inter se supermeant alias, ut in Fucino lacu invectus amnis, in Lario Addua, in Verbanno Ticinus, in Benaco Mincius, in Sebinno Ollius, in Lemanno Rhodanus, cet. Ibi quin proprium eius quoque fluvii, qui Fucino lacui invehatur et eum supermeet, nomen positum fuerit, non inane et a constructione (in Fucino lacu) alienum participium, dubium non est, etsi a nullo annotatum video; sed quod id nomen fuerit, si tamen traditum usquam est, iis relinquo reperiendum, qui Apenninos et rivos fluviolosque inde in Fucinum decurrentes melius norunt quam ego.

(XXXVIII) Tacito in Agricolæ c. 24 insignis in hoc genere et cum historia coniuncta adhibenda emendatio est Scribitur enim ibi sic: Quinto expeditionum anno nave prima transgressus ignotas ad id tempus gentes crebris simul ac prosperis prœliis domuit;

eamque partem Britanniæ, quæ Hibeꝛniam adspicit, copiis instruxit cet. Manifestum est, non omitti potuisse, quod caput narrationis est et sine quo omnia hæc inania sunt et ipsa oratio vitiosa, quid (quod flumen mareve) Agrippa transgressus sit; deinde nihil sane in ipsa Britannia erat, quod classe et navibus transiret; ineptissima quoque est primæ navis mentio; nam si hoc Tacitus significaret, Agrippam exemplo fuisse exercitui primum ipsum euntem (prima nave, non nave prima), saltem periculi et difficultatis aliqua significatio præcedere debebat. Nolo persequi inutiles mendi manifesti enarrando occultandi conatus; apparet enim, in illis nave prima nomen latere fluminis, quod Agrippa transierit, ut in partem Britanniæ, quæ Hiberniam aspicit, veniret. Scripserat igitur Tacitus: Quinto expeditionum anno **Sabrinam** transgressus. Eius nominis multo clariora vestigia quam supra Metapontinorum apud Valerium aut Mareotidis supersunt; nam ex brinam factum prima, tum **ex na**, quod restabat, nave. Agrippa in meridianam **partem** eius regionis, quam nunc Valisiam appellamus, intravit.[1])

(XXXIX) Apud Gellium XVII, 21, 17 et 18 hæc leguntur in editionibus: Hostes tunc populi Romani fuerant Fidenates. Itaque qui in hoc tempore nobiles celebresque erant, — Sophocles ac deinde Euripides tragici poetæ et Hippocrates medicus et philosophus Democritus, — Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit, sed quibusdam temporibus iisdem vixerunt. Totum locum descripsi,

---

[1]) Ann. III, 68, ubi doleo Nipperdeium facili delendi, quæ nemo additurus fuit, auxilio usum, subesse nomen proprium matris Silani, multi viderunt; id nomen ad litteras alia prope accedere debet, deinde eiusmodi feminæ esse, cuius ob genus et cognationem principis singularis ratio habenda fuerit. Utrique condicioni unum satisfacit plenissime **Atia** (Atia parente geniti).

ut appareret, quam mirabili ineptoque interpungendi artificio vir perdoctus, sed iudicii in re critica interdum parum liberi et firmi, M. Hertzius, pronomen qui (quod alii simpliciter eiiciunt) tueri conatus esset (qui . . . nobiles erant . . ., Socrates . . . fuit). Sed manet ultra fidem perversa argumenti conclusi significatio in itaque. Gellius scripserat: Hostes tunc populi Romani fuerunt Fidenates Æquique. In hoc tempore nobiles celebresque erant Sophocles . . . Democritus . . . Socrates cet. Plusquamperfectum neque per se neque inter perfecta, quæ præcedunt et sequuntur, ferri poterat.

(XL) Apud poetas versus latere vetat hoc mendorum genus, nisi ubi pro nomine proprio appellativum eiusdem prorsus mensuræ substitui potuit. Id factum est memorabili exemplo apud Statium Silv. II, 6, 64, ubi Flavium Ursum calamitates, si quæ prædiis fructibusque eius incidissent, fortiter laturum fuisse ita affirmat, ut simul possessiones per omnes Italiæ partes et per provincias late sparsas adulatorie persequatur:

O, quam divitiis censuque exutus opimo
Fortior, Urse, fores; si vel fumante ruina
Ructassent[1]) dites Vesuvina incendia Locros
Seu Pollentinos mersissent flumina saltus,
Seu Lucanus ager seu Thybridis impetus altas
In dextrum torsisset aquas, paterere serena
Fronte deos.

Vesuvii incendia et flumina exundantia quid in agris vicinis efficiant, intellego; quid ager Lucanus nocere ipse aliis possit, prorsus non intellego ac ne id quidem video, utrum ager mergere saltus (ut coniungatur cum superioribus) an, ut Tiberis, torquere aquas suas dicatur; tertium nihil esse

[1]) Hoc verum esse nequit. Vesuvius flammas ructat, non urbes. Vastassent vulgare est pro Statii ingenio et longius discedit. Opinor scriptum fuisse raptassent.

video. Nugæ hæ meræ sunt de agro Lucano. Statius hic quoque flumen agris timendum nominaverat:

Seu Lucanus Acir seu Thybridis impetus cet. Acirim Lucaniæ fluvium inter Sirim et Metapontum Strabo et Plinius nominant; eum Statius, omissa terminatione Græca sive malumus Latina, vulgari forma appellavit aut Acris fecit.

Dixi supra, etsi multo facilius pro nominibus propriis appellativa substituantur, hoc est, pro minus notis et non exspectatis communia et trita, quam contra, esse tamen, ubi in appellativorum locum errore subrepserit propriorum species. Id suspicor accidisse in (XLI) Plutarchi Aristide c. 25, ubi editur: *Καὶ γὰρ τὰ χρήματά φησιν (Θεόφραστος) ἐκ Δήλου βουλευομένων Ἀθήναζε κομίσαι παρὰ τὰς συνθήκας καὶ Σαμίων εἰσηγουμένων εἰπεῖν ἐκεῖνον (Ἀριστείδην), ὡς οὐ δίκαιον μέν, συμφέρον δὲ τοῦτ' ἐστίν.* Nam Samios, quos non multis annis post acres libertatis suæ defensores exstitisse novimus, neque omnino huius consilii adiutores fuisse probabile est neque id Athenis ad deliberandum proposuisse (*εἰσηγεῖσθαι*)[1]; neque ulla ceteris locis (Plut. Pericl. c. 12, Diodor. Sic. XII, 38, Iustin. III, 6) Samiorum mentio fit. Multo mihi hæc res cum *Ἑλληνοταμίαις* coniunctior videtur; itaque valde vereor, ne Plutarchus scripserit *καὶ τῶν ταμιῶν εἰσηγουμένων*.

(XLII) Sed ut hoc incertum sit, prorsus certum est in vita Arati c. 16 Plutarchum non scripsisse, quod editur e codicibus: *ὁ δὲ Ἀκροκόρινθος, ὑψηλὸν ὄρος, ἐκ μέσης ἀναπεφυκὼς τῆς Ἑλλάδος.* Nam neque ad rem, de qua agitur (claustra Peloponnesi Acrocorinthum esse) pertinet, in media Græcia eum esse, neque id ita fuisse Græcorum opinione usquam significatur, et totum hoc ex media Græcia Acrocorinthum se extollere, sic dicitur, quasi in reliqua Græcia plana aut non multo secus hic supra cetera eminuerit mons.

---

[1]) Legi, quæ Curtius scripsit in hist. Græciæ II p. 139.

Atqui undique Græciam longe maiores altioresque montes obtinebant. Id ad rem pertinet verumque est et apte dicitur, ex omnibus circa planis arduum hunc et undique præruptum collem surgere, quod sic Plutarchus dixerat: ὑψηλὸν ὄρος ἐκ μέσης ἀναπεφυκὸς τῆς πεδιάδος. Nam necessario coniungenda sunt ὄρος ἀναπεφυκός[1]).

(XLIII) In eiusdem Plutarchi vita Cleomenis c. 7 Cleomenes dicitur expeditione suscepta Ἡραίαν καὶ Ἀλσαίαν τὰς πόλεις τὰττομένας ὑπὸ τοῖς Ἀχαίοις ἑλεῖν. Alsææ nomen neque legitur usquam et satis peregrinum sonat; sed hoc ferri debet, non potest ferri articulus per se ineptus et pravissimus verborum ordo (τὰς πόλεις ταττομένας). Scripserat Plutarchus: Ἡραίαν καὶ ἄλλας τινὰς πόλεις ταττομένας ὑπὸ τοῖς Ἀχαίοις εἷλεν aut ἄλλας ἐνίας πόλεις. Sic recte noto maioris oppidi nomini subiicitur in ceteris generis significatio.

(XLIV) Apud eundem Plutarchum de curiosit. c. 1 (p. 515) ignoti poetæ hic versus ponitur:

Ὅσσον ὕδωρ κατ' Ἀλίζονος ἢ δρυὸς ἀμφὶ πέτηλα,
τοσοῦτον πλῆθος εὑρήσεις ἁμαρτημάτων ἐν τῷ βίῳ κ. τ. λ.

Fluvii nomen inauditum esse, ferre debemus; id ferre non debemus, hunc tam obscurum poni tanquam omnium ditissimum aquæ (etsi hæc ipsa laus copiæ aquarum mira est); ne id quidem tolerabile est κατ' Ἀλίζονος dici pro ἐν Ἀλίζονι aut κατ' Ἀλίζονα, nec Græcum: (ὅσα) πέτηλα ἀμφὶ δρυός. Nimirum conflatum fluminis nomen totum est ex duabus vocibus veraque versus forma hæc fuit:

Ὅσσος ὕδωρ κάθ' ἁλὸς στόνος ἢ δρυὸς ἀμφὶ πέτηλα, quantus est fragor per aquas maris et circa folia quercus.

(XLV) In Luciani navigio c. 20 Adimantus ridicule fingit se, thesauro invento, omnia iam ultra modum magna et splendida coemisse: Εὐθὺς οὖν κατὰ τὸν Ἡσίοδον

---

[1]) Ann. philol. Danic. V p. 16 et 158.

οἶκος τὸ πρῶτον, ὡς ἂν ἐπισημότατα οἰκοίην, καὶ τὰ περὶ τὸ ἄστυ πάντα ὠνησάμην ἤδη πλὴν ὅσα Ἰσθμοῖ καὶ Πυθοῖ, καὶ ἐν Ἐλευσῖνι ὅσα ἐπὶ θαλάττῃ καὶ περὶ τὸν Ἰσθμὸν ὀλίγα τῶν ἀγώνων ἕνεκα, εἴ ποτε δὴ τὰ Ἴσθμια ἐπιδημιήσαιμι, καὶ τὸ Σικυώνιον πεδίον κ. τ. λ. Mire ex Atticis possessionibus excipiuntur Isthmicæ et Pythicæ, quæ Atticæ non sunt, nec minus mire hic Isthmia et Delphica ante Eleusinia, quæ in Attica sunt, nominantur, tum iterum Isthmia. Codices (Marcianus et alii) pro *Πυθοῖ* habent *λίθοι*, rectissime; nam omnia circa urbem coemit homo subito fortunæ rivo inauratus exceptis desertis et infructuosis (tesquis et saxis), quæ contemnit et aliis relinquit. Itaque in *Ἰσθμοῖ* latet, quod saxis respondet, *αὐχμοί*, ut sit: *πλὴν ὅσα αὐχμοὶ καὶ λίθοι.*

(XLVI) In Latinis idem accidisse, primum ostendat Turpilii exemplum, cuius e Philopatro comœdia hæc citantur apud Nonium p. 281:

Forte eo die
Meretrices ad me de lenitate Atticæ ut
Convenerant condixerantque cænam apud me
Thais atque Erotium, Antiphila, Pythias.

Scripserat poeta: **Meretrices ad me de vicinitate aliquæ Convenerant** cet. Ex qua urbe essent meretrices, quæ convenissent ad eam, quæ loqueretur, sane non opus erat dici, quoniam necessario ex eadem erant, in qua ipsa esset et loqueretur.

(XLVII) Seneca rhet. p. 319 (291) in præfatione libri X (olim V) controversiarum quæ de Scauri ingenio desidia corrupto dicit, his verbis concludit: Declamantem audivimus et novissime quidem M. Lepido ita ut, quod difficillimum erat, sibi displiceret. Neque ad rem pertinet, ubi Scaurus postremo declamaverit, neque homo senatorius in aliena et privata domo declamavit neque dativo ullus in ea re significanda locus est (pro eo quod est: apud M. Lepidum). Seneca scripserat: novissime

quidem tepide ita, ut . . . sibi displiceret. Etiam calorem, qui ante Scaurum adiuverat, Seneca defecisse significat. Prænomen Lepido accessit ex ultima præcedentis vocis littera. Teporem in oratione scriptor dialogi de oratoribus appellat c. 21, tepide dicere apud Augustinum est, translatione facili ab affectibus tepescentibus.

(XLVIII) Apud Velleium Paterculum I, 18, 1 neque dubitari potest neque dubitatum est, quin corruptum esset in Italia (quæ urbes in Italia talium studiorum fuere steriles); sed qui tollunt aut transponunt, neque mendi causam expediunt neque vident illo sublato aliquid ad sententiam deesse; nam cum Velleius proxime tantum de eloquentia dixerit ita una Atheniensium urbe clausa, ut nemo Argivus aut Thebanus aut Lacedæmonius orator nominetur, non recte talium studiorum mentio, si nihil additur, ad omnes litteras refertur; (rectum esset omnino talium st.). Velleius scripserat: quæ urbes et in alia talium studiorum fuere steriles, hoc est, etiam in reliqua genera, ad alia tentanda.

(XLIX) In copiosa et dilucida Asconii narratione de cæde Clodii rebusque cum ea coniunctis ad Ciceronis Milonianam p. 144 Hot. Q. Metellus Scipio inter alia dixisse dicitur, Milonem, cum sciret in Albano parvulum filium Clodii esse, venisse ad villam et, cum puer ante subtractus esset, ex servo Halicore quæstionem ita habuisse, ut eum articulatim consecaret; villicum et præterea duos servos iugulasse. Quæro, cur unius servuli nomen ponatur, villici et duorum reliquorum (ut par erat) omittatur; etiam, quid id ipsum sit nominis Halicor aut cui simile; postremo, cur ex hoc uno servo ac non ex ceteris maximeque ex villico quæsitum sit. Quæsitum scilicet ex eo est, ad quem proxime pueri cura pertineret: ex servo alitore, hoc est. qui puero alendo et curando præpositus erat; eum

probabile erat de alumno scire. In infante altor est, qui post pædagogus[1]).

(L) Cum nominibus propriis ita coniuncti sunt librorum tituli, etiam quadam errandi opportunitate, ut eorum obscuratorum aut non animadversorum tria exempla hic adiungere appendicis loco libeat. Eorum primum est in Plutarchi Demosthene c. 28, ubi sic editur: *Ἕρμιππος δὲ τὸν Ἀρχίαν ἐν τοῖς Λακρίτου τοῦ ῥήτορος μαθητὴν ἀναγράφει*. Quid vitii esset, interpolatores intellexerunt, quorum qui codicem C scripsit, in quo multiplex nec inscita correctio est, *ἐν τοῖς* sustulit, alii, quos Coraes secutus est, *μαθηταῖς* substituerunt. Plutarchus scripserat: *Ἕρμιππος δὲ τὸν Ἀρχίαν ἐν βίοις Λακρίτου τ. ῥ. μαθητὴν ἀναγράφει*. Notissimus est liber, qui et sine articulo (*ἐν βίοις*) citatur, et *ἐν τοῖς βίοις*, ut ter apud Diog. Laertium, (quemadmodum apud Athenæum Clearchus et *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν βίων* VI p. 234 F et similiter alibi, sed *ἐν δευτέρῳ βίων* IV p. 157 C, XV p. 681 C, *ἐν τετάρτῳ βίων* XII p. 514 D et ad eundem modum alibi). Alioquin facile erat pro *τοῖς* scribere *τοῖς βίοις*.

(LI) Apud Philostratum in vitis sophistarum I, 22, 2 sic scribendum est: *Διεξιὼν γὰρ* (*Διονύσιος ὁ Μιλήσιος*) *τὸν Δημοσθένην τὸν μετὰ Χαιρώνειαν προσάγοντα τῇ βουλῇ ἑαυτὸν* (prius hoc est declamationis thema, ab editoribus animadversum) *ἐς τήνδε τὴν μονῳδίαν τοῦ λόγου* (scr. *τὸν λόγον*) *ἐτελεύτησεν· „ὦ Χαιρώνεια πονηρὸν χωρίον καὶ πάλιν αὐτομολήσασα πρὸς τοὺς βαρβάρους Βοιωτία·* (et Bœotia iterum ad barbaros transgressa, ut ante fecisti bello Persico; vulgo *καὶ πάλιν* a verbis ficti Demosthenis separantur;) *στενάξατε οἱ κατὰ γῆς ἥρωες, ἐγγὺς Πλαταιῶν νενικήμεθα“, καὶ πάλιν ἐν τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν· „Ἀρκάσιν ἀγορὰ πολέμου πρόκειται καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκαδίαν*

---

[1]) Ann. philol. Dan. V p. 23 et 160.

τρέφει, καὶ περιέρχεται πόλεμος αἰτίαν οὐκ ἔχων". (Alterum hoc est declamationis thema: *οἱ κρινόμενοι ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν*. Vulgo hæc cum verbis sequentibus continuantur, quasi omnia ex Demosthenica illa declamatione desumpta sint.)

(LII) Inter fragmenta Ciceronis librorum incertorum ponitur hoc e Nonio p. 225 (Bait. et Halm. IV p. 1059, Bait. et Kays. XI p. 141): Præ negotiatoribus Achæis syngraphas, quas nostra voluntate conscripsimus. Nonius ex oratione pro negotiatoribus Achæis reliqua verba posuerat.

Cap. IV.

Probabilitatis criticæ in rebus grammaticis æstimandæ leges explicantur et certo exemplorum genere declarantur[1]).

Proprium quoddam est genus emendationum, quas grammaticas appellare licet, ad restituendam legitimam orationis structuram mendis vitiatam pertinens, in quo emendandi necessitas conficitur, cum comparatis rationibus, quæ ex sermonis usu et constantia ducuntur, et testimoniis exemplisque ponderatis demonstratur, non credi posse, a communi lege ita aberratum ab ipsis scriptoribus esse, quemadmodum in codicibus eorum aberretur. Eo demonstrato fere una et simplex aut certe non multiplex ostenditur menda ex communi errandi opportunitate orta corrigendi via; interdum tamen graviores et ex aliis causis orti errores grammatico vitio coarguuntur. Huius emendandi generis plures species in Latinis scriptoribus coniunctim tractavi; hoc loco speciem aliquam ad Græcos scriptores pertinentem placet universe tractare non tam singulorum

---

[1]) Grammaticas quæstiones hic eas solas attingo, quæ ad orationis struendæ leges pertinent (syntacticas). Nam de ipsis verborum formis et declinationibus (quas flexiones nunc vocant) aut omnino rectis aut apud quemque scriptorem probandis quærendi cautiones persequi a meo proposito alienum est.

locorum causa quam ut semel in apto et perspicuo exemplo exponam, quomodo in toto hoc genere et rationum e testimoniorum momenta exquirenda et ponderanda censeam. Sed ordiendum est a narrando.

Plus viginti sunt anni, cum in syntaxis Græcæ arte et alia quædam ad modorum et temporum verbi usum pertinentia certioribus et magis perspicuis, quam quæ vulgo traderentur, præceptis comprehendere conatus sum et aoristi infinitivus ubi præteriti significationem haberet, ubi non haberet, simplici apertoque fine discrevi (§ 172), primus, nisi fallor, certo præcepto rem complexus, in qua sensum quendam superiores secuti erant, Henricus quidem Stephanus eiusdemque ætatis alii rectius constantiusque quam recentiorum multi. Quæ ibi breviter posueram, notato tamen (§ 172 a not.) librariorum errore, quem veterum scriptorum editores non raro secuti essent, ea in libello, quem arti in Germania editæ comitem esse volui (Bemerkungen über einige Punkte der griechischen Wortfügungslehre, Gœttingæ 1848), uberius explicavi (p. 29 sqq.). Collecta enim dispositaque materia ostendi, in ipsa summa rei non ita multum, ut ipse dixi, ab Elmsleio (mus. crit. IV p. 475) discedens, sed quibusdam accuratius terminatis, in iis, quæ de aoristo infinitivi sine ἄν apud verba dicendi (minandi, promittendi, iurandi cet.) putandique (credendi, exspectandi cet.) significationem habentia pro futuro aut similiter posito traderentur (nam pro ipso futuro se accipere negant, qui subtiliores videri volunt), quanquam clarorum philologorum nomina inde ab Hemsterhusio ad Hermannum, Lobeckium, Kruegerum aures circumsonarent, quod quidem ad scriptores ante Byzantinam ætatem attineret, nihil esse nisi menda incuriose corrasa et opinionum commenta, omissis ipsis recte quærendi initiis, levissime iacta, et si quis indicia veri exquireret, perspicue apparere, segregatis e verborum locorumque confusa turba iis, quæ suam et propriam haberent regulam (ut ἐλπίς et cognatis, εἰκός

ἐστιν, χράω), exemptisque paucis locis, qui recte scripti male intellegerentur, in ceteris, nisi quod in uno et altero aliud lateret mendum, aut futurum lenissima mutatione (δέξεσθαι pro δέξασθαι, ποιήσειν pro ποιῆσαι) restituendum esse aut ἂν non minus plerumque leni (ἥκιστ' ἄν, μάλιστ' ἄν) addendum, multosque locos aliorum meave emendatione correxi[1]). Sperabam effectum esse, ne quis paulo prudentior peritiorque ἔφη (ᾤετο) ποιῆσαι (ποιῆσαί τινα), ut esset: facturum se (aliquem) esse, aut etiam κακώσειν καὶ χειρώσασθαι edere auderet, tribus quattuorve locis similibus adscriptis appositave contortula et inani distinctione. Sed ea disputatio, exposita in libello iniquissimo tempore inter belli turbas edito, unum et alterum commovit (H. Sauppium in Platonis Protag. p. 316 C, G. Sauppium in Xenophonte, Steinium, ut opinor, in Herodoto ex aliqua parte, Kochium in Aristophanis nub. v. 35 et 1141); plerique Græcorum scriptorum editores eam aut ignorasse aut neglexisse videntur; nam aut tacite (ut Bekkerus in Homero, in Platone Hermannus) aut veterem cantilenam occinentes (quod maxime in Kruegero miror, nisi grammaticæ suæ auctoritatem, qua ceteri in hac re utuntur, deserere non in animum induxit) menda aut omnia aut pleraque tenuerunt; quidam, meo libello aut appellato aut significato, ea adscripserunt, ut nihil eos attendisse aut intellexisse appareat[2]); qui autem his proximis annis veriora

---

[1]) Non paucos locos notaverat Dobraeus, veri tenax, alios Schæferus et Bekkerus, sed inconstantius.

[2]) Rauchensteinius ad Lysiæ orat. XII, 19 ad defendendum ᾤοντο κτήσασθαι pro κτήσεσθαι positum, quod ego notaveram, me ipso utitur auctore, iis, quæ in syntaxi de ἐλπίς et cognatis scripseram, ad οἶμαι translatis, oblitus, quam diligenter illa a dicendi putandique verbis separavissem (Bemerk. p. 43); deinde in § 26, ubi οἴει δοῦναι pro δώσειν accipitur, correctionem vix necessariam esse, superiore illa notula demonstratum putat, in XIII, 53 negat certo affirmari. Quid id ad tempus?

tenuerunt, alium videntur auctorem secuti esse. Facta est enim his annis ad parendum in re parva veritati non parva progressio. Nam aliquot post illa a me scripta annis C. G. Cobetus, homo et ingeniosus in hoc genere ad inveniendum et Græce perdoctus, in variis lectionibus (1854, p. 98, 262, 269) ab eadem vera aoristi infinitivi cum illis verbis coniuncti significatione profectus, animadversa et declarata singulari nonnullorum locorum pravitate, ceterum tota re non plene exposita nec terminata (ita ut possent ei quædam cum veri specie opponi, ut aoristi cum *εἰκός ἐστι* usus), eandem, quam post Elmsleium et alios ego, duplicem corrigendi rationem iis scriptorum locis, in quibus aoristi infinitivus futuri vim habere putaretur, adhibendam pronuntiavit eosdemque magnam partem locos, quos ego notaveram, Thucydidis, Lysiæ, aliorum posuit, omissis sane iis aliorum locis, quorum difficilior erat correctio, ad idemque emendandi genus rediit in novis lectionibus (1858, p. 164, 365 sq., 405), nonnullis quidem locis iterum positis. Atque eius auctoritas, etsi habuit obtrectantem in hac quoque re Herbstium nec parentem Kruegerum, alios movisse videtur, primum quidem L. Dindorfium. Nam is non solum a. 1853, cum Xenophontis historiam Græcam Oxonii ederet, aoristum pro futuro (I, 6, 14: *οὐκ ἔφη . . . οὐδένα Ἑλλήνων . . . ἀνδραποδισθῆναι*) tenuit adscriptis defensionis causa uno Xenophontis, uno Plutarchi loco, sed etiam 1857, cum Cyropædiam ederet, restituit ille quidem in illo, quo ad Hellenica usus erat, loco futurum (*τειχιοῦσθαι*) e bonis codicibus (pro *τειχίσασθαι*), sed tamen aoristum ferri posse significavit, citata illa ad Hellenicorum locum annotatione et additis duobus Dionis Chrysostomi (vel potius Dionis et Sapphus) locis. Sed deinde totus commutatus et in Xenophontis scriptis et in Diodori Siculi et in Dionis Chrysostomi (Polybium et si quos alios postea edidit, non pervolutavi) ubique aut post alios aut primus verum secutus est, saltem ubi futuro restituto (*ε* pro *α* et *ειν* pro *αι*) ab-

solvi res poterat; nam ubi ἂν addendum erat, addidit interdum, ut in Xenophontis Hellenicorum loco (οὐδὲν᾽ ἂν Ἑλλήνων . . . ἀνδραποδισθῆναι), alibi omisit, ut apud Diodorum Siculum XV, 51 (ὑπελάμβανον αὐτοὺς ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν Σπαρτιατῶν καταπολεμηθῆναι, id est, καταπολεμηθῆναι ἂν) et Dionem Chr. or. 74 (tom. II p. 397 R; τοῖς φάσκουσι μήποτε καταλιπεῖν τὴν πρός σε φιλίαν, id est, μήποτ᾽ ἂν)[1]). Eandem viam ingressus est Sintenisius in Plutarchi scriptis (in edit. Teubneriana), in aliis scriptoribus alii; Gustavus quidem Sauppius (1865) ad Xenophontis anab. I, 2, 2, restituto recte ὑποσχόμενος μὴ πρόσθεν παύσεσθαι pro παύσασθαι, Futurum, inquit, vix unus liber habet, nunc quivis postulat. Itaque iam supervacaneum videri possit de hoc loco quærere et disserere. Sed primum, quod quemvis postulare Sauppius dicit, non postulat Bekkerus in Homero, Kruegerus et Classenius in Thucydide (ne Herbstium dicam) multum abest ut postulent, aliique in aliis, ipsique, qui ποιήσειν et δέξεσθαι pro ποιῆσαι et δέξασθαι reponunt, relinquunt aliquot locis infinitivos aoristi non minus vitiosos, sed festinantibus minus emendatu faciles, qui loci quamdiu intacti restant, res confecta non est neque effugia præclusa circumspectantibus, cum præsertim ipsa causa a Cobeto, quem fere sequuntur,

---

[1]) In uno Diodori libro XIV aoristos sustulit 41 (χρήσασθαι), 44 (κατακτήσασθαι coniunctum cum αὐξήσειν), 61 (δωρήσασθαι . . . ποιήσασθαι), 95 (δωρήσασθαι), 98 (συγκατακτήσασθαι), 110 (ποιήσασθαι), et post ἐλπίζω verbum (cur hoc seorsum ponam, post apparebit) 13 (πεῖσαι), 56 (ἐπισχεῖν coniunctum cum ἐμφράξειν, recte factum ἐπισχήσειν), 57 (διανήξασθαι). Incuria relictum est XV, 8 ἔφησε συγχωρῆσαι pro συγχωρήσειν. Nam XVI, 55, ubi editur: διεβεβαιώσατο πᾶν, ὅ, τι ἂν αἰτήσῃ, χαρίσασθαι fortasse incerta visa est correctio, quoniam potentialis orationis forma (πᾶν ἂν . . . χαρίσασθαι) parum apta videtur; mihi Diodorus χαρίσεσθαι pro χαριεῖσθαι non refugisse videtur.

non ita argumentis expositis peracta sit, ut et corrigendi necessitas manifesta sit et frequentia, quæ videtur deterrere posse, quam inanis sit, appareat. Vereor etiam, ut ipsi illi, qui de summa re recte sentiunt, omnes corrigendi necessitatem et veniam recte terminent, ut χράω, εἰκός ἐστι, alia et excludantur et, cur excludantur, intellegatur. Sauppius ipse excepit, quod excipiendum non erat, ἐλπίζω δέξασθαι (anab. VI, 5, 17). Est autem necessarium huiusmodi errores et dubitationes prorsus, vero perspecto, tolli; nam neque aliter in ipsa grammatica breviter et perspicue et ad scriptorum intellegentiam apte præcipi potest neque in re critica ex grammatica pravitate indicia certa ad alia coarguenda menda duci. Itaque repetitis plerisque auctisque, quæ in illo libello a paucissimis lecto adumbrata sunt, aliis autem omissis, totum hunc locum eo, quo initio dixi, consilio et modo pertractare decrevi.

(1) Primum igitur, cum quæritur de forma aliqua loquendi singulari et dubia, eius quæstionis initium ducendum est a recta et perspicua communis et legitimi et certi usus cognitione et definitione et ad eam stabiliendam advocanda, quæ proxime cum eo usu cohærent. Nam sic demum intellegetur, quantum declinet ille, de quo dubitatur, usus, num quam habuerit nascendi occasionem et in sermone opportunitatem, utrum facile an difficulter nec sine præcipiti, ut ita dicam, saltu ad eum deveniri potuerit; hæc autem omnia ad probabilitatem æstimandam magnopere pertinent. Itaque ut olim (ad Cic. de fin. I, 10 p. 26 ed. II) eos reprehendi, qui ad indicativi pro coniunctivo usum in formis quibusdam sententiarum defendendum certæ et incertæ rei distinctionem advocarent, quod nulla minima in coniunctivo (in sententiis pendentibus) esset incerti significatio, sed tantummodo cuiusdam sententiarum cohærentiæ, sic etiam inconsideratius facere censeo, qui, cum quærant φημὶ (ὁμολογῶ, ὄμνυμι, cet.) aut οἶμαι ποιῆσαι possitne significare, dico aut puto fac-

turum esse, non prius constituant, quid soleat hæc coniunctio certo et legitimo usu significare. Nam qui unum quemvis librum Græcum legit, ei notum esse debet, se quavis pagina, interdum quidem ter quaterve, et ipsum φημὶ (οἶμαι) ποιῆσαι interpretari dico (puto) me fecisse et, si magister est, a discipulis postulare, ut sic interpretentur, nec unquam in hac coniunctione aoristum, deposita certi temporis significatione, pro præsenti actionis, ut ita dicam, momentaneæ indice poni, quemadmodum βούλομαι ποιεῖν et ποιῆσαι dicatur; deinde, si ποιῆσαί φημι (οἶμαι) in aliam etiam transferatur significationem, nullam relinqui formam, qua Græci in hac verborum coniunctione præteritum tempus universe certo et perspicue notent; (nam πεποιηκέναι propriam quandam habet significationem;) postremo in infinita oratione apud huiusmodi verba hæc tria ποιῆσαι, ποιῆσαι ἄν, ποιήσειν respondere ad amussim his in recta oratione, ἐποίησα, ποιήσαιμι ἄν, ποιήσω, (ποιῆσαι ἄν etiam recto ἐποίησα ἄν,) ut, si ποιῆσαι certum locum amittat, in obliqua sententia certo reddi non possit rectæ orationis significatio neque, translato in alium locum ποιῆσαι, ut pro futuro dicatur, ulla tamen nasci possit nova significatio, quæ ullam rectæ orationis inclinationem adumbret. Itaque perridiculi sunt (neque enim mitiore vocabulo de iis uti possum, qui admoniti et sæpius admoniti has nobis nugas occinunt) et qui ideo ποιῆσαι apud φημί et οἶμαι in futuri significationem transferri posse narrant, quod aoristus infinitivi nullam certi temporis significationem habeat, et qui mira quædam et subtilia se repperisse putant, quæ assequantur Græci, si ποιῆσαι ἔφη aut ᾤετο pro ποιήσειν dixerint; nam ipse, cuius oratio sic redditur, non poterat nisi aut ποιήσω aut ποιήσαιμι ἄν dicere.[1]) In hac autem tam aperta et facili et apta

[1]) Poteram multa mirifica proferre, si aut Hermanni aut, ut minores nominem, Baumleinii, Herbstii, aliorum disputata nunc evolvere otium et animus esset; sed tria, quæ mihi hæc scri-

trium distinctione (ποιῆσαι, ποιήσειν, ποιῆσαι ἄν) quomodo aberrari quave de causa potuerit unum membrum certam sedem amittere, omnino non intellegitur. Hæc qui consideraverit, ei per se summopere improbabile videbitur, φημὶ (οἶμαι) ποιῆσαι unquam in illam, quam quidam putant, significationem transisse, idque ut credatur, inexpugnabilem vim certissimorum testimoniorum dari postulabit. Atque eo magis hoc faciet, cum ei in mentem venerit,

---

benti et veterum locos inspicienti in commentariis se obtulerunt et quæ breviter absolvi possunt, exempla ponam. Ad Aristophanis nub. 35, ubi Kockius, meo nomine appellato, errorem (ἐνεχυράσασθαί φασιν de pignerationem minitantibus) correxerat, Teuffelius aoristum adscribit actionem simplicem et per se sine temporis nota significare, ut si Germanice dicas: „sie sagen, sie pfänden aus"; deinde, ut nunc in hac re fieri adsolet, Kruegeri grammatica appellatur. Omitto neque Teuffelium neque quemquam de minitantibus sic Germanice loqui; sed ubi Teuffelius legit φημὶ ποιῆσαι, ut esset, quod vult, dico me facere? Hoc enim ne illi quidem, qui pro φημὶ ποιήσειν dici posse putant, tradunt (quanquam memini Stallbaumium alicubi in Platone in prava scriptura enarranda sic vertere). Ad Sophoclis Electram 443, ubi δοκεῖ . . . δέξασθαι νέκυς volunt esse mortuum accepturum esse, Schneidewinus negat, assentiente Nauckio, δέξεσθαι recte dici potuisse, quod id (Germanicis verbis utendum est, ne quid corrupisse vertendo videar) „auf ein bevorstehendes δέχεσθαι bestimmt weiset". Ergo ubi aliquid futurum negamus credique futurum esse vetamus, non debemus futuri significatione uti. Quid ergo? Dicemusne ominis causa, non factum? Classenius ad Thucyd. II, 3, 2 ad κρατῆσαι de re futura positum confirmandum illud quoque adscribit, sic etiam cum ἄν poni aoristum. Quid est omnia confundere, si hoc non est, ex eo, quod fiat in ποιῆσαι ἄν (= ποιήσαιμι ἄν), efficere, quid fiat in ποιῆσαι (= ἐποίησα)? (Gravi errore ibidem Thuc. V, 1, 1 citatur, ubi ποιῆσαι satis apertam præteriti significationem habet.) Ægerrime fero in hominibus nec indoctis nec, si cogitandi spatium et libertatem sumerent, imprudentibus, hanc fingendi et quicquid sub acumen stili venerit, scribendi temeritatem.

quam sæpe ex adverso contraria in eadem sententia apud hæc verba ponantur aoristus et futurum infinitivi, velut apud unum Thucydidem et alibi et his locis: IV, 83: *Περδίκκας οὔτε δικαστὴν ἔφη Βρασίδαν τῶν σφετέρων διαφορῶν ἀγαγεῖν. . . ἀδικήσειν τε, εἰ* (neque se sumpsisse . . et iniuriam illum facturum), et IV, 98: *οὔτε ἀδικῆσαι ἔφασαν οὐδὲν οὔτε τοῦ λοιποῦ ἑκόντες βλάψειν*, et V, 30: *πρόσχημα ποιούμενοι τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης μὴ προδώσειν· ὀμόσαι γὰρ αὐτοῖς ὅρκους*. (Add. IV, 63: *ᾠήθημεν πράξειν . . . νομίσαντες εἰρχθῆναι*, et IV, 114: *οὐδὲ γὰρ . . . δρᾶσαι . . . οἴεσθαι τεύξεσθαι*.) Cui enim non ultra fidem mirabile videbitur, in eodem sermone, apud eundem scriptorem illud *οὔτε ἀδικῆσαι ἔφασαν* posse etiam significare: neque iniuriam se facturos dicebant? At nunc non hoc solum iubemur credere, sed etiam aoristum illum futuri significatione cum ipso futuro aut copulative aut in partiendo, ubi certissime idem prorsus tempus intellegitur, ut nulla minima significationis inclinatio in aoristo esse possit, coniungi. Sic enim et alii et Poppo et Kruegerus et (quousque processit) Classenius scribunt, acriter contra Cobetum (meque, si novisset) defendente Herbstio, III, 46 (*Τίνα οἴεσθε ἥντινα πόλιν οὐκ ἄμεινον ἢ νῦν παρασκευάσασθαι πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον*) et IV, 28 (*λογιζομένοις δυοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι . . . ἢ Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσασθαι*, ubi etiam communi futuro *τεύξεσθαι* hæc duo partitionis membra subiiciuntur *ἀπαλλαγήσεσθαι . . . χειρώσασθαι*) et IV, 52 (*τήν τε Λέσβον κακώσειν καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ Αἰολικὰ πολίσματα χειρώσασθαι*) et VI, 24, 3 (*οἴσειν . . . καὶ προσκτήσασθαι*) et VIII, 5, 5 (*ἐνόμιζε κομιεῖσθαι . . . καὶ ἅμα . . . ποιήσειν καὶ . . . ἢ ζῶντα ἄξειν ἢ ἀποκτεῖναι*), ut prorsus mirari subeat, cur IV, 21 non tenuerint *δέξασθαι καὶ τοὺς ἄνδρας ἀποδώσειν*. Cetera quidem ipsi colligunt (Poppo et post eum

Kruegerus ad III, 46, advocato etiam Pflugkio, qui in Euripidis Helena v. 278 defendebat hanc scripturam: πόσιν ποθ' ἥξειν καί μ' ἀπαλλάξαι κακῶν) ac neque illud animadvertunt hæc, quæ incredibilia sunt, etiam ceteris fidem detrahere, neque quam manifestum fraudis indicium in ipsis verbis insit, de quo statim dicam. Nam locos tantum corradunt, de sermonis natura ac testimoniorum habitu ac forma æque incuriosi; illud addo, eos, qui hæc sic a Græcis confusa et perturbata narrant, nihilo minus Græci sermonis subtilitatem in hoc ipso admirari.

(2) In ipsis testimoniis in tali re etiamsi nihil præter numerum spectes, tamen non simpliciter ea numeranda sunt, sed cum comparatione (quod nunc relative fieri dicimus); nam non solum, quam difficilis res ad credendum sit, ratio habenda est, sed multo maxime, quam sæpe, si certo aliquo modo loqui licuisset, sic loquendi occasio fuerit et quanta sit contrariorum consuetæ formæ exemplorum copia. Nam interdum decem aut etiam quinque exempla multa sunt in forma loquendi non mirabili nec permagno numero exemplorum contrariorum, quod omnino utriusque formæ usurpandæ rara fuit occasio. Sed cum quæritur, qua infinitivi forma Græci ad rem futuram significandam apud dicendi putandique verba usi sint, quinquaginta aut centum exempla ex omni genere et ætate scriptorum collecta, etiamsi ipsa codicum discrepantia aperte incerta spernantur, quod non fit, tamen, si nihil habent proprii firmamenti (de quo mox dicam), non multa sunt, quod aliquot locorum millibus apud eos scriptores, ex quibus collecta sunt, huiusmodi verba cum infinitivo et de re præterita et de futura coniunguntur et quod omnibus partibus plura sunt illa exempla, in quibus in tali coniunctione ποιῆσαι pro præterito est, de re futura ποιήσειν aut potentialiter et dubitative ποιῆσαι ἄν scribitur. Hæc tota comparatio qualis sit, significavi olim unius et alterius libri exemplo, velut in Lysiæ oratione XIII bis (15 et 47) in codicibus, qui omnes

recentes sunt et auctoritate carent, scribitur οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι (idem verbum) in futuri significatione, sed ter (21, 23, 25) ἔφη cum futuro infinitivi ponitur (accedente, ut statim dicam, singulari firmamento), semel (21) cum aoristo et ἄν, aoristus autem ipse quater (52, 70, 75, 76) pro præterito; in eiusdem autem Lysiæ primis decem orationibus aoristus infinitivi apud φημί, νομίζω similiaque verba pro præterito fere quinquies decies legitur, futurum septies (in una oratione secunda), aoristus cum ἄν modo potentiali (— nam ποιῆσαι ἄν condicionale pro ἐποίησα ἄν ad hanc rem nihil pertinet —) semel (VII, 34); aoristi sine ἄν de re futura positi nullum est exemplum. (Locos, qui volent, facile ipsi volutando reperient.) Apud Thucydidem e libro primo unum olim proferebatur exemplum aoristi illo modo positi ex c. 26; post Bekkerum e codicibus omnes χρήσεσθαι edunt; (aoristum apud εἰκός de eo, quod probabile sit futurum, I, 81 positum huic causæ totum infra eximam;) de re præterita aoristus apud dicendi putandique verba, si recte numeravi, vicies semel ponitur, de re futura futurum septies decies, bis (70, 72) aoristus cum ἄν. Eadem aut fere eadem ubique ratio est; nam ut ex alio Thucydidis libro tria quatuorve aoristi vitiosi exempla proferantur, apparet, ad universam rem nihil mutari; nec aliter se res in reliquis scriptoribus habet[1]).

(3) Non satis est, in testimoniis, quæ in re dubia proferuntur, codicum scripturam non variare, sed videndum est etiam, e cuiusmodi codicibus proferantur. Nemo enim ignorat, in aliis nos veterum scriptis bonis et antiquis codicibus uti, ut orationis formæ ex iis constitutæ fides haberi possit, aliorum nullos superesse codices nisi recentes et minoris aut plane exiguæ auctoritatis. Itaque quod ante

---

[1]) Si cui multa videntur loci, quos supra a L. Dindorfio nunc in uno Diodori libro XIV mutatos dixi, is numeret in eodem libro ceteros eiusdem generis; videbit, quot partibus plures sint.

plus triginta annos de Latinis in simili quæstione dixi (opusc. I p. 383), perverse facere, qui testimonia ex omnibus Ciceronis orationibus promiscue sumerent, idem ad Græcos pertinet, ut imperiti aut inconsiderati sit in tali re idem tribuere exemplis e Lysiæ orationibus sumptis atque e Demosthenis et Isocratis post codices Parisiensem Σ et Urbinatem collatos, idem exemplis Xenophonteis aut etiam Thucydideis atque Platonicis, eorum præsertim dialogorum, qui codice Bodleiano continentur. Animadverti igitur velim plura in hac disputatione iactari Lysiæ exempla e multo minore orationum corpore quam Demosthenis aut Isocratis, Platonis quoque vix unum et alterum proferri[1]).

---

[1]) In Phædone p. 97 D codices non pauci nec spernendi habent ὤμην ... καί μοι φράσειν ... ἐπεκδιηγήσασθαι, copulatione illa, quam nonnulli apud Thucydidem amplexantur, sed Bodleianus verum tenet. Utriusque cautionis, quam hic posui, exemplum Latinum subiiciam olim a me proditum. Nam ante viginti sex annos scripsi (Bemerkungen über verschiedene Punkte der latein. Sprachlehre p. 65 et 66), abhinc, excepto quod duobus apud Ciceronem et Plautum locis pro ante (superius aliquod tempus) positum reperiretur, constantissime cum accusativo poni, eique rei fidem feci prolatis sex Ciceronis locis, uno Plauti, tribus Terentii, uno Horatii, undecim Velleii ex parva parte opusculi, uno M. Antonii apud Suetonium, his unum contrarium esse Ciceronis in oratione pro Rosc. Com. 37 (abhinc annis XV), in qua tamen duobus versibus post legeretur abhinc triennium; eius orationis textum a codicibus esse infirmissimum. Hoc adeo pro indicto fuit, ut ne Halmio quidem aut Baitero aut Kaysero, hominibus meorum sane non contemptoribus, innotuerit. Poteram addere ex reliquo Velleii opusculo (nam delectatur hac forma tempora rerum a sua ætate retro computandi) saltem viginti locos, duos etiam contrarios, alterum II, 65, 2, adeo manifesto pravum (post urbem conditam abhinc annis DCCVIIII), ut Haasius abhinc sustulerit, alterum II, 103, 2, ubi cum præcederet post urbem conditam annis DCCLIIII, factum est etiam abhinc annis XXVII, quod Haasius correxit.

(4) Sed propria quædam est præter codicum fidem testimoniorum per se firmitas infirmitasve, quæ spectatur primum ipsa verborum forma mutationi et in aliam formam translationi opportuna aut non opportuna; deinde accedit apud poetas ex formis non eiusdem mensuræ versus lex alteram recipiens, alteram excludens. Priorem illam cautionem in quæstionibus ad Latinam grammaticam pertinentibus sæpe commemoravi; nam et cum de indicativo et coniunctivo quæreretur, sunt et sint aut sit post vocalem litteramve m pro testimonio accipi vetui, et, cum de accusativo et ablativo ageretur, singularis numeri formas sola littera m extrema distantes, et in alia re cum venerint pro venerunt scriptum quicquam valere negavi contra cum veni, cum venisti; nec Græca exempla difficile erat afferre, quædam supra in transcursu significata (velut de ἥκιστα et ἥκιστ' ἄν); sed nullum est hoc ipso, quod tractamus, ad monendum apertius. Nam ex omni illa exemplorum copia, qua aoristi illius defensores utuntur, longe maxima pars eiusmodi est, in quibus aoristus sola littera α pro ε a futuro differat (δέξασθαι pro δέξεσθαι); multo pauciora αι pro ειν habent (ποιῆσαι pro ποιήσειν); paucissima aoristum habent longius a futuri forma distantem, ut ἄν excidisse statuendum sit (quemadmodum ipsi apud Thucydidem V, 36 Elmsleio obsecuti ἥκιστ' ἂν ἀναγκασθῆναι edunt, ubi ἄν in codicibus non est). Velut ex Thucydide excitantur ex aliis locis χρήσασθαι, δέξασθαι (I, 26, V, 22), κρατῆσαι (II, 3, etsi apud Æneam Tacticum, qui locum citat, κρατήσειν scribitur), ὑποτοπῆσαι (III, 24, ubi tamen non ὑποτοπήσειν scribendum videtur, sed νομίζοντες ἥκιστ' ἂν ... ὑποτοπῆσαι); sed nihil eo memorabilius, quod accidit in sex iis locis, quos supra (1) citavi, in quibus duo pluresve infinitivi concurrunt (III, 46, IV, 21, IV, 28, IV, 52, VI, 24, VIII, 5); nam in his locis aoristi hi ponuntur, omnes sola vocali a futuro distantes, παρασκευάσασθαι, δέξασθαι, χειρώσασθαι (bis), προσκτήσασθαι, unus ex

uno codice receptus, ἀποκτεῖναι, cum in ceteris sit ἀποκτείνειν, id est apertissime ἀποκτενεῖν, futura autem omnia sunt ea, quæ longius ab aoristo distant (παρατενεῖσθαι, ἀποδώσειν, τεύξεσθαι, ἀπαλλαγήσεσθαι, οἴσειν, κομιεῖσθαι, ἄξειν, etiam κακώσειν et ποιήσειν). Hæc una res, si causa ageretur apud iudices in quærendis maleficiis et interrogandis audiendisque testibus exercitatos, fidem faceret certissimam, aoristos illos fraude aut errore ortos, futura sola vera esse. Unus est apud Thucydidem locus præter illum, quem ipsi defensores aoristi tenere non ausi sunt (V, 36), in quo non corrigenda vocali aut σαι in σειν mutando absolvatur emendatio, VI, 24, ubi accedit eadem, quam in quinque illis locis notavi, aoristi et futuri in diiunctione copulatio: νομίζων τοὺς Ἀθηναίους ἢ ἀποτρέψειν ἤ, εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι, μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι. Scribendum esse μάλιστ' ἂν οὕτως ne Poppo quidem negavit; Kruegerus, qui in V, 36 ἂν addiderat, hic fortis fuit in pravo defendendo. Ac ne quis dubitet, librarios illos aoristos vocali mutata effecisse, iidem IV, 120 (οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν, καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν σώσειν) effecerunt τρέψασθαι (τρέψασθαι—σώσειν, ut in ceteris), Græcam formam, sed alius, atque hic requiritur, significationis (τραπέσθαι); iidemque alibi prorsus barbaras formas aoristorum effinxerunt, προσάξασθαι et αἰρήσασθαι et τεύξασθαι, quod vix credas apud Plutarchum consol. ad Apollon. c. 16 p. 110 in editionibus servatum esse usque ad Duebnerum.[1]) Idem autem, quod apud Thucydidem,

---

[1]) Infimæ ætatis Græculos Byzantinos aoristi et futuri infinitivi distinctionem ignorasse, indeque orta esse præcepta Thomæ Magistri p. 159—169 (p. 64 sqq. Ritschl.), dixi antea, ibique, etsi parum commode perspicueque res tractaretur, recte tamen præcipi (p. 69 R), putandi et dicendi verbis de re futura futurum, de præterita aoristum subiiciendum esse.

apud ceteros accidit. Nam apud Lysiam in orat. XIII *ἐπιτρέψειν* bis in *ἐπιτρέψαι* mutari potuit, *ἐρεῖν* (21), *προήσεσθαι* (23), *συνεκπλευσεῖσθαι* (25) non potuerunt, et in XII *κτήσεσθαι* (19) et *ἀπολογήσεσθαι* (62) mutari potuerunt (quorum alterum apud *πυνθάνομαι* Marklandus et editores Turicenses correxerunt, alterum apud *ᾤοντο* reliquerunt, Rauchensteinius me etiam defensore advocato), cetera post eiusdemmodi verba futura (etiam in *σειν*) intacta manserunt, quæ numerare supersedeo[1]). Iam apud poetas (quod alterum est confirmationis genus) quæ, si recte compares, perpauca reperiuntur aoristi vitiosi exempla, ea quoque tantum non omnia eiusdemmodi sunt, posita in vocali *α*, quæ sine versus detrimento substitui poterat; in quibus formis hoc fieri non poterat, non aberratur a lege. Velut apud Homerum, segregatis locis quibusdam, qui gravi interpretandi errore huc a nonnullis tracti sunt (ut Odyss. II, 171 et IV, 504, quos versus post alios Ameisius recte enarrat, Iliad. III, 98, ubi a pluribus intellectum est, Menelaum non prædicere, separatum iri Achæos et Troianos, sed iubere et censere, in qua sententia rectissime dicitur *φρονέω διακρινθήμεναι*[2])), relinquuntur *τίσασθαι* (Iliad. III, 28, ubi codex Venetus *τίσεσθαι* habet, et 366, Od. XX, 121), *παύσασθαι* (Od. II, 198, ubi tamen Bekkerus *παύ-*

---

[1]) Omnia eadem reperiet, qui Diodori Siculi locos libri XIV supra positos inspexerit. Præter ea futura, quæ *α* et *ε* separant, unum rarius *ἐπισχήσειν* transiit in aoristum usitatiorem (quemadmodum in Isocr. Panath. 107 olim edebatur *ἤλπισαν κατασχεῖν*, nunc ex Urb. recte *κατασχήσειν*). Apud Polybium, Dionysium Halicarn., Plutarchum, Lucianum, ceteros rara, apud unum et alterum paulo plura menda eiusdem generis sunt, quæ nihil animadvertens in unum acervum Lobeckius ad Phrynichum p. 749 sqq. congessit.

[2]) *φρονῶ διακρινθήμεναι*, censeo separari; gramm. Lat. § 396 n. 4, Bemerkungen p. 78 n.

σεσθαι edidit), μυθήσασθαι (Od. II, 373)[1]), et si quod simile est, uno loco ὀλέσθαι pro ὀλεῖσθαι (Od. IX, 496; nam Ameisii interpretatio prava est). Duo tamen videntur certiora exempla esse, alterum Od. XXII, 35: ὦ κύνες, οὔ μ' ἔτ' ἐφάσκεθ' ὑπότροπον οἴκαδ' ἱκέσθαι, alterum Od. IV, 254: ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον Μὴ μὲν πρὶν Ὀδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι. Ex his prius scholia eripiunt totamque rem egregie confirmant; habent enim οἴκαδε νεῖσθαι, antiquum verbum, quod pro futuro poni notissimum est; pro eo a librariis vulgarius substitutum est. Alterum exemplum per se sane firmissimum videtur; sed ne id quidem, ad hanc solitudinem redactum, prorsus dubitationem excludit; nam quoniam Homerus versus causa et ὀνομήνω (Od. IV, 240, Iliad. IX, 121) et φαείνω, id est φανῶ, (Od. XII, 383) pro futuris dixit, mixto coniunctivi et futuri usu, non nimis audax sit, qui suspicetur etiam ἀναφήνειν dicere potuisse. Sed ut relinquatur unum hoc exemplum mutatæ in antiquissima poesi licenter syntaxis, non magis id ad constitutum certius postea sermonem pertineat quam ἴδωμαι pro futuro positum. In Sapphus fragmento apud Dionem Chrys. or. XXXVII extr. (II p. 128 R) nunc L. Dindorfius Casaubonum secutus μνάσεσθαι pro μνάσασθαι scripsit. Apud Pindarum autem Nem. VII, 71 ὄρσαι, quod Dissenius pro futuro accipit, præteriti significationem habere ostendit v. 75 (εἴ τι πέραν ἀερθεὶς ἀνέκραγον). Apud scenicos poetas paucissima, si cum infinita contrariorum copia comparentur, exempla obiiciuntur et fere expeditu perfacilia. Quem enim post ea, quæ disputata hactenus sunt, morari potest Sophoclis Electr. 443 (εἴ σοι . . . δοκεῖ Γέρα . . . δέξασθαι νέκυς, Heathius δέξεσθαι) aut Euri-

---

[1]) Ameisius: „Aorist ohne Bezug auf die Zeit". Veterem cantilenam! Recte iam Nitzschius ad Od. II, 198 apud Homerum aoristum verbis putandi adiunctum tantum præteriti significationem habere scribit.

pidis Iphig. Aul. 462 (ubi nunc omnes edunt: *οἴμαι γὰρ νιν ἱκετεύσειν τάδε* pro *ἱκετεῦσαι*) aut Aristophanis nub. 35 (*ἐνεχυράσασθαι*, vid. supra) et 1141 (*δικάσασθαί φασί μοι* post *οὔ φασίν ποτε ἀπολήψεσθαι* in v. 1140; nam *ἀπολήψασθαι* neque librarii efficere neque Teuffelius defendere poterat,) aut ran. 901 (*προσδοκᾶν . . . τὸν μὲν ἀστεῖόν τι λέξαι . . . τὸν δὲ . . . συσκεδᾶν*, cum præsertim melior auctoritas *λέξειν* tueatur)? Addo, quem locum a nullo annotatum video, in Euripidis Iphig. T. v. 1041 scribendum esse: *Κἀκεῖνο νίψειν* (pro *νίψαι*), *σοῦ θιγόντος ὥς, ἐρῶ*. Nam perspicue hoc Iphigenia ait, se dicturam, hoc quoque signum se lavaturam esse tanquam tactu Orestis pollutum, et hoc prætextu id e templo elaturam. Restant duo loci, alter Æschyli in Septem 428, ubi editur (de Capaneo): *Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν Καὶ μὴ θέλοντός φησιν οὐδὲ νιν Διὸς Ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐμποδὼν σχεθεῖν*, adiuncta illa copulationis pravitate (*πέρσειν, σχεθεῖν*), quam sæpe iam noto. Quid scripserit Æschylus, clarissime ipse ostendit, v. 469 Eteocli minas sic exprimens: *ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων*, et Euripides de eodem Capaneo sic scribens Phœniss. 1175: *ἐκόμπασε Μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργαθεῖν Διὸς κ. τ. λ.* Fuit igitur: *οὐδ' ἂν νιν Διὸς Ἔριν . . . σχεθεῖν*. Alter est Sophoclis locus in Aiace 1083: *Ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ Ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν*, ubi cum Wunderus sensisset *πεσεῖν* pro futuro poni non posse, vertit cecidisse puta, quod et *πεπτωκέναι* dici debebat et repugnat verbis *χρόνῳ ποτέ*. Sed repugnant eadem vehementer Hermanni sententiæ, ab Elmsleio (ad Eur. Med. 362) et Schneidewino probatæ, aoristum hunc ex eo genere esse, quos gnomicos appellant; quos vellem dixisset, ubi infinitivo modo repperisset; tota enim hæc forma narrationem rei tanquam factæ pro sententia generali substituens rectæ orationis propria est. Scribendum est simpli-

citer *ποτ' ἄν*. Persæpe *ἄν* in fine versuum excidit. Hæc ex scenicis poetis materia duci potest, et numero et pondere nullius prorsus momenti. Apud Apollonium Rhodium, ut etiam Alexandrinos attingam, vitiosa hæc sunt, emendatu facillima: II, 293 (*ὤμοσεν . . . μὴ μὲν . . . πελάσσαι* pro *πελάσσειν* = 715 *ἐπώμοσαν ἦ μὲν ἀρήξειν*, IV, 1085 *ἐνέχεται ὅρκοις . . . θήσεσθαι*), 460 (*πείσματ' ἀνάψασθαι μυθήσατο* pro *ἀνάψεσθαι*), IV, 15 (*ὀΐσσατο μή μιν ἀρωγὴν ληθέμεν, αἶψα δὲ πᾶσαν ἀναπλήσειν κακότητα*, prava etiam copulatione, pro *λήσεμεν*); cetera omnia — et sunt plurima — recte scribuntur, quia mutari longe pleraque non poterant[1]). Uno loco III, 767 et 768 Apollonius *φῆ* de Medea animo fluctuanti sic posuit, ut, cum opinionis (putabat se facturam, videbatur sibi factura) et voluntatis (volebat ipsa mori) significatio conflata esset, ad ambiguam hanc significationem et futurum infinitivi tempus et aoristus (*καταφθίσθαι* ... *θανέειν*) accommodaretur. Apud Callimachum una est apud *ἔολπα* dubitatio in *α* pro *ε* posito (in Dian. 222), cetera recta.

In poematis, quæ Theocriteo corpore continentur (— quis enim nescit ea originis et ætatis diversissimæ esse? —) duo reperiuntur pravi aoristi exempla, alterum in XXI (carmine, ut opinor, satis recentis ætatis), 59: *ὤμοσα δ' οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ πελάγους πόδα θεῖναι, ἀλλὰ μενεῖν ἐπὶ γᾶς καὶ τῷ χρυσῷ βασιλεύσειν*) non solum tempora sine ulla causa variata habens, sed manifestissimum et a multis animadversum solœcismum (*οὐκέτι* pro *μηκέτι*), quem qui corriget, etiam *θήσειν* scribet, qui cum Meinekio

---

[1]) In solo libro II inde a v. 500 et in tertio hæc notavi: II, 618 (*τελέεσθαι φάτο*), 645 (*ὀΐομαι . . . ἔσσεσθαι*), 715 (*ἀρήξειν*), 950 (*δωσέμεναι*), 1197 (*τεύξεσθαι*), III, 89 (*νοστήσειν*), 524 (*ἔσσεσθαι*), 582 (*φλέξειν*), 594 (*τίσειν*), 1080 (*ἐπιλήσεσθαι*), 1190 (*ἐξανύσειν*); contra de re præterita II, 797 (*οὐδὲ ἕ φημι*...*ἐπελάσσαι*), 1168 (*ὀΐω* ... *ἱκέσθαι*), IV, 1480 (*ἰδέσθαι*).

scriptori tribuet, poterit etiam alterum tribuere; (in XXII, 134 recte scribitur ὄμοσσε . . . μήποτε — ἔσεσθαι;) alterum in XXVII (carmine non minus dubiæ originis), 60: φῄς μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης, adiuncto hic quoque altero solœcismo (δοίης pro ἂν δοίης);, nam Hermanni inanissimas argutias non curo. Has igitur relinquo Byzantinæ ætatis notas.[1])

Hæc, quæ generatim persecutus sum, veritatis et erroris indicia qui coniuncta libero animo consideraverit nec, ut fit, sine ulla rei naturæ cogitatione aut testimoniorum distinctione unum aut alterum locum arripuerit inanemve distinctionis speciem, is, adhibita illa, de qua statim dicam, certorum verborum separatione et exceptione, universam illam de aoristo infinitivi apud dicendi putandique verba futuri significatione aut ad futurum inclinanti posito, quod ad scriptores Byzantino tempore priores attinet, plane abiiciet mendorumque unius et simplicis generis communem emendationem alterius utrius formæ sine ulla hæsitatione accipiet ab aliis aut ipse adhibebit. Ac vix iam operæ pretium videtur unum et alterum locum adscribere, cui

---

[1]) In mentem mihi hæc revocant rem a me olim expositam. Dixi enim (1835, et repetii 1842 in opusc acad. II p. 77) multis annis ante cœptam vulgari Ritschelii Plauti editionem, quoniam apud Plautum et Terentium non modo multo pluribus locis legeretur faxo scies quam faxo scias, sed in omnibus iis locis, ubi formæ discrimen ad versum pertineret, ita ut triginta quattuor locis esset faxo laudabitis et similia, nusquam faxo laudes, cum præsertim accederet, ut faxo scies facile in scias mutaretur a librariis omissum esse ut putantibus, scias in scies non facile transiret, manifestum esse veteres illos semper duobus futuris ex æquo coniunctis dixisse faxo scies, sciet, non scias, sciat. Eius admonitionis video breviter nuper mentionem iniectam a Lorenzio, auditore olim meo; nemo præterea, quod sciam, aut commemoravit aut quæstione dignam rem putavit.

eam nondum admotam sciam[1]); paucos quosdam locos percurram, in quibus paulo altius latens aut aliunde ortum mendum dubitationem afferre posse videtur. Primum enim apud Platonem in Phædro p. 235 D Hermannus e coniectura Wexii scripsit: *τοῦτο αὐτό, ὃ λέγεις, ποίησον· τῶν ἐν τῷ βιβλίῳ βελτίω τε καὶ μὴ ἐλάττω ἕτερα ὑπόσχες εἰπεῖν, τούτων ἀπεχόμενος*, barbare; neque enim Græcus quisquam *ὑπέχω εἰπεῖν* dixit, ut esset suscipio dicere; vulgo edebatur *ὑποσχέθητι*, in codicibus est *ὑποσχέσει*. Sed omnis promittendi significatio hinc aliena est; agitur enim de eo, quod Socrates iam significarat se facturum, exsequendo, quod si Socrates fecerit, ipse Phædrus præmium

---

1) In Platonis Phædone p. 84 D scribendum est: *εἴ πῃ ὑμῖν φαίνεται βέλτιον ἂν λεχθῆναι* (sicubi vobis melius dici posse videtur; vulgo *βέλτιον λεχθῆναι*, id est, melius dictum esse), p. 105 A: *αὐτὸ τὸ ἐπιφέρον τὴν τοῦ ἐπιφερομένου ἐναντιότητα μηδέποτε δέξεσθαι* (nunquam esse accepturum, accipere non posse; vulgo *δέξασθαι*); in Euthyd. p. 278 C: *ἐφάτην γὰρ ἐπιδείξεσθαι* (v. *ἐπιδείξασθαι*); (Protag. p. 316 C recte Sauppius post Stephanum et me, idemque p. 346 B ita enarravit, ut enarrandum dixeram in annal. philol. Danic. I p. 34;) in Demosthenis orat. XVI, 20 (nisi nuper Dindorfius aut alius emendavit) scribendum est: *οἶμαι . . . ἐμοὶ ταὐτὰ φήσειν* (pro *φῆσαι*), in XXIV, 68: *οἴομαι ἁπάντας ὑμᾶς ὁμολογήσειν, δεῖν κ. τ. λ.* (v. *ὁμολογῆσαι*), in XLII, 12: *ἐπείσθην τὴν μὲν σύνοδον . . . ὁμολογῆσαι ποιήσεσθαι* (v. *ποιήσασθαι*). Quid attingam Dionem Chrys. (LXXIV, II p. 397 R, ubi scribendum est: *μηδέποτ' ἂν ἐγκαταλιπεῖν*) aut Plutarchum (de adul. et amico c. 26 p. 67 D) aut Philostratum (vit. Apollonii VII, 33: *ἀκροάσασθαι ᾤετο*. VIII, 8 recte editur *ᾤοντο αὐτὸν βοήσεσθαι . . . ποιήσεσθαι*, sed VIII, 15, 3 iterum *ἀκροάσασθαι ᾤοντο*, rectum tamen e duobus codd. annotatur), nisi ut ostendam ubique unum et alterum eiusdem formæ occurrere? In Luciani piscat. c. 9 et Anachars. c. 24 vix credo *ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω* et *ἡγούμεθα χρήσασθαι* pro *ἀπολογήσεσθαι* et *χρήσεσθαι* a Bekkero et G. Dindorfio prætermissa esse.

iocose promittit: καί σοι ἐγὼ ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα . . . ἐς Δελφοὺς ἀναθήσειν, quæ verba arctissime cum superiore imperativo coniungenda sunt: fac . . . et promitto; dixerat autem Socrates se παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν ἕτερα εἰπεῖν μὴ χείρω. Hoc igitur a Phædro facere iubetur: τοῦτο αὐτὸ ποίησον· τῶν ἐν τῷ βιβλίῳ βελτίω τε καὶ μὴ ἐλάττω εἶπον (aut εἰπέ), τούτων ἀπεχόμενος. Imperativo (cuius utraque forma Plato utitur) corrupto natum est pravum illud ὑποσχέσει (quod qui scripsit, ὑποσχήσῃ scribere voluisse videtur), quasi duo promissa inter se compararentur. In Lysiæ oratione XII, 26 (εἶθ' ὅτι μὲν, ὡς φῄς, ἀντειπὼν οὐδὲν ὠφέλησας, ἀξιοῖς χρηστὸς νομίζεσθαι, ὅτι δὲ συλλαβὼν ἀπέκτεινας, οὐκ οἴει ἐμοὶ καὶ τουτοισὶ δοῦναι δίκην;) olim δεῖν post οἴει addendum putavi, ut οἴει δεῖν responderet præcedenti ἀξιοῖς (— nam de postulatione Eratosthenis agitur, ut ne οἴει-δώσειν quidem plane aptum futurum fuerit —); nunc potius ipsum οἴει male additum puto, cum non intellegeretur, in his: οὐκ ἐμοὶ ... δοῦναι δίκην audiri ἀξιοῖς post οὐκ. (Cfr. X, 13.) Ex hoc pravi supplementi fonte ortum est vitium orationis apud Diodorum Sic. XIX, 86: παρεκάλεσεν Ἀνδρόνικον τὸν φρούραρχον παραδοῦναι τὴν πόλιν καὶ δωρεάς τε καὶ τιμὰς ἁδρὰς ἐπηγγείλατο δοῦναι. Tollendum δοῦναι. Apud Lucianum in Anacharsi c. 30 (οἰόμενοι φύλακας ἡμῖν τῆς πόλεως ἀγαθοὺς γενέσθαι καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ βιώσεσθαι δι' αὐτοὺς) γενέσθαι non infrequenti errore scriptum est pro longiore forma γενήσεσθαι, ut apud Strabonem XV p. 715, ubi Calanus mundi interitum adesse prædicit: κινδυνεύει τε ἀφανισμὸς τῶν ὄντων γενήσεσθαι, non, ut editur, γενέσθαι[1]). Restat, quem

---

[1]) Eadem mutatio facienda videri possit apud Demosthenem XVI, 4: ἔστι τοίνυν ἔν τινι τοιούτῳ καιρῷ τὰ πράγματα νῦν, . . . ὥστε Θηβαίους μὲν Ὀρχομενοῦ καὶ Θεσπιῶν καὶ Πλαταιῶν οἰκισθεισῶν ἀσθενεῖς γενέσθαι, Λακεδαιμονίους δ', εἰ ποιήσονται

in hac causa citatum olim a L. Dindorfio video, Plutarchi in Alcibiad. c. 31 locus: *Ὡς οὖν ἐπανελθόντα τὸν Ἀλκιβιάδην ὁ Φαρνάβαζος ἠξίου καὶ αὐτὸν ὀμόσαι περὶ τῶν ὡμολογημένων, οὐκ ἔφη πρότερον ἢ ἐκεῖνον αὐτοῖς ὀμόσαι*, in quo alterum *ὀμόσαι* tollendum puto, ut ad *οὐκ ἔφη πρότερον ἢ ἐκεῖνον αὐτοῖς* ex superiore *ὀμόσαι* audiatur verbum alio tempore (*ὀμεῖσθαι*).

Venio ad eas, quas sæpius significavi, cautiones et exceptiones; nam pauca quædam et certa verba locutionesque communi illi significationi vicinæ tamen propter singularem quandam notionis et usus proprietatem aut omnino regula eadem non continentur aut aliquam dubitationem habent. Ac primum prorsus separandum est *χρῆν* verbum, quod de deorum oraculorumque prædictionibus ita ponitur, ut a iubendi et præcipiendi notione et significatione profectum eamque retinens aoristum adsciscat; est enim f a t o c o n s t i t u e r e, u t a l i q u i d f i a t. Id ita esse, non uno nec dubio exemplo, sed certissimis monstratur, primum Herodoti in libro VII, 220: *ἐκέχρηστο γὰρ τοῖσι Σπαρτιήτῃσι . . . ἢ Λακεδαίμονα ἀνάστατον γενέσθαι . . . ἢ τὸν βασιλέα σφέων ἀπολέσθαι* (ubi pessime Steinius ex uno nullius auctoritatis libro pro *γενέσθαι*, quod librarii non tam facile attrectare poterant, *ἔσεσθαι* posuit, deinde ex paulo pluribus *ἀπολέεσθαι*), Thucydidis III, 96: *χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν*, Aristophanis vesp. 160: *ὁ θεὸς μοὔχρησεν, ὅταν τις ἐκφύγῃ μ', ἀποσκλῆναι τότε*[1]). Quodque in verbo accidit, idem in substantivis

---

Ἀρκαδίαν ὑφ' ἑαυτοῖς . . ., πάλιν ἰσχυροὺς γενήσεσθαι. Nam idem necessario in utroque membro requiri tempus, iam Schæferus vidit; requiritur autem certissime futurum de eventu rei etiamnunc futuræ. Sed tollendum prorsus est priore loco *γενέσθαι* male interpositum, ut *γενήσεσθαι* extremo loco positum et ad *ἀσθενεῖς* et ad *πάλιν ἰσχυροὺς* pertineat.

[1]) Futurum apud *χρῆν* omnino non memini legere; ubi simpliciter est i u b e o, ut cetera, et præsens habet et aoristum (Thuc.

χρησμός et *λόγιον*, apud Herodotum VIII, 60: *λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι*, et Platonem r. p. III p. 415 C: *χρησμὸς ἐστι . . . τὴν πόλιν διαφθαρῆναι*, traduciturque, saltem apud poetas, etiam ad alia vaticinandi verba, ut apud Homerum Iliad. XIII, 666 ad *εἰπεῖν* (*εἶπεν οἱ φθίσθαι ἢ . . . δαμῆναι*), apud Euripidem ad *θεσπίζειν* (Phœniss. 1597: *Λαΐῳ μ' ἐθέσπισε φονέα γενέσθαι πατρός*, et Iphig. T. 1014); eodemque modo apud Æschylum Prometh. 667 post hæc: *βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη*, ei, quod iubetur, subiicitur prædictio hæc et minæ: *κεἰ μὴ θέλοι, . . . μολεῖν κεραυνόν*[1]). Hæc exemplorum copia et firmitas ut ipsa dubitationem excludit, sic admonet, in ceteris verbis omnia esse contraria. Idemque dicendum est (dictumque a me ante multos annos, Bemerkungen p. 43 n.) de *εἰκός ἐστιν*, quod qui annotant apud Thucydidem cum aoristo terdecies reperiri, cum futuro nunquam (Herbstius, Kruegerus, Classenius ad I, 81, 2), ex hac ipsa constantia, cum in ceteris verbis vix singuli aoristi formæ facillime mutabilis inter vicena futura partim formæ non mutabilis reperiantur, nisi aut studio cæci fuissent aut ipsa capita quæstionis neglexissent, intellexissent, *εἰκός ἐστιν* suam habere legem a ceteris separatam dicique sic de rei per se probabilitate, ut temporis significatio omittatur, non apud solum Thucydidem, sed apud ceteros quoque[2]). Implicatior est quæstio in

II, 102, V, 16 cet., Æschyl. Eumen. 203, Eurip. Elect. 973 cet.).

[1]) Apud Euripidem etiam Alcest. 12 *ᾔνεσαν* decreti, non promissi significationem proprie habet.

[2]) Citavi olim præter Thucydidem Pindar. Pyth. I, 35, Plat. Phædr. p. 232 A, p. 233 A, Xenoph. Hell. III, 5, 10 et 14, IV, 3, 2; addo anab. IV, 6, 9. Oritur igitur in *εἰκός ἐστι* ambiguitas aliqua ex eo, quod futurum excluditur; nam *εἰκός ἐστι ποιῆσαί τινα* significat etiam, verisimile est aliquem fecisse (Thucyd. I, 10, 4, Lys. VII, 38 cet.).

vocibus spem significantibus, ἐλπίς, ἐλπίζειν coniunctisque. Nam ut, quod in spei notione sic inclusa est futuri cogitatio, ut eius temporis significationem per se exprimi minus necesse sit, et quod nulla in his vocibus ex aoristi usu ambiguitas oritur, quoniam de præterito spes non dicitur nisi rei absolutæ, ut perfecto, non aoristo locus sit (ἐλπίζω πεπρᾶχθαι τι)[1]), fieri potuisse apparet, ut actio, quæ speraretur, tantum aoristo infinitivi tanquam finiti temporis (momentanea) significaretur, præsertim cum spes et fiducia de præsentis temporis statu semper præsenti infinitivi, non aoristo significetur[2]), et ut hoc apud Græcos factum aliquando esse, certis exemplis constat, ita quousque id patuerit, non facile est definitu. Sed tamen testimonia perscrutantibus non dubium erit, quin sic aoristus ponatur frequenter (nec tamen ut excludatur futurum) apud ἐλπίς (ἐλπωρή) ἐστιν (cum simplicis infinitivi, tum accusativi cum infinitivo) et apud ἐν ἐλπίδι εἰμί[3]), apud Homerum

---

[1]) Perraro ἔλπομαι, credo, aoristum de re præterita adiunctum habet (Hom. Iliad. VII, 199, Apoll. Rh. II, 611, III, 370). De ἐλπίζω dicam paulo post.

[2]) Iliad. XIII, 310, Herod. IX, 113, Plat. apol. Socr. p. 40 C, Eurip. Or. 1070.

[3]) Ἐλπίς ἐστι (ἦν) cum aoristo infinitivi simplicis annotatum habeo ex Euripidis Or. 779 (σωθῆναι), Hel. 433 (λαβεῖν), Alc. 146 (σώσασθαι, præsens σώζεσθαι non ponitur nisi de spe præsentis status), Thucyd. II, 80 (λαβεῖν), III, 3 (ἐπιπεσεῖν), Plat. Phædon. p. 68 A (τυχεῖν), Xen. anab. II, 1, 19, Lys. XIX, 8, Lycurg. 60, adiuncto accusativo subiecto ex Æschyli Sept. 367 (μολεῖν), Thucyd. V, 9 (φοβηθῆναι), Plat. Phædr. p. 231 E (τυχεῖν), Xenoph. Cyrop. II, 4, 23 (ὀφθῆναι), IV, 5, 25, Hellen. VI, 3, 20 et VI, 5, 35 (δεκατευθῆναι), Isocr. Panegyr. 141. Non descendi infra Atticos Formas infinitivorum notari velim. Apud Homerum ἐλπωρή sic ponitur Od. II, 280 (τελευτῆσαι), VI, 314 et VII, 76 (ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι). Cum futuro legitur ἐλπίς ἐστιν (ἐλπωρή Odyss. XXIII, 287 ἔσεσθαι) apud Æschylum Agam. 679 (ἥξειν), Eurip. Alc. 294, Med. 767, Plat. Phædr. p. 232 E

etiam apud *ἔλπομαι*, etsi longe rarius quam futurum[1]); his adiungemus adiectivum *ἐπίδοξος* (*τυχεῖν*, de eo, quem opinio est consecuturum aliquid)[2]); alia quædam, rarius cum infinitivo coniuncta, minus certa sunt[3]); de ipso verbo, quod est *ἐλπίζω*, valde dubitabimus vel potius negabimus, de prosæ orationis scriptoribus prorsus. Nam et apud verbum magis quam apud substantivum (*ἐλπίς*) quasi eminet infinitivus suamque temporis notam requirit, (nam *ἐλπίς ἐστι* accedit similitudine aliqua ad *εἰκός ἐστι*,) et iam in *ἔλπομαι* apud Homerum perrarus est aoristi usus, futuri legitimus, et in frequentissimo apud

---

(*γενήσεσθαι*). (Etiam in Platonis soph. p. 250 E scribendum *οὕτως ἀναφανεῖσθαι*. Præsens de eventu quæstionis instituendæ pravum est.) *'Εν ἐλπίδι εἶναι* cum aoristo Thucydides dixit IV, 70 (*ἀναλαβεῖν*), cum futuro VII, 46 (*αἱρήσειν*); Xenophontis in utramque partem exemplum infirmum est Hell. V, 4, 43 (*ποιήσασθαι*) et VII, 2, 10 (*παραστήσεσθαι*).

[1]) *Ἔλπομαι* (*ἔολπα*) cum aoristo de futuro legitur Iliad. XII, 407 (*ἀρέσθαι*), XV, 289 (*θανέειν*), Odyss. III, 319, apud Pindarum Pyth. IV, 243 (*πράξασθαι*). Futurum in una Iliade plus decies positum Dammius monstrabit. Apollonius Rh. aoristum apud *ἔολπα* habet I, 1343 (*δηρίσασθαι*, exemplum non firmum), futurum II, 1049, 1225, III, 784, IV, 1379; Herodotus II, 11 aoristum cum *ἄν*.

[2]) Herod. I, 89, Plat. Theæt. p. 143 D, Isocr. Archid. 8.

[3]) *'Ελπίδα ἔχω* aoristum habet apud Pindarum Pyth. III, 111 (*εὑρέσθαι*), futurum apud Sophoclem El. 952, Euripidem Heraclid. 521, Med. 1033, Thucyd. VIII, 48 et apud eundem aoristum cum *ἄν* II, 51; *ἐλπίδα παρέχω ποιῆσαι* est apud Platonem symp. p. 193 D. *'Ανέλπιστόν ἐστι* cum aoristo (accus. cum inf.) legitur Thucyd. VI, 33 (*τὸ τοιοῦτο συμβῆναι*), *ἀνέλπιστός εἰμι* cum futuro (*σωθήσεσθαι*) VIII, 1, cum aor. et *ἄν* III, 30. *Εὔελπίς εἰμι* apud Æschylum Prom. 510 (*σὲ . . . ἰσχύσειν*) et apud Thuc. VI, 24, ubi ad *σωθήσεσθαι* et *οἴσειν* tertium adiungitur fraudem præferens manifestam *προσκτήσασθαι*. Apparet, nisi in *ἀνέλπιστόν ἐστι*, quod comparari potest cum *εἰκός ἐστι*, nullo aoristum testimonio firmo Attici scriptoris defendi.

ceteros scriptores infinitivi verbo ἐλπίζω subiuncti usu[1]) vix ex totis litteris Atticis decem proferuntur aoristi exempla, quædam iam codicum auctoritate correcta corrigendave, pleraque una littera a recta futuri forma distantia, reliqua præter unum alia quoque de causa dubia. Suspectæ illæ aut saltem exiguum testimonii pondus afferentes aoristi formæ leguntur apud Thucydidem IV, 24 (χειρώσασθαι), VII, 21 (κατεργάσασθαι), apud Xenophontem Cyrop. I, 5, 9 (διαπράξασθαι, sed codex Guelf. διαπράξεσθαι), anab. VI, 5, 17 (δέξασθαι), apud Lysiam II, 21 (δουλώσασθαι), apud Isocratem adv. Euthyn. 15 (πράξασθαι), nec multo firmius apud Thucydidem IV, 80 ἀποστρέψαι. Apud Xenophontem Cyrop. II, 4, 15 (ubi proxime præcedit § 14 ἐλπίζω φίλον αὐτὸν γενήσεσθαι) codex Altorfinus habet recte ἐλπίζω ἐκείνους ἐλθεῖν ἂν πρὸς σέ. Relinquuntur firmamenta causæ primum Thucyd. IV, 13, 1: ἐλπίζοντες τὸ κατὰ τὸν λιμένα τεῖχος ... ἑλεῖν μηχαναῖς, ubi item ἂν post ἑλεῖν excidit, prorsusque similis in [Xenophontis] Agesilao locus, 7, 6: ἤλπιζον ἑλεῖν τὰ τείχη, deinde duo Euripidis loci, alter Herc. fur. 745: πάλιν ἔμολεν ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς Ἤλπισεν παθεῖν γῆς ἄναξ, ubi tantum abest, ut versus hanc scripturam tueatur, ut versus causa Fixius et Dindorfius ἂν post φρενός addiderint, cum Hermannus ἐπήλπισεν scripsisset, ut syllabam illam consequeretur, alter in Iphigenia T. 1016: ἅπαντα γὰρ Ξυνθεὶς τάδ' εἰς ἓν νόστον ἐλπίζω λαβεῖν, qui me quoque vexavit (Bemerkung. p. 43), donec intellexi λαβεῖν recte pro præterito positum esse (ut in Ione 348: θηράς σφε τὸν δύστηνον ἐλπίζει κτανεῖν), et hoc Orestem dicere,

---

[1]) In uno libro quarto Thucydidis octies ἐλπίζω futurum habet, c. 8, 9, 43, 62, 71, 76, 85, 105; apud Euripidem saltem sexies, Hec. 820, Electr. 249, Heracl. 152, Suppl. 845, Ion. 1087, Troad. 995; aoristum cum ἂν habet apud Thucyd. III, 30, Plat. de rep. V p. 453 D, Xenoph. de vectig. 3, 11 et alibi sæpius.

se sperare reditum sibi ab Apolline datum promissumque esse. Corruit igitur tota defensio, etiam de poetis; nec quisquam iam, opinor, dubitabit apud Isocratem quoque ad Demonicum § 24, ubi editur: *ἤλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε*, restituere *γενήσεσθαι* pro *γενέσθαι*, ut paulo ante apud Diodorum et Strabonem feci[1]). (Idem error, eadem correctio facienda Plutarchi Nic. c. 11.) De iis locis, in quibus *προσδοκᾶν* cum aoristo pro futuro coniunctum creditur, vix opus est dicere; adeo sunt et pauci in infinita contrariorum multitudine et erroris manifesti; nam in Isocratis orat. de antid. § 312 recte nunc ex Urbinate editur *γενήσεσθαι προσεδόκησεν*, olim erat *γενέσθαι*, eo mendo, quod ex orat. ad Demonic. sustuli; restabat apud eundem Panegyr. § 59 *βιάσασθαι προσδοκήσας*, apud Isæum XI, 22 *ἐξαπατῆσαι*, hæc quoque nuper correcta. (De Aristoph. ran. 901 supra dictum est.) Sed tamen superest, in quo olim hæsi (Bemerk. p. 43), Æschyli locus in Agam. 675: *Μενέλεων γὰρ οὖν Πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν.* Sed idem hic ceteros meque decepit interpretandi error, qui in Iphigeniæ Tauricæ loco. Nam si *μολεῖν* de futuro adventu accipitur, mirifica oritur in proximis tautologia: *εἰ δ' οὖν . . ., ἐλπίς τις αὐτὸν πρὸς δόμους ἥξειν πάλιν.* Itaque *μολεῖν*, ut oportet, præteritum tempus significat estque hæc sententia: Menelaum igitur, de quo quæritis, primum maximeque adventasse (iter huc tetendisse) scitote et in illa tempestate fuisse; si igitur inde evasit, spes est, eum rediturum domum esse. Postremo dixi olim fortasse suspicionem de exceptione aoristo apud verbum *δοκεῖν* danda subnasci posse, sed eam

---

[1]) Fortasse cavendi erroris causa iam hic corrigendus est Platonis locus de rep. V p. 451 A, etsi ibi nemo facile coniunget *ἐλπίζω γενέσθαι*. Sed barbarum est ut quod maxime: *ἐλπίζω ἔλαττον ἁμάρτημα φονέα γενέσθαι.* Excidit *εἶναι* post litteras *ημα*, scribendumque est: *ἐλπίζω* (credo) *γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα εἶναι ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι ἢ ἀπατεῶνα κ. τ. λ.*

et verbi natura, quod nihil prorsus ab apertissimis putandi verbis separati haberet, et infinitis testimoniis sic everti, ut in paucissimis contrariis consistere nequiret, præsertim, præter unum, pondere prorsus carentibus, Sophoclis El. 443 (*δέξασθαι*), Thucyd. IV, 36 (*βιάσασθαι*), Herodoti VIII, 86 (*θεήσασθαι*) et IX, 109 (*πᾶν μᾶλλον δοκέων κείνην αἰτῆσαι*, ubi scribendum est *πᾶν ἄν*)[1]), et de *δοκῶ μοι* Platonis Euthyd. p. 288 C (*ὑφηγήσασθαι*), Aristophanis av. 671 (*καὶ φιλῆσαί μοι δοκῶ*, id est, ut Dobreus vidit, *κἂν φιλῆσαι*). Unum dixi firmius videri, Euripidis in Oreste 1527: *μῶρος, εἰ δοκεῖς με τλῆναι σὴν καθαιμάξαι δέρην*. Quem locum ut emendare nequeam, tamen unus consensui rationis et analogiæ et frequentissimo usui non possit resistere; neque enim omnia certa menda certo etiam corrigere licet. Audebo tamen suspicionem expromere; nam mihi Euripides, qui pro *χρῆναι* ausus est *χρῆν* dicere (Hec. 260, ut etiam Sophocles, si Eustathio credimus)[2]), videtur falsa analogiæ specie ductus etiam *τλῆν* pro *τλῆναι* dixisse scripsisseque: *δοκεῖς με τλῆν ἂν σὴν καθαιμάξαι δέρην*.

Multa feci verba de re parva nec nova; satisne multa ad expellendum veterem errorem et ad ignaviam quærendi, levitatem fingendi ex hoc saltem loco fugandam?

Subiiciam corollarii loco similis erroris et inconstantiæ exemplum, sed parvum et fere ad unum scriptorem pertinens, in quo eadem exemplorum comparatione et examinatione utendum est. Notissimum est enim, Græcos, cum in familiari sermone quærant, quid alter eos facere velit, dicere *βούλει, βούλεσθε, εἴπω*, aoristo coniunctivi, raro præsenti subiecto (ut in Platonis polit. p. 259 D *φῶμεν*, in

---

[1]) Steinius ad VIII, 86 adscribit c. 136, ubi ipse recte edidit *ἐδόκει μάλιστα προσκτήσεσθαι*. (Cap. 100 scrib. *κατεργάσεσθαι*.)

[2]) *χρῆ* pro *χρῆν* substituentem Nauckium (stud. Euripid. I p. 7) non probo.

fragm. Euripid. apud Stob. 13, 1, n. 1023 Dind. λέγω), sive ea forma omisso ὅπως orta est sive ex ipso coniunctivi usu in interrogando de eo, quod fieri oporteat (φῶ;), præposito βούλει, certe cum eo usu arcte coniuncta. Pro βούλει, βούλεσθε apud Sophoclem (El. 80, Œd. r. 651) et Euripidem (Bacch. 719 et in illo fragmento) quater reperitur θέλεις, θέλετε, apud Platonem Xenophontemve aut Aristophanem nunquam. Hoc imitatus Lucianus θέλεις a poetis transtulit aliquot locis ad prosam orationem. Sed quod apud Platonem factum est uno aut altero loco, ut librarii pro aoristo coniunctivi futurum indicativi substituerent (velut in Phædone p. 99 D βούλει σοι ἐπίδειξιν ποιήσομαι), qui error et origine loquendi formæ cum coniunctivo cognata redarguitur et testimoniorum multitudine et poetarum locis, quorum in tribus indicativum versus excludit, et quod non accidit, nisi in forma ad errandum facillima (ποιήσομαι pro ποιήσωμαι), nunquam in formis certioris discriminis, velut θῶ, θῶμεν, ἀκούσωμεν, hoc apud Lucianum latius patet hæretque in editionibus aliquot locis indicativus dubiumque relinquitur, an ipse Lucianus ab antiquo usu deflexerit. Verum hoc credere non solum servatum in aliis et pluribus locis rectum vetat, sed idem certissimum, si ex satis multis exemplis ducitur, argumentum, quod deflectitur tantum in formis verborum mutationi obnoxiis, certior discriminis finis non transilitur nisi ab uno alterove librario; accedit, ut interdum prava futuri forma aliave res indicium faciat erroris et librariorum ad eum propensionem ostendat. Nam ut omittam formas futuri et aoristi communes (ῥαψωδήσω, ἐπιδείξω, παραινέσω, etiam præsentis, ἄγω et συγγράφω pro imagin. 15), coniunctivus servatur in his: θῶμεν (Hermot. 4), φῶ (ibd. 9), ἀφαιρῶμεν (ibd. 48), ἀποκρίνωμαι (ibd. 55), ἀκούσωμεν (Char. 9, non ἀκουσόμεθα), παραγάγω et ἐπαγάγω (catapl. 6, Jup. conf. 7), ἐντείλωμαι (dial. mort. 1, 2), ἀφέλωμαι (ibd. 10, 9), ἀντείπω (Hermot. 42 post θέλεις); aberratur ab

omnibus ad *δικαιολογήσομαι* (Timon. 37) et *διηγήσομαι* (Hermot. 80), ut videtur, etiam ad *ἀποκληροῦμεν* in bis accus. c. 14, pro quo Dindorfius *ἀποκληρῶμεν*, secutusque est Jacobitzius, opinor, quod præsentis tamen indicativum non ferebat, et ad *παραγγελοῦμεν* pro *παραγγείλωμεν* ibd. 4, a plerisque ad *καταριθμήσομαι* (navig. 26; Dindorfius ex uno recte *καταριθμήσωμαι*); variatur cum apertis fraudis indiciis in his locis: Char. 7, ubi plures et meliores *βούλει ἔρωμαι*, Iacobitzius ex uno *ἐρήσομαι* arripuit; dial. deor. 20, 16, ubi plerique codices *βούλει ἐπομόσομαι* habent, optimus (A) *ἐπομόσωμαι*, quod ipse Iacobitzius restituit, cum futurum *ἐπομοῦμαι* esset; catapl. 5, ubi Iacobitzius e duobus codicibus *ἐμβιβασόμεθα*, recte ceteri *ἐμβιβασώμεθα*; navig. 4, ubi editur: *ἢ ἐθέλεις ἐγὼ αὖθις ἐπάνειμι ἐς τὸ πλοῖον*, sed cod. A habet *ἐπὼν εἰμί*, ex quo efficitur *ἐπανίω*. In cataplo 9 Iacobitzius sublato propter codicem A *εἰ* effecit *βούλει προσθήσω* contra sententiam; neque enim Megapenthes consilium Clothus expetit (et repugnat etiam oratio a *καὶ* incipiens), sed continuat et auget promissa: *καὶ τοὺς δύο κρατῆρας, εἰ βούλει, προσθήσω.*[1]) Itaque *βούλει διηγήσομαί*, ut *ἔφην διηγήσασθαι* pro *διηγήσεσθαι*, librariis relinquemus et fortasse festinantibus notarum aut materia carentibus programmatum scriptoribus.

---

[1]) Materiam collegi non ex omnibus libellis Lucianeis, sed fere ex duabus tertiis partibus, ex iis, qui lectitari solent, omnibus.

Liber II.

Cap. I.

Emendantur Homerus, Pindarus, Æschylus, Sophocles.

Ab hoc inde loco iam simpliciore illa et breviore scribendi forma utar, quam initio adumbravi, ut scriptores utriusque sermonis ordine persequens, priore loco poetas, quas habeo annotatas emendationes et coniecturas, singulatim promam, nisi ubi ob similitudinem aliquam notabilem aut adiunctam communem aliquam quæstionem plures coniungi utile erit, adscripta, ubi opus videbitur, maximeque initio et in difficilioribus scriptoribus breviter coniecturæ causa et confirmatione. Interponentur parvis paulo maiora emendationibusque, quas prorsus certas puto, suspiciones aut in mendi convictione aut in correctionis inventione minus certæ, significato plerumque, in quo quamque probabilitatis gradu ponam. Primi igitur occurrunt poetæ Græci. Inter eorum opera quæ et ætate et dignitate primam tenent sedem, Homeri carmina, in iis quam exiguus sit coniecturæ locus, supra (p. 95) dixi; ea enim fere sola attingere potest, quæ grammaticorum testimoniis non confirmata in codicibus describendis inde a primis Christiani temporis seculis a librariis corrupta esse possunt Itaque ad hæc carmina nihil fere præter exigua illa ex grammatico genere, quæ libr. I c. 4 posui, habeo annotatum; nam etiam si quid se obtulit aliquando coniecturæ, eam postea vidi ab aliis præceptam; velut cum a. 1864 mense

Iulio in schola Herloviana discipulorum explorationi adsidens libri noni Iliadis locum inde a v. 225 tractari audirem haberemque in manu Wolfii exemplum necdum illo tempore Bekkeriano usus essem, Listovio amico, qui scholæ illi præest, dixi v. 230 necessario scribendum esse *σόας ἔμεν*. Eiusdem est generis, quod Iliad. I, 327 ante multos annos annotavi scribendum esse *ἀκέοντε* pro *ἀέκοντε*, quoniam nulla omnino, cur inviti præcones obedierint, significatio est; nam id quoque ante me Bentleius vidit; sed ea coniectura neglecta ab omnibus videtur. Ne tamen nihil prorsus hoc loco ad Homerum conferatur, dicam Iliad. II, 340 scribendum esse: *ἐν πυρὶ δὴ βουλαί κε γενοίατο μήδεά τ' ἀνδρῶν* (pro *τε*). Respondet enim Nestor ipse ei, quod interrogaverat: *πῇ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν;* non optat. Atque etiam XIX, 321 verum esse puto: *οὐ μὴν γάρ κε κακώτερον ἄλλο πάθοιμι*, non, quod scribitur: *οὐ μὴν γάρ τι κακώτερον ἄλλο*.

Pindarum cum a. 1853 diligenter totum perlegerem, antea ex partibus cognitum, perpauca tamen annotavi et parva, quæ ad scripturam emendandam aut saltem sententiam interpunctione adiuvandam pertinerent; neque enim sine longioris temporis consuetudine satis familiariter nosci poterat. Ea hæc sunt.

Olymp. II, 65 (de piorum in beatis sedibus vita):

οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ
οὐδὲ πόντιον ὕδωρ
κεινὰν παρὰ δίαιταν.

Κενὴ δίαιτα neque per se quæ sit neque quomodo piis beatisque tribuatur, intellego voluisseque Pindarum dico *κεῖναν παρὰ δίαιταν* accipi: in illa vita (per illam vitam, dum in ea vita sunt). Etiam Pyth. 1, 93 *δίαιτα* vita est, non victus.

Pyth. I, 71 (ubi pacem poeta Hieroni precatur a Pœnis et Tyrrhenis non turbatam):

Λίσσομαι νεῦσον, Κρονίων, ἅμερον

ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοίνιξ ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ.

Domi ut maneat seque teneat Pœnorum clamor bellicus, recte precatur; ut domus ea mansueta mitisque sit, minus apte, multoque aptius clementiæ significatio ad Iovis nutum transfertur:

Αἴσσομαι, νεῦσον, Κρονίων, ἅμερον,
ὄφρα κατ' οἶκον κ. τ. λ.

Usitate enim eiusmodi verbo, quale est νεύειν, adiectivum singulari numero additur, ut νεῦμα ἅμερον intellegatur (synt. Gr. § 88 b).

Pyth. IV, 118: Αἴσονος γὰρ παῖς, ἐπιχώριος οὐ ξείναν ἱκόμαν γαῖαν ἄλλων.

Sic codices. Sed quoniam pro ἱκόμαν versus requirit hanc mensuram ⏑ — —, editur ἱκοίμαν ex Hermanni coniectura, in qua neque optativus sine ἄν recte ponitur neque potentialis illa, quam efficere volunt, affirmationis forma ullo modo ferenda est. Itaque aut ἱκνοῦμαι aut ἱκάνω scribendum videtur[1].

Ibd. 281: ἐπέγνω μὲν Κυράνα
καὶ τὸ κλεεννότατον μέγαρον Βάττου δικαιᾶν
Δαμοφίλου πραπίδων.

Frustra hunc genetivi usum ἐπέγνω πραπίδων Δαμοφίλου (adiuncto præsertim hoc altero genetivo) eiusmodi locis defendunt, in quibus participiorum genetivus absolutus est, sive Homeri (Iliad. IV, 357: ὡς γνῶ χωομένοιο), sive Platonis (apol. Socr. p. 27 A: ἆρα γνώσεται Σωκράτης ἐμοῦ χαριεντιζομένου;). Scribendum est, ν pro υ posito, Δαμόφιλον. Nam ἐπιγινώσκειν τινὰ δικαιᾶν πραπίδων eadem ratione dicitur, qua ἄγασθαι, μακαρίζειν, ζηλοῦν,

[1]) Christius nuperrime edidit: οὐχ ἵκω ξέναν μὰν γαῖαν ἄλλων et audaciore correctione et positu particulæ μάν vix probabili; nec divelli hæc debent ἐπιχώριος οὐ ξείναν.

αἰνεῖν τινά τινος (velut *προθυμίας*) et e contrario *μέμφεσθαί τινα, ὀργίζεσθαί τινί τινος.*

Pyth. VIII, 77: *δαίμων δὲ παρίσχει,*

ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν

μέτραν καταβαίνει. ἐν Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας κ.τ.λ.

Sic codices (aut *μέτρῳ*) vitiose, syllaba etiam *ἐν* in extremo versu abundante. Recte superiores intellexerant fortunæ inconstantiam significari dupliciter et in extollendis hominibus (athletis) et in premendis, eoque pertinere *καταβαίνει* verbum; sed prave hoc pro transitivo accipiunt. Scribendum:

ἄλλος δ' ὑπὸ χειρῶν

μέτρον καταβαίνει· Μεγάροις κ. τ. λ.

hoc est, alius (certando in ludis) infra mensuram manuum et virium descendit. (In Bergkii correctione et *ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν*, audito *βάλλων*, pravum est et *μέτρῳ κατάβαιν'* et retinetur manifestum additamentum *ἐν*, quod superiores sustulerant.)

Isthm. III (IV), 53 (35):

ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον, τὰν ὀψίᾳ

ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ, μομφὰν ἔχει παίδεσσιν

Ἑλλάνων, ὅσοι Τρῴανδ' ἔβαν.

Non per se *φοίνιος* erat *Αἴαντος ἀλκή* neque aptum videtur nudum illud *ἀλκὴν τέμνειν περὶ ᾧ φασγάνῳ*. Rectum erit:

ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκάν, φοίνιον τὰν ὀψίᾳ

ἐν νυκτὶ ταμὼν κ. τ. λ.

Nam *ἀλκὴν τέμνειν φοίνιον* est feriendo cruentare.

Venio ad scenicos poetas, in quibus multiplicem coniectura materiam habet et quos studiosius frequentiusque quam Pindarum tractavi, nec tamen ita, ut propriam quandam et præcipuam in iis studiorum sedem collocarem tractandoque et enarrando fabulas pæne ediscerem. In eos quæ nuper ingruerit hominum alioquin doctorum et

ıcutorum licentia et temeritas, dixi supra, exemplaque quædam in meis emendationibus explicandis ex iisdem locis sumpta interponam.

In **Æschyli** tragœdiis, quarum emendandarum fundamentum in uno codice Mediceo positum est, quæ nos difficultates circumstent, item dictum est supra (p. 120); itaque timide et raro emendationem tentavi. Quæ tamen cum aliqua spe et fiducia attigi, ex iis primum ad plures locos nec solius Æschyli pertinet. Nam

Prometh. 291, ubi Oceanus Promethea versibus anapæstis alloquitur:

Τό τε γάρ με, δοκῶ, συγγενὲς οὕτως
ἐσαναγκάζει χωρίς τε γένους
οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν
νείμαιμ' ἢ σοί[1])

solœcus est meo iudicio optativus sic sine potentialis orationis nota (*ἄν*) subiectus in sententia relativa primariæ præsentis temporis et indicativi modi sententiæ non minus quam in ipsa sententia primaria, velut illud in Iphig. T. 1055, nunc ab omnibus correctum: *τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα* (*ἂν πάντα*) *συμβαίη καλῶς*, quæque eiusdem generis olim tenebantur e codicibus Soph. Œd. Col. 565 (*ξένον οὐδένα ὑπεκτραποίμην*) et 1419 (*πῶς γὰρ … ἄγοιμι*) et aliis locis, nec defensionis artificia curo.[2]) Et tamen sic post *οὐκ ἔστιν, ὅς* aut *ὅπως* (aut *ἔστιν ὅς* vel *ὅπως* interrogative dictum) optativus positus legitur pluribus locis,

---

[1]) De versuum descriptione tantum hoc loco dicam, me monometros illos, quos, ut parœmiacum extremum consequantur aliave de causa, ut mihi quidem videtur, sæpe casu interponunt, omnes improbare anapæstosque per dimetra, quamdiu nihil obstet, decurrere putare. In carminibus chororum, quæ ipse non paulo aliter longioribus sæpe versibus describerem, sequar hoc loco Dindorfium.

[2]) Prorsus, quanquam satis mirus, tamen separandus est optativus sine *ἂν* in sententiis, quæ cum infinitivo in sententia generali posito coniunguntur (synt. Gr. § 132 d not. imi marginis); nam in iis nulla est significatio potentialis.

apud Æschylum Agam. 620: *Οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ | Εἰς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον*, et Choeph. 172: *Οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἑνὸς κείραιτό νιν*, apud Sophoclem Œd. Col. 1172: *καὶ τίς ποτ' ἔστιν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι;* (nam ibd. 561 recte ponitur *ἐξαφισταίμην* in explenda oratione potentiali, *ἂν τύχοις*, et in Philoct. 695 *παρ' ᾧ ἀποκλαύσειεν* post imperfectum *ἦν* recte refertur ad *ἔχων*, respondens huic rectæ orationis præsentis temporis formæ: *οὐκ ἔχει, παρ' ᾧ ἀποκλαύσῃ*), apud Euripidem Alc. 52: *ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις εἰς γῆρας μόλοι;* et 117: *ἔσθ' ὅποι τις στείλας ... δυστάνου παραλῦσαι ψυχάν;* apud Aristophanem in vesp. 471: *ἔσθ' ὅπως ἄνευ μάχης καὶ τῆς κατοξείας βοῆς Ἐς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς;* (nam ran. 96 *ὅστις . . . λάκοι* explet sententiam potentialem: *γόνιμον δὲ ποιητὴν ἂν οὐχ εὕροις ἔτι Ζητῶν ἄν, ὅστις ...*).[1]) Ex his quod in Eurip. Alc. 117 scribi volueram *παραλύσει*, nuper præceptum video a Nauckio; apud Aristophanem Hermannus pro *ἄνευ* scribi voluit *ἂν ἐκ μάχης*, mihi in mentem venit: *Ἔσθ' ὅπως ἄνευ μάχης ἂν καὶ κατοξείας βοῆς*, omissoque casu *ἂν* additum ad versum explendum *τῆς* putabam[2]). In Æschyli Agam. 620 scribendum videtur: *Οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ κάλ' ἄν.* In Œdip. Col. v. 1172 recte Brunckius scripsisse videtur:

---

[1]) Tragicorum locos posuit inter alios, in quibus *ἂν* omissum defenditur, Krueger gr. Gr. II, 54, 3, 8. Recta forma quæ sit, ostendunt Aristoph. av. 628, Xenophon. an. II, 3, 23 et alia exempla permulta.

[2]) Hic igitur Hermannus, ut sæpe ad verum rapiebatur artificiorum oblitus, potentialem formam requisivit, abiectis iis, quæ ab eo alii describunt de optativo nudo et sine condicione posito et alibi et ad defendenda hæc in Platonis Lys. p. 214 D: *ὃ δὲ αὐτὸ αὑτῷ ἀνόμοιον εἴη καὶ διάφορον, σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ ὅμοιον ἢ φίλον γένοιτο.* Sic enim etiam C. F. Hermannus edidit. Recte editur Protag. p. 330 D, Phædon. p. 106 D, ne Xenophontis mem. III, 14, 3, IV, 4, 25 commemorem. (Scr. *ὅμοιον ἄν.*)

ὃν ἂν ἐγὼ ψέξαιμί τι; omisso ἂν post ὃν additum est inane prorsus fulcrum versus γέ. Difficilius persuadebo, et tamen ipse mihi prorsus persuasi, Æschylum in Promethei loco et in Choephoris scripsisse illic: Οὐκ ἔστ' ἂν ὅτῳ μείζονα μοῖραν | Νέμαιμ' ἢ σοί, hic: Οὐκ ἔστ' ἂν ὅστις πλὴν ἑνὸς κείραιτό νιν, transposita, cum sententia relativa cum brevissima sententia primaria in unam conflaretur, particula ante vocem relativam, quemadmodum fit in noto dicendi genere οὐκ ἂν οἶδα (οὐκ οἶδ' ἄν), εἰ δυναίμην (synt. Gr. § 139 b not., Matth. gr. § 599, 3, ubi testimoniis citatis addi potest Xenophontis Cyrop. V, 4, 12) et eodem modo ante ὅτι apud Xenophontem anab. III, 2, 24 (καὶ ἡμῖν γ' ἂν οἶδ' ὅτι τρισάσμενος ταῦτ' ἐποίει) et Demosth. Philipp. II, 29; nec dissimile est, quod, confuso item primariæ et secundariæ sententiæ fine, dicitur: τί οὖν, ἂν φαίη ὁ λόγος, ἔτι ἀπιστεῖς; (Plat. Phædon. p. 87 A etc.), quoniam per se ἂν non ponitur in initio sententiæ (ἂν φαίης). Hoc si ita est, relinquitur dubitatio, in Euripidis Alcest. 52 utrum, producto ἂν (Dindorf. præfat. ed. primæ poet. scen. Græc. p. VII sqq., quanquam sententiam ipse postea mutavit), scribendum sit: ἔστ' ἂν ὅπως Ἄλκηστις εἰς γῆρας μόλοι; an ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις ἂν γῆρας μόλοι; etsi alibi verbo μολεῖν accusativum huiusmodi substantivi sine præpositione adiunctum non memini.

Ibd. (Prometh.) 425 (in chori carmine):

Μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις
δαμέντ' ἀδαμαντοδέτοις Τιτᾶνα λύμαις
εἰσιδόμαν θεὸν Ἄτλαν.

Prorsus abundat ἐν πόνοις et falsum est; nam ἐν πόνοις multi deorum fuerant, unum, ut Promethea, in vinclis Oceanides viderant. Scribendum: ἐντόνοις δαμέντ' ἀδαμαντοδέτοις τε Τιτᾶνα λύμαις εἰσειδόμαν.

Ibd. 602 Io interrogat:

δυσδαιμόνων δὲ τίνες, οἵ, ἐή,
οἵ' ἐγὼ μογοῦσιν;

Inanes sunt ambages in illis *τίνες, οἵ* nec Græcæ; neque enim, cum Græce interrogatur, sitne quisquam, qui patiatur, sic interrogatur: *τίς, ὅς,* sed *ἔστιν, ὅς;* Scribendum, nulla littera mutata: *δυσδαιμόνων τίνες οἵ', ἐή, οἵ' ἐγὼ μογοῦσιν;* ut graviter *οἵα* interiecta exclamatione geminetur.[1])

Ibd. 848 Prometheus permire Io, cum ad Nili ostia accesserit, rationis rursus compotem fore dicit Iovis manu tantum tactam:

ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα
ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον.

Nam rationis usu nunquam aut ante Io caruerat aut in hoc cum Prometheo colloquio caret; nec minus mire huic recuperandæ tactu Iovis rationis mentioni subiiciuntur hæc de filio nascituro:

Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον,

ut nomen filii pertineat non ad memoriam eius tactus, ex quo ipse ortus sit, sed ad eius, quo mens matri reddita. Itaque quod hæc non cohærent, Elmsleius et Dindorfius v. 849 violenter et sine ulla, quæ in ipso versu sit, causa eiiciunt, Hermannus inter 848 et 849 aliquid excidisse putat. Dindorfius quidem, illo versu eiecto, tactus mentionem, quæ abesse propter *ἐπώνυμον* et totam sententiam nequit, Wieseleri coniectura (*γέννημ' ἀφῶν*) postliminio restituit. Recta omnia erunt, si pro inepta rationis mentione substituerimus necessariam et rectam graviditatis solo tactu efficiendæ, cuius rei in filio nato memoriam

[1]) v. 770 Hermannus vidit scripturam codicis Medicei simpliciter restituendam esse (*οὐ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθείς*). Negat Prometheus aliud esse periculi avertendi auxilium quam se ipsum vinclis aliquando solutum.

nomen conservaturum sit: Ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησ' ἔγκύμονα | ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον. | Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων | τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον. Nam γεννημάτων nomen recte de Iovis procreatione et eius singulari modo ponitur præcedente illo ἐπαφῶν καὶ θιγών, ad quod illud refertur.

Ibd. 859 (de Ægyptiadis Danaides tanquam accipitribus columbas persequentibus nec tamen nuptiarum fructum percepturis):

Ἥξουσι θηρεύοντες οὐ θηρασίμους
γάμους· φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός·
Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ
Ἄρει δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει.

Ad sententiam neque φθόνος accommodari potest neque, qui ineptissime dicitur, φθόνος σωμάτων. Σώματα Ægyptiadarum sunt, quæ rectissime terra Græca acceptura gremio suo dicitur, cum a feminis occisi sint. (Frustra hic quoque Dindorfius lacunam fingit.) Videtur fuisse: φορὰν δὲ σωμάτων ἕξει θεός: impetum corporum coercebit deus. Σώματα, non ipsos, poeta coercitum iri dixit, ut et robur persequentium significaret et proxima apte adiungeret.

Ibd. 1054 sqq., postquam superioribus versibus Prometheus cœlum, terram, mare misceri ruinasque omnium sibi a Iove iniici iussit, se tamen necari non posse, Mercurius eam furentium esse mentem verbaque dicit:

Τοιάδε μέντοι τῶν φρενοπλήκτων
βουλεύματ' ἔπη τ' ἔστιν ἀκοῦσαι.
Τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαίειν
ἡ τοῦδε τύχη; τί χαλᾷ μανιῶν;

Sic enim Dindorfius edidit; in codice Mediceo est ἡ τοῦδ' εὐτυχῆ. Fortuna Promethei furere et per se inepte dicitur perverseque hæc ratio superioribus subiicitur. Sed nihilo feliciores ceterorum coniecturæ. Scribendum est: ἡ τοῦδ' εὐχή: Quid enim a furore distant hæc, quæ Prometheus vovet (εὔχεται)?

Septem adv. Thebas v. 10 sqq. Eteocles omnes omnis ætatis cives sine ulla exceptione patriæ et dis patriis opem ferre iubet; civium, quod non intellectum ab editoribus plerisque videtur, tria facit genera, eorum, qui nondum ad legitimam militandi ætatem pervenerint, eorum, qui eam supergressi sint, eorum denique, qui ipsam ætatem et iuvenile robur (*ἥβην*) habeant. Ea sententia facillime e codicum scriptura recte interpuncta efficitur, modo v. 13 pro *ὥστις συμπρεπές*, quod in cod. Med. est, sed eraso altero σ, restituatur, quod Stanleius fecit, *ὥστε*:

Ὑμᾶς δὲ χρὴ νῦν, καὶ τὸν ἐλλείποντ' ἔτι
ἥβης ἀκμαίας καὶ τὸν ἔξηβον χρόνῳ
βλαστημὸν ἀλδαίνοντα σώματος πολὺν
ὥραν τ' ἔχονθ', ἕκαστον, ὥστε συμπρεπὲς,
πόλει τ' ἀρήγειν καὶ θεῶν ἐγχωρίων
βωμοῖσι κ. τ. λ.

Qui altero loco ponitur, *ὁ ἔξηβον χρόνῳ βλαστημὸν ἀλδαίνων σώματος πολύν*, est, qui iuventute exutum incrementum corporis multum auxit, hoc est, cuius corpus, iuventute superata, longe vivendo ætatem protraxit. Tertio loco sic adiungitur *ὥραν ἔχων*, ut eidem subiiciatur articulo atque prius membrum proprieque primo generi duo postrema coniunctim contraria ponantur; deinde apte additur de omnibus: ut quemque decet. Dindorfius v. 13 damnato eam ætatem, cuius primæ et legitimæ sunt partes in patria defendenda, sustulit. (Interpunctionem, quæ vulgo post *χρόνῳ* est, etiam Hermannus abiecit, sed reliqua non expedivit.)

(De v. 428 vid. supra p. 171.)

Ibd. 636 sqq. nuntius narrat, Polynicem precari, ut, capta urbe, aut in Eteoclem incidat et eo occiso ipse cadat aut vivum simili, atque ipse passus sit, exilio et calamitate ulciscatur:

σοὶ ξυμφέρεσθαι καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας

ἢ ζῶντ' ἀτιμαστῆρα τῶς ἀνδρηλάτην.
φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον.

Sic enim codex Mediceus in illo τῶς mendosus. Apparet, ut in v. 636 κτανὼν θανεῖν coniunguntur, sic in 637 participio ζῶντα aliam vocem respondere debere (vivum vivus ipse); nec minus apertum est male et ad sententiam et ad orationis formam Eteoclem solum et ἀτιμαστῆρα appellari et ἀνδρηλάτην, quibus vocabulis qui comparandi particulam interponunt (ἀτιμαστῆρ' ὅπως), sententiam perimunt; neque enim Polynices precatur, ut tanquam ἀτιμαστῆρα Eteoclem ulciscatur, sed ut ipsum ἀτιμαστῆρα suum. Vera et acuta sententia erit et recte superiori respondebit membro, si sic certissima emendatione scripserimus: ἢ ζῶντ' ἀτιμαστῆρα σῶς ἀνδρηλάτης φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον. Vivo ignominiæ auctori se vivum exilii et ignominiæ auctorem fore Polynices cupit. Et σῶς scriptum reperio in tertia Dindorfii editione (Lips. 1857), sive ipsius sive alius ea emendatio est; sed teneri veritas non potuit tantum ex dimidia parte cognita.

Ibd. 1047 fortasse scribi debet: Ἤιδη τὰ τοῦδ' ὅτ' οὐκ ἀτίμητ' ἦν θεοῖς: Noram, cum huius res dis non invisæ nec contemptæ erant. Apte respondet præco: Non (sane invisæ fuerunt), priusquam hanc terram periculo obiecit. Et de ᾔδη verbo pæne confido.

Pers. 112: πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσμασι λαοπόροις τε μαχαναῖς. Qui sint rudentes λεπτόδομοι aut quomodo, quamvis non raro apud tragicos obscuretur altera pars adiectivi compositi, vocabulum a δόμος fictum ad rudentes accommodari possit, prorsus non intellego; λεπτότονα πείσματα quæ essent, intellegerem, etiam λεπτότομα, e corio facta et subtiliter secta.

Ibd. 173 senes, e quibus chorus constat, se ad obediendum in omnibus, quæ possint, promptos significant his verbis:

Εὖ τόδ' ἴσθι, γῆς ἄνασσα τῆςδε, μή σε δὶς φράσαι
μήτ' ἔπος μήτ' ἔργον ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ.

Pro φράσαι necessario scribendum φράσειν: Scito te nihil bis dicturam; nam primæ voluntatis significationi obediemus.[1])

Ibd. 603 sqq:

Ἐμοὶ γὰρ ἤδη πάντα μὲν φόβου πλέα
ἐν ὄμμασιν τἀνταῖα φαίνεται θεῶν.

Inepte τἀνταῖα θεῶν (cum articulo) dicuntur φαίνεσθαι πάντα πλέα φόβου. Omnia Atossæ terroris plena videntur versanturque ante oculos adversa deorum consilia voluntatesque (hæc enim sunt ἀνταῖα θεῶν); scribendum litteris recte divisis: ἐν ὄμμασιν τ' ἀνταῖα φαίνεται θεῶν.

Supplic. v. 9. Adhibita Bambergeri emendatione scribendum est oratioque interpungenda sic:

ἀλλ' αὐτογενῆ (cod. *αὐτογένητον*, Bamb. *αὐτογενεῖ*)
φυξανορίᾳ
γάμον Αἰγύπτου παίδων ἀσεβῆ τ' ὀνοταζόμεναι.

Non φυξανορία erat αὐτογενής, sed γάμος (et coniunguntur αὐτογενῆ ἀσεβῆ τε, quæ particula alioqui non habet, quo referatur); eas nuptias φυξανορίᾳ Danaides repudiabant.

Ibd. 16 sqq. Argos se appulisse Danaides dicunt,

ὅθεν δὴ
γένος ἡμέτερον τῆς οἰστροδόνου
βοὸς ἐξ ἐπαφῆς κἀξ ἐπιπνοίας
Διὸς εὐχόμενον τετέλεσται.

Pravum ὅθεν . . . τετέλεσται, pravius multo sic nude positum εὐχόμενον. Una littera mutanda et verba recte interpungenda: ὅθεν γένος ἡμέτερον, Βοὸς ἐξ ἐπαφῆς καὶ ἐπιπνοίας Διὸς εὐχόμενον τετελέσθαι: unde nostrum

---

[1]) V. 223 cum crederem, in codice Med. esse, ut edebatur, γαίας κάτοχα, coniectura γαίᾳ scripsi, quod est in ipso codice. Quæ terra continentur et cohibentur, γαίᾳ κάτοχα sunt, γαίας κάτοχα, quæ terram tenent.

est genus, quod gloriatur se creatum esse ex Iovis tactu et afflatu. Et τετελέσθαι Schuetzius scripsit, sed parum recte orationem distinxit et interpretatus est.

Ibd. 332 rex Argivus ex Danaidibus quærit:

Τί φῄς ἱκνεῖσθαι τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν,
λευκοστεφεῖς ἔχουσα νεοδρέπτους κλάδους;

Neque ἱκνεῖσθαι θεῶν Græce dicitur neque, cur deis supplicent, interrogat rex, sed cur supplicum ornatu ad deos accesserint. Scribendum est: *Τί φῄς ἱκνεῖσθαι τόνδ' ἀγῶν' ἐμῶν θεῶν;* Consessum deorum (etiam signis expressorum) ἀγῶνα θεῶν et Homerus appellat et tragici.

Ibd. 514: *Ἀεὶ δ' ἀνάκτων ἐστὶ δεῖμ' ἐξαίσιον.* Et δὲ particula prava est, quasi rex orationem chori continuet et confirmet, et tota sententia; non agitur enim, quis timeatur, nec ullos se chorus ἄνακτας timere significaverat, nec rex se aliosve reges timeri queritur; Ægyptiadas ἄνακτας honorifico nomine appellare nequit, nec ad eos sententiam pertinere sed generalem esse, ἀεί adverbium ostendit. Reprehendit rex nimium Danaidum timorem ita, ut ad genus reprehensionem transferat: *Ἀεὶ γυναικῶν ἐστὶ δεῖμ' ἐξαίσιον.*

Ibd. 820 *μάταιοι* (quod pro ἄλαιοι accipi nequit) corruptum est latetque vocabulum quærendi significationem habens et cum *ματεύω*, *μαστεύω* cognatum, sive id *ματείαις* fuit sive alia forma. Versus, qui huic respondet, ipse incertissimus est.

Ibd. 962. Scribendum interpungendumque:

Τούτων τὰ λῷστα καὶ τὰ θυμηδέστατα,
πάρεστ'. ἀωτίσασθε.

horum (licet nec quicquam obstat) optima et gratissima eligite. *Ἀωτίσασθε* pro *λωτίσασθε* (cod. *λωτίσασθαι*) Dobrei est, mire neglectum, aptissimum et recte ex ἄωτος deductum verbum pro incredibili in hac significatione *λωτίζομαι*, quod ne ipsum quidem alibi legitur. Etiam Euripidis Hel. 1593 pro *Ἑλλάδος λωτίσματα*, quod idem

in *A* et *Λ* error genuit, restituendum esse *ἀωτίσματα*, non dubito quin Dobreus dixerit, cuius libri inspiciendi copia non est.

Ibd. 970 sic scribendum oratioque distinguenda est:

Τοῦ γὰρ προτέρα μῆτις, ὅπου χρὴ
δώματα ναίειν. Κεἰ τόπος εὔφρων,
πᾶς τις ἐπειπεῖν ψόγον ἀλλοθρόοις
εὔτυκος· εἴη δὲ τὰ λῷστα.

In vulgata interpunctione debebat saltem dici *καὶ ὅστις τόπος εὔφρων*. Sed hoc pater scire nequibat. Chorus patris consilium de habitandi loco eo magis audiendum putat, quod, quamvis benevolus locus sit, tamen peregrino et alius sermonis homini difficile sit reprehensionem vitare.

Agamemn. 606: *γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολών*. Prorsus incredibilia narrantur de optativo aoristi, qui in oratione promittentis absurdus est, rectus esset, si quis narraret, quid invenisset, hac forma: *ἤγγειλε, ὅτι ἥκοι, γυναῖκα δ' εὕροι*. Nisi quis audet Æschylo tribuere repetitum ex infimæ ætatis scriptorum angulis futurum *εὑρεῖ*, scribendum est: *γυναῖκα πιστὴν δ' ἂν δόμοις εὕροι μολών*

Ibd. v. 878 ineptus est de Oreste filio patriam domum tenente: *ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστωμάτων*, aptissimus de fido custode, cui filium suum Agamemno et Clytæmnestra commiserint; itaque inter 880 et 881 ponendus est, ut sic oratio decurrat:

Ἐκ τῶνδέ τοι παῖς ἐνθάδ' οὐ παραστατεῖ,
ὡς χρῆν, Ὀρέστης· μηδὲ θαυμάσῃς τόδε.
Τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος,
ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστωμάτων,
Στρόφιος ὁ Φωκεύς.

Ibd. 884 pravum est *ὥστε*, quoniam nulla consecutio significatur, sed rei declarandæ et confirmandæ causa generalis sententia ponitur; scribendum:

. . . εἴ τε δημόθρους ἀναρχία
βουλὴν καταρρίψειεν, ὥς τοι σύγγονον
βροτοῖσι τὸν πεσόντα λακτίσαι πλέον,

ut solent scilicet mortales.

Ibd. 886 non video, quæ σκῆψις intellegatur; Strophii admonitionem de periculis et cauta eorum provisione Clytæmnestra significarat; ea σκέψις potius esse videtur.

Ibd. 984 (in chori carmine):

Χρόνος δ' ἐπεὶ πρυμνησίων ξυνεμβολαῖς
ψαμμίας ἀκάτα παρήβησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
ὦρτο ναυβάτας στρατός[1]).

Pro ἐπεί, quod orationis structuram turbat, scribendum esse ἐπί et alii ante et olim Hermannus recte intellexerat; (nam postea longe a litteris discedens τοί posuit;) in ἀκάτα subesse ἀκτῆς nomen, quod adiectivum ψαμμίας ipsum subiicit, Tyrwhittus vidit, sed in casu aberravit (ἀκτάς). Scribendum est enim: *Χρόνος δ' ἐπὶ πρυμνησίων ξυνεμβολαῖς | ψαμμίας ἀκτᾶς παρήβησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον κ. τ. λ.*: Tempus post retinacula oræ arenosæ iniecta plus quam maturum præteriit, cum (h. e. ab eo inde tempore, cum) cet. Duplex ξυνεμβολαῖς nomini adiungitur genetivus.

Ibd. 1121:

Ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς
σταγών, ἅτε καιρία πτώσιμος
ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς.

Neque apte καιρία πτώσιμος coniungitur neque σταγὼν ἐπὶ καρδίαν τρέχουσα recte πτώσιμος dicitur; rectissime contra: πτωσίμοις | ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς: vitæ intereuntis lumini cadenti.

Ibd. 1197, postquam Cassandra divina mentis vi utens

---

[1]) Versus chori hic et alibi, quoniam ea res expediri h. l. non potest, pono ut apud Dindorfium divisi sunt.

domus Agamemnoniæ vetera scelera malaque significavit, testimonium a choro sibi reddi vult, verane cecinerit:

'Εκμαρτύρησον, προὐμόσας τὸ μὴ εἰδέναι
λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων.

Sic Dobreus pro τὸ μ' εἰδέναι. Sed perverse Cassandra chorum primum id iurare iubet, quod eum iurare vere posse non poterat credere; nam senes indigenæ hæc scire debebant; deinde id, quod si iurarent, totum eorum testimonium inanissimum futurum erat; si enim nihil ipsi de domus Agamemnoniæ veteribus maleficiis audiverant, quomodo æstimare poterant, verane Cassandra dixisset? Neque quicquam iurat chorus. Cassandram ipsam iurare consentaneum erat, nihil se fando et narrationibus aliorum accepisse, omnia animi fatidica vi dixisse. Rem per se certissimam confirmat orationis vitium (ὄμνυμι τὸ μὴ εἰδέναι, addito articulo). Scribendum est: 'Εκμαρτύρησόν προὐμοσάσῃ μὴ εἰδέναι [1]). Sed superest aliud mendum; respondet enim chorus: *Καὶ πῶς ἂν ὅρκου πῆγμα γενναίως παγὲν | παιώνιον γένοιτο;* deinde testimonium reddit, omnia sic Cassandram cecinisse, quasi ipsa rebus interfuisset. Iurisiurandi vis salutifera (παιώνιον) alienissime a tota re et sententia commemoratur, sive Cassandra ipsa iurat sive chorum iurare cogit; hoc dicit chorus, se Cassandræ iuriiurando non diffidere; ὅρκου πῆγμα γενναίως παγὲν sperni non posse. Latet igitur sub illo παιώνιον vox, quæ aut vanum et perfidum aut vile et contemptui significet; ἀνεμώλιον nimis discedit, neque propius reperio.

Ibd. 1227 sqq. Cassandra Clytæmnestram Agamemnoni insidiantem cum cane falso blandienti comparat:

Νεῶν τ' ἔπαρχος 'Ιλίου τ' ἀναστάτης

---

1) Hanc emendationem in margine exempli mei sic notatam reperio, ut incertus sim, meane an alius sit; sed in libris, qui ad manum sunt, eam non reperio.

οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς
λέξασα κἀκτείνασα φαιδρόνους, δίκην,
ἄτης λαθραίου, τεύξεται κακῇ τύχῃ.

Primum scribendum mutato accentu *οἷα* (qualis), tum, accepta Tyrwhitti manifesta emendatione *λείξασα* (nam lambendo blanditur canis), ex voce inaudita et compositionis pravæ (*φαιδρὸς νοῦς*) et, si quid significat, hinc alienissima faciendum, ut *ἐκτείνασα* obiectum habeat, divisis litteris *φαιδρὸν οὖς*. Significantur aures blande iactatæ et motæ. Sed restat *τεύξεται*, quod plane nihil est; (neque enim fore credo, qui *οἷα* retento *τεύξεται* pro *τεύξει* accipiat, spreta certissima sermonis lege). Perstat Æschylus in imagine; scripsit enim *δήξεται*: canis perfida inter blanditias mordebit. (Et *ἐκτείνασα* et *δήξεται* sic dicuntur, ut *γλῶσσα μισητῆς κυνός* intellegatur ipsa canis.) Sic igitur totus locus scribendus:

οὐκ οἶδεν, οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς
λείξασα κἀκτείνασα φαιδρὸν οὖς δίκην
Ἄτης λαθραίου δήξεται κακῇ τύχῃ.

Apparet *Ἄτην* personam intellegi.

Ibd. 1252 postquam Cassandra Agamemnonem interfectum iri dixit chorusque interrogavit, quis vir hoc scelus paret, Cassandra subiicit: *Ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις* (aut *παρεσκόπης*) *χρησμῶν ἐμῶν*, intellecta vaticinia sua (quibus supra a Clytæmnestra id scelus perpetratum iri significaverat) negans; ita esse ostendit etiam, quod chorus respondet: *τοῦ γὰρ τελοῦντος οὐ ξυνῆκα μηχανήν*. Sed verba corrupta sunt, ita tamen, ut orationis forma perspicue appareat; nam in *ἄρ' ἂν* subest substantivi accusativus a *παρεσκόπεις* pendens et ex quo ipso pendeat genetivus. Non recte adspexisti (vellem liceret cum quibusdam philologis dicere: prætervidisti) vaticiniorum meorum . . . (vim, tenorem). Non video, cur ullam litteram mutemus nec teneamus: *ἦ κάρτ' ἀρὰν παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν*,

diras vaticiniorum meorum, diram significationem; nisi quod præsens imperfecto aptius est παρασκοπεῖς[1]).

Ibd. 1422. Clytæmnestra choro reprehendenti et pœnam significanti et alia respondet et hæc:

ἐπήκοος δ' ἐμῶν
ἔργων δικαστὴς τραχὺς εἶ· λέγω δέ σοι
τοιαῦτ' ἀπειλεῖν ὡς παρεσκευασμένης
ἐκ τῶν ὁμοίων χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
ἄρχειν· ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεός,
γνώσει διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν.

Apertum est nec sententiam nec orationem constare in illis ὡς παρεσκευασμένης . . . νικήσαντ' ἄρχειν. Sed quæ subsit sententia, nec hæc νικήσαντ' ἐμοῦ ἄρχειν nec illa ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεός dubitare sinunt nec tota loci cohærentia. Hoc enim Clytæmnestrā dicit, si talia minari chorus velit, paratum eum esse debere ad pugnandum, ut victæ Clytæmnestræ imperet; ipsam enim non sine certamine cessuram; sin victus chorus fuerit, fore, ut modestus esse discat. Scripsit igitur Æschylus: λέγω δέ σοι | τοιαῦτ' ἀπειλεῖν ὡς π α ρ ε σ κ ε υ α σ μ έ ν ο ν | ἐκ τῶν ὁμοίων χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ | ἄρχειν: iubeo te talia minari ut paratum, id est, iubeo te ita tantum talia minari, si paratus es[2]).

---

[1]) Meinekius scribi voluit ἦ κάρτα τἄρ' αὖ παρεκόπης χρησμῶν ἐμῶν, inutilibus particulis coacervatis, nova verbi constructione. Hinc progressus Dindorfius omnia vertit, ut esset: ἦ κάρτα χρησμῶν παρεκόπης κλύων ἐμῶν. Velim animadverti, quam licenter ipsæ reliquiæ veri (ἄρ' ἄν) prorsus sublatæ sint, vocabulum longe traiectum, novum (κλύων) illatum. Hoc est versus facere, non emendare a librariis vitiata.

[2]) Dindorfius Engerum secutus totum versum 1422 (τοιαῦτ' ἀπειλεῖν cet.) tolli iubet, unde natus sit, non curans; habet enim, quos increpet, interpolatores nulla prorsus causa, quod libuit, in alienissimos locos inferentes; sed quid deinde? In v. 1423 scribit ἄρξειν σε, quod (illo versu sublato) sententia futurum

Ibd. 1639 Ægisthus imperiose minatur:

. . . τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειραφόρον
κριθῶντα πῶλον.

In litteris ουτιμη (pro quo substituunt οὔτι μοι, dativum incommodissimo loco interponentes) latet dativus substantivi feminini generis coniungendum cum βαρείαις (littera σ intercidit ante σειραφόρον) significansque frenos frenorumve aliquam partem; ἡνίαις, quod et versui et sententiæ satisfacit, a litteris videtur nimis discedere; sed utar eo, donec propius repertum erit.

Ibd. 1657 (in Clytæmnestræ oratione):

Στείχετε δ' οἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους τούσδε,
πρὶν παθεῖν ἔρξαντες καιρὸν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.

Sic codices. Τούσδε sustulit Scaliger; deinde sententiam finiri aut insistere in ἔρξαντες omnes fere intellexerunt; sed πεπρωμένοι cur domus appellentur, causa iure quæritur nec reperitur; (simpliciter enim domos abire iubentur;) illud non videtur animadversum, inepte iuberi senes facere aliquid antequam patiantur; nam Clytæmnestra potius pœnam (παθεῖν) minatur, si quid fecerint (nisi quieverint). Scribendum est certa emendatione: πεπρωμένοις, | πρὶν παθεῖν, εἴξαντες, cedentes rebus fato decretis, antequam malo vestro cedere discatis; πεπρωμένα Clytæmnestra fuisse, quæ fecerit, dicit. Deinde recte pro καιρόν requiritur infinitivus ad χρῆν pertinens; sed αἰνεῖν nimis discedit; fuit fortasse: ἀρκεῖν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν: satisfacere vobis oportebat, quemadmodum hæc gesserimus. Restat initium prioris versus fractum, ubi

---

postularet. Hoc quoque falsum. Neque enim Clytæmnestra choro victoriam promittit, sed iubet vincere et imperare; alioquin se minis non cessuram, ne passuram quidem proferri.

Dindorfius Franzium secutus edidit Στεῖχε καὶ σὺ χοὶ γέροντες. Sed Ægistho quæ dicenda erant, superioribus versibus absoluta sunt; hæ minæ et iussa nihil omnino ad eum pertinent. Itaque scribendum potius: Στείχετ' ἤδη χοὶ γέροντες κ. τ. λ.

Choephor. (172 vid. p. 191) 690 narrata nuntius subornatus, qui ipse Orestes est, Clytæmnestræ, quam ignorat scilicet, Orestis morte, hæc addit:

> εἰ δὲ τυγχάνω
> τοῖς κυρίοισι καὶ προσήκουσιν λέγων,
> οὐκ οἶδα, τὸν τεκόντα δ' εἰκὸς εἰδέναι.

Inanissimum et sensu cassum hoc, patrem Orestis scire debere — quid? num nuntius ei, ad quem res pertineat, narraverit, hoc est, num patri narraverit. Ipse nuntius, eos, quibus res narranda erat, ignorans sperat Clytæmnestram scire et sibi indicare posse, quis sit Orestis pater, ut ad eum adeat; (patrem pridem interfectum esse nuntius scilicet ignorat;) scripsit igitur Æschylus: οὐκ οἶδα, τὸν τεκόντα δ' εἰκὸς σ' εἰδέναι. Littera bis scribenda semel scripta est.

Ibd. 737 nutrix Clytæmnestram narrat Ægisthum advocari iussisse, ut ipse de morte Orestis ex advena audiat; deinde, Clytæmnestra quemadmodum nuntium acceperit, his verbis dicit:

> πρὸς μὲν οἰκέτας
> θέτο σκυθρωπῶν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων,
> κεύθουσ' ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις καλῶς
> κείνῃ, δόμοις δὲ τοῖσδε παγκάκως ἔχει
> φήμης ὕφ' ἧς ἤγγειλαν οἱ ξένοι τορῶς.

Et τίθεσθαι ἐντὸς ὀμμάτων γέλων inepte dicitur et pravissime adhæret sine obiecto κεύθουσα. Apparet, Clytæmnestram lætitiam et risum occultasse; coniungenda igitur sunt γέλων κεύθουσα. Hoc reperto quæritur obiectum verbi θέτο. **Id inest in** ὀμμάτων, ex quo fit ὄμμα, τὸν γέλων **κεύθουσα.** Iam reliqua sequuntur facillime; sic

enim Æschylus scripsit: πρὸς μὲν οἰκέτας | θέτο σκυθρωπὸν ἐκτὸς ὄμμα, τὸν γέλων κεύ|θουσ' ἐπ' ἔργοις: coram famulis extrinsecus tristem vultum præferebat, intus risum et lætitiam occultans, ob res ipsi opportunas, domui exitiosas. Et relictum est in codice σκυθρωπόν veri indicium, infeliciter a Victorio occultatum. 'Εκτός pro præpositione acceptum ὀμμάτων illud genuit; deinde reliqua nata sunt.

Ibd. 866:

Τοίανδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος
δισσοῖς μέλλει θεῖος 'Ορέστης ἅψειν.

Qui μόνος est, ἔφεδρος appellari nequit; e duobus alter alteri ἔφεδρος cum sit, ambo ἔφεδροι appellari possunt. Scribendum: μόνος ἐφέδροις δισσοῖς. Casus accommodatus est ad præcedentia.

Ibd. 994 interrogat Orestes, venenatæ bestiæ peioresne sint quam uxor infida (Clytæmnestra), quod quidem ad audaciam et nocendi voluntatem attineat:

. . . *μύραινά γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ*
σήπειν θιγοῦσα μᾶλλον ἂν δεδηγμένον,
τόλμης ἕκατι κἀδίκου φρονήματος;

Quam sensu cassum sit, quod e codicibus editur: θιγοῦσ' ἂν ἄλλον οὐ δεδηγμένον, exponere supersedeo.

Eumenid. 750, 751 (ubi Apollo iubet diligenter numerari calculos et sententias iudicum):

Γνώμης δ' ἀπούσης πῆμα γίγνεται μέγα
βαλοῦσά τ' οἶκον ψῆφος ὤρθωσεν μία.

Et sententia et forma orationis in contrarie relatis pro βαλοῦσα, quod nullo exemplo inauditaque significatione dicitur, scribi iubet παροῦσα. Sed simul scribendum γνώμης τ' ἀπούσης, et ad membra contraria notanda et quod hæc sententia per δέ adiungi superioribus nequit; poterat γάρ poni; sed recte hæc generalis sententia pro argumento sine particula subiicitur.

Ibd. 824, 825 Minerva Eumenides, se inhonoratas esse et contemni querentes, sic alloquitur:

Οὐκ ἔστ' ἄτιμοι, μηδ' ὑπερθύμως ἄγαν
θεαὶ βροτῶν στήσητε δύσκηλον χθόνα.

Manifesto corruptum est *χθόνα*. Scribendum videtur *δύσκηλον χόλον*: neve nimis vehementer conceperitis deæ mortalium implacabilem iram, id est, qualis in mortalibus esse solet.

Ibd. 913 sqq. (in Minervæ oratione):

Τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ
πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ
τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.

Genetivi ratio reddi in hac scriptura nequit neque usitatum *οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ*. Scribendum *οὐκ ἀφέξομαι*, a quo ita pendet genetivus, ut prorsus consueto more superaddatur *τὸ μὴ οὐ τιμᾶν*. (Synt. Græc. § 156 not. 4, Bemerkungen p. 61.)

(In Æschyli Phrygum s. *Ἕκτορος λύτρων* fragmento n. 257 Dind. ed. V scribendum: *Καὶ τοὺς θανόντας εἰ θέλεις εὐεργετεῖν* | *ἤγουν κακουργεῖν, ἀμφιδεξίως ἔχει, καὶ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι βροτούς*. Sed pro *βροτούς* præterea *πάρα* aut simile aliquid ponendum.)

Sophoclis tragœdiæ idem nunc habent textus constituendi fundamentum, quod Æschyli, sed cum et in tota orationis forma et in singulorum verborum usu minus haberent duritiæ et insolentiæ, et a librariis minus male habitæ sunt et nobis aliquanto certiorem dant ad menda tollenda aditum, non tamen ut valde nobis gratulari et confidere liceat.

Aiac. 53 nunquam intellegere potui, quomodo Minerva se *δυσφόρους ἐπ' ὄμμασι γνώμας βαλεῖν* dicat; nam *γνῶμαι*, quæ ne *δύσφοροι* quidem apte dicuntur, ab oculis alienissimæ sunt. Puto Sophoclem, servata oculorum aciei perturbatæ et obscuratæ imagine, scripsisse:

Ἐγώ σφ' ἀπείργω, δυσφόρους ἐπ' ὄμμασι
λήμας βαλοῦσα, τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς.

Et fortasse fuit in antiquis codicibus forma alteri voci propior γλῆμας aut γλάμας. Aristophanem notum est λῆμαι et λημᾶν etiam ad animum transtulisse.

Ibd. 110 pravum θάνῃ e φθάνῃ facilius oriri potuit quam ex aliis, quæ substituta sunt.

Ibd. 137:

Σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διὸς ἢ ζαμενὴς
λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ,
μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι.

Miror duplex ad τὸν λόγον adiunctum adiectivum, prius non aptissimum ad λόγον, alteri nomini (πληγή) nullum. Fuitne: σὲ δ' ὅταν ζαμενὴς πληγὴ Διὸς ἢ | λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ?

Ibd. 237:

δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών.

Κριοὺς ἀνελεῖν non puto Græce dici nisi de occisis; itaque cum ex proximis appareat, non occisos significari, scribendum mihi videtur ἀφελών, ut separasse hos duos arietes Aiax a reliquis dicatur.[1])

Ibd. 477:

Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν,
ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.

Recte Nauckius (1867) πριαίμην vitiosum dixit; nam et per se ineptum est nec λόγος pretium est, quo quis ematur. Ponendum simpliciter ποιοίμην, prima correpta.

Ibd. 600 sequor proxime codices scriboque:

Ἐγὼ δ' ὁ τλάμων παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος
Ἴδαια μίμνων λειμῶνι ἄποινα μήλων
ἀνήριθμος αἰὲν εὐνῶμαι.

---

[1]) V. 269 male enarratur et ob eam causam nuper prava coniectura a Seyfferto mutatus est. Tecmessa, se et Aiacem ob communionem fortunæ in unam quasi personam conflans, Nobis igitur, inquit, male accidit (ἀτώμεσθα), quod non iam morbo laboramus (quod Aiacis furor desiit). Nam dum furebat, ego sola misera eram, ipse lætabatur, nunc ambo mœremus.

Λειμώνι' ἄποινα pro *λειμώνια ποίαι* Hermanni est; sed parum definitum, nisi adiungatur *μήλων* (pratensia ovium præmia); *μηνῶν ἀνήριθμος*, ut recte dicatur, tamen tautologiam habet in sententia a longi temporis mentione incipiente. *Εὐνῶμαι* pro *εὔνομαι* Bergkii est.

Ibd. 677:

Ἡμεῖς δὲ πῶς οὐ γνωσόμεσθα σωφρονεῖν;
Ἐγὼ δ', ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως ὅτι κ. τ. λ.

Recte non ferunt *δέ*, non solum ob *δέ* et *γάρ* prave coniuncta, sed quod sola *γάρ* particula et simplex causæ significatio apta est. Sed una tantum littera mutanda: *Ἔγωγ'· ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι κ. τ. λ.*: Ego certe (*σωφρονήσω*); scio enim cét.[1])

Ibd. 780 sqq. nuntius, expositis apud Tecmessam Teucri mandatis, sic orationem concludit:

Τοσαῦθ' ὁ μάντις εἶφ'· ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἕδρας
πέμπει με σοὶ φέροντα τάσδ' ἐπιστολὰς
Τεῦκρος φυλάσσειν· εἰ δ' ἀπεστερήμεθα,
οὐκ ἔστιν ἀνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός.

Vitium est in *ἀπεστερήμεθα*, quod sic enarrari, ut audiatur *τῆς φυλακῆς τοῦ Αἴαντος*, video. Sed neque nuntius custodire Aiacem debebat neque eo refertur *φυλάσσειν*, sed ad mandata; Aiacem Tecmessa custodire debebat; nec tam nude sine genetivo (*τούτου*) *ἀπεστερήμεθα* dici poterat nec, qui non custodit aliquem, *ἀποστερεῖται τῆς φυλακῆς*. Nihil aliud dicere nuntius apte poterat, nisi actum esse de Aiace, si ipse sero advenerit, ut ille iam exierit. Audeo igitur scribere *εἰ δ' ἀφυστερήμεθα*, si sero adveni, etsi scio *ἀφυστερεῖν* non reperiri apud scriptores ante Polybium, apud hunc autem

---

1) Hic quoque Dindorfius difficilia (*ἐγὼ δὲ*) abiecit, novam vocem alio loco interposuit: *ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως μαθὼν ὅτι.* Seyffertus: *Ἔργοις ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως ὅτι*, pravo verborum ordine.

activa forma; sed frequens apud antiquos ὑστερεῖν et in media forma pro activa in verbis maxime intransitivis substituenda tragici admodum liberi sunt, (cfr. apud Sophoclem αὐδῶμαι, ἀποτρύομαι, κρύπτομαι, προβάλλομαι pro προβάλλω Philoct. 1017, ut ἀπάγομαι omittam, quod potest suum et sibi abducere verti, apud Euripidem καλλιστεύομαι, ἐξομιλοῦμαι, ἐκπονοῦμαι active, ἀπαλλάττομαι πόδα ἐκ γῆς. Addo ex Platone θηρεύομαι pro θηρεύω bis positum, ῥέγκομαι apud Aristophanem).[1]

V. 869 fortasse scribendum: κοὐδεὶς ἐπίσταταί μοι συλλαβεῖν τόπος (me adiuvare).

Ibd. 878 sqq.:

> Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν
> κέλευθον ἀνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς.

Neque δηλῶ φανείς neque φανεὶς κέλευθόν τινα ferri potest. Scribendum est δηλοῖ τραπείς.

Philoctet. 833 sqq.:

> Ὦ τέκνον, ὅρα ποῦ στάσει,
> ποῖ δὲ βάσει, πῶς δέ μοι τἀντεῦθεν
> φροντίδος· ὁρᾷς ἤδη.

Neque πῶς τἀντεῦθεν φροντίδος sine verbo dici potest neque illa ὁρᾷς ἤδη separata ullam rectam habent sententiam. Scribendum opinor: πῶς δέ μοι τἀντεῦθεν φροντίδος ἑλᾷς ἤδη: quomodo reliqui temporis curam acturus sis. Saltem subest verbum futuri temporis coniungendum cum στάσει et βάσει. In antistropha exciderunt, quæ respondebant verbis ποῖ δὲ βάσει.[2]

---

[1]) Nunc video Badhamum coniecisse εἰ δ' ἄρ' ὑστερήσαμεν. Aoristus minus aptus est. V. 790 quod correxeram, video Reiskium præripuisse.

[2]) In v. 691 in idem incideram, in quod iam Bothium incidisse postea vidi, neglectum a Nauckio et Dindorfio: ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρον οὐκ ἔχων βάσιν: ubi solus erat, vicinum cuiusquam gressum non habens.

Ibd. 1140:

Ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν·
εἰπόντος δὲ μὴ φθονερὰν
ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν.

Neque ceterorum enarratio probari potest neque Dindorfii coniectura *ἕν* scribentis; nam *τὸ ἓν δίκαιον* non est unius hominis dicere neque id in singulis actionibus enuntiatur. Scribendum *τὸ οἷ δίκαιόν εἰπεῖν.* Viri est, quod ipsi iustum videatur et quod defendat, dicere, cum dixerit, non invidam acrimoniam linguæ prorumpere. Cfr. Electr. 1037: *τῷ σῷ δικαίῳ δῆτ' ἐπισπέσθαι με δεῖ.* Genetivus *εἰπόντος*, qui nonnullis offensioni fuit, necessario accommodatur ad *ἀνδρός*, quemadmodum accusativus, cum dicas: *Ἄνδρα χρὴ . . . εἰπεῖν, εἰπόντα δὲ μὴ ἐξῶσαι.*

Ibd. 1162 oratio sic interpungenda est: *Πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβει, ξένον πέλασσον, εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν*: per deos, si eos vereris, hospitem omni cum benevolentia appropinquantem tibi adiunge.

Œd. r. 360:

Οὐχὶ ξυνῆκας πρόσθεν; ἢ ἐκπειρᾷ λέγειν;

Sententia aperte requirit: *ἢ ἐκ πείρας λέγεις*; an tentandi mei causa dicis?[1])

Ibd. 430:

Οὐκ εἰς ὄλεθρον; οὐχὶ θᾶσσον; οὐ πάλιν
ἄψορρος οἴκων τῶνδ' ἀποστραφεὶς ἄπει;

Non sic per se interrogari potest: *οὐχὶ θᾶσσον*; Scrib. *οὐχὶ θᾶσσον αὖ πάλιν | ἄψορρος . . . ἄπει;*

Ibd. 624, 625. Hi duo versus sedem permutare debent et sic scribi:

---

[1]) V. 255 subabsurdum est *κοινῶν παίδων κοινὰ ἐκπεφυκότα* suspicorque sub *κοίν' ἂν* latere substantivum eiusdem significationis, quæ est in *ἔρνη*. Sed non reperio.

Κρ. Ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις.
Οἰδ. Ὅταν πρό γ' εἴξῃς (codd. προδείξῃς). Οἷόν
ἐστι τὸ φθονεῖν!

Creon Œdipum suis consiliis et precibus non moveri nec cessurum videri dicit; respondet acerbe Œdipus, tum se cessurum, cum Creon prior cesserit, exclamatque quasi admirans, quanta sit invidiæ vis; nam omnia Creontis acta et consilia ex invidia nasci putat. (In postrema editione Dindorfius versus transponendos sensit, sed alterum non recte mutavit.)

Ibd. 674:

Στυγνὸς μὲν εἴκων δῆλος εἶ, βαρὺς δ' ὅταν
θυμοῦ περάσῃς.

Ferri nequit περᾶν cum genetivo iunctum; neque enim περᾶν usquam est exire (ex ira exire); sin transire est, accusativum habet, nec recte dicitur θυμὸν περᾶν. Scrib. θυμοῦ 'κπεράσῃς.

Ibd. 1151 famulus negat nuntium vera dicere: Λέγει γὰρ εἰδὼς οὐδὲν, ἀλλ' ἄλλως πονεῖ. De temere fingente non videtur dici posse πονεῖν neque is πόνος appellari. Potestne de hoc fingendi genere, quod est in mentiendo et ementitis narrandis, ποιεῖν dici, ut id hic quoque (quemadmodum Ai. 477) eiectum fuerit, quod prior syllaba correpta displiceret? Plato quidem Euthyphr. p. 3 B καινοὺς θεοὺς ποιεῖν de fingendis diis dixit.

Ibd. 1271 sqq. (de Œdipode oculos sibi effodienti):

ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κυκλῶν,
αὐδῶν τοιαῦθ', ὁθούνεκ' οὐκ ὄψοιντό νιν
οὔθ' οἷ' ἔπασχεν οὔθ' ὁποῖ' ἔδρα κακά,
ἀλλ' ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν, οὓς μὲν οὐκ ἔδει,
ὀψοίαθ', οὓς δ' ἔχρῃζεν, οὐ γνωσοίατο.

In verbis ὁθούνεκ' οὐκ ὄψοιντό νιν nondum prædici futuram cœcitatem, non solum pravissima, quæ tum oritur, tanquam contrariorum relatio ostendit (non visuros oculos, sed in tenebris visuros), sed clarissime imperfecta ἔπασχεν

et *ἔδρα*, quæ nullo modo de futuro tempore intellegi possunt (pro *οἷα πάσχοι*), tum ipsum illud *ἔδρα*, quoniam posthac nihil acturus erat Œdipus. Itaque hæc de præterita oculorum (id est, ipsius Œdipi) culpa dicuntur, quod sani et aperti non tamen vidissent, quæ videre oportuisset, propter quam culpam nunc cœcitate damnantur, proque *ὄψοιντο* requiritur necessario præteritum tempus, quod qui efficere conantur *ὄψαιντο* scribendo, formam Atticis inauditam inferunt. Sine dubio Sophocles scripserat *οὐχ ὁρῷντό νιν*, quod et propter rariorem medii usum et propter sequens *ὀψοίατο* mutatum est. Sed aliud restat. Minus enim apte hæc culpæ et pœnæ significatio videtur copulari particula adversativa (eos dicens non, quæ debuissent, vidisse, sed in posterum in tenebris visuros, quæ olim vidissent). Multo saltem melius hæc cohærerent, sic scripta: *αὐδῶν τοιαῦθ', ὡς, οὕνεκ'. οὐχ ὁρῷντό νιν,| οὔθ' οἷ' ἔπασχεν οὔθ' ὁποῖ' ἔδρα κακά,* | *ἀλλ'* (at) *ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν κ. τ. λ.* V. 1273 et 1274, quos Nauckius in suspicionem mendi vocat, recte habent acute per oxymoron dicta. Olim Œdipi oculi (omissis iis, quæ animadvertere debuerant) *οὓς μὲν οὐκ ἔδει, ἑοράκεσαν* (matrem), *οὓς δ' ἔχρῃζεν, οὐκ ἐγνώκεσαν* (patrem); hoc minatur eos postea in tenebris facturos, id est, non facturos, erepta videndi facultate.[1])

Ibd. 1492 sqq. (Œdipus filias alloquitur):

Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς,
τίς οὗτος ἔσται, τίς παραρρίψει, τέκνα,
τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων, ἃ τοῖς ἐμοῖς
γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα.

---

[1]) V. 1466 annotaveram, necessario, interiecta post 1462 (*ταῖν δ' ἀθλίαιν οἰκτραῖν τε παρθένοιν ἐμαῖν*) longa et bimembri sententia relativa, demonstrativo pronomine substantivum in memoriam revocari: *Ταῖν μοι μέλεσθαι.* Postea vidi sic Brunckium emendasse. Recentiores neglegunt. Nauckius totum versum sine ulla causa suspectum putat.

Nulli profecto, qui de Œdipi filiabus ducendis deliberaturus erat, in mentem venire poterat quærere, essentne eæ Œdipi parentibus perniciei futuræ, nec ipsæne sibi, sed sibi (ducturo) suisque ne perniciem ferrent, poterat timere; et de illo, cui eas ducere in mentem fortasse venturum sit, eiusque familia hæc dici vel solum futurum ἔσται monstrat. Scripserat Sophocles: ἃ τοῖς ἑοῖς | γονεῦσιν ἔσται σφίν θ' ὁμοῦ δηλήματα, suis parentibus sibique; nam σφίν pro οἱ posuit, ut ipse Œd. Col. 1490 et Æschylus Pindarusque. (Dindorfius pro ἐμοῖς coniecit πάλαι, qui sint οἱ πάλαι γονεῖς, vix declaraturus apte; Nauckius τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν corrupta esse scribit; σφῶν neuter attigit.)

Ibd. 1524 sqq.:

Ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε,
ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδει καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ,
ὅστις οὐ ζήλῳ πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων,
εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν.

In v. 1526, quem talem posui, qualis in cod. Mediceo scriptus est, quæ sententia subsit, dubium esse nequit, invidendam visam esse civibus omnibus Œdipi fortunam; sed quæritur, quæ eius sententiæ fuerit forma. Ea facillime prodit e codicis vestigiis, quæ ostendunt, omnium iudicium interrogando (τίς οὐ) expressum fuisse et relativo pronomine annexum (ὃν τίς οὐ, ex quo natum ὅστις οὐ). Scripsit igitur Sophocles: ὃν τίς οὐ 'ζήλου πολιτῶν ταῖς τύχαις ἐπιβλέπων; cfr. Œd. Col. 1133: ἀνδρός, ᾧ τίς οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν ξύνοικος;[1])

[1]) Certissimam hanc emendationem videor mihi ante multos annos prodidisse alicubi, sed ipse locum non reperio. Nauckius eandem sententiam effecit maiore mutatione (ἐπέβλεπεν) et impedito verborum ordine et structura non recta; neque enim Græcum est ζήλῳ ἐπιβλέπειν τινί pro σὺν ζήλῳ. Dindorfius pro ὅστις οὐ scripsit πᾶς ὅν, sane litterarum vestigia non serviliter sequens (nec magis 1494 in πάλαι pro ἐμοῖς aut Antigonæ v. 3 in ἐλλεῖπον pro ὁποῖον); sed recte ἐζήλου.

Antigonae v. 1 sqq.

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
ἆρ' οἶσθ' ὅ, τι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;

Vix audeo dicere, omnem huius loci difficultatem, quae in ipso tragoediae initio legentem et coniecturarum et enarrationum improbabilium varietate prope deterret, tolli una littera mutata: *Ἆρ' οἶσθά τι Ζ. τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν | ῥποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;* scin' ullum ex malis ab Œdipo natis, quod non Iuppiter nobis vivis expleat? Omnia in nobis explentur nec quicquam relinquitur post explendum. Unum addo, Sophoclem tragoediae initium ab contorta sententia et oratione implicata quaeque vix intellegi posset, non fuisse facturum.

Ibd. v. 23 sqq.

Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ
χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονὸς
ἔκρυψε τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς.

Corrupta apparet esse *δίκῃ χρησθεὶς*, reliqua nullam habent minimam mendi notam adeoque non ad illa accommodata sunt, ut interpolata mendi occultandi causa putari nequeant. Ex illis efficitur facile, quod aptissimum ad sententiam sit:

σὺν τύχης
χρήσει δικαίᾳ καὶ νόμῳ . . .,

id est, iuste fortuna utens et legi obediens. (Dindorfius sustulit omnia illa *ὡς λέγουσι σὺν δίκῃ χρησθεὶς δικαίᾳ,* deinde scripsit *ὡς νόμος,* nec multo mitius alii nuper. Cuiusmodi homini in mentem venit in versus Sophoclis nullo consilio includere verba nec orationis nec sententiae ullam formam habentia?)

Ibd. 127 sqq.

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει καὶ σφᾶς ἐσιδὼν
πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους

χρυσοῦ καναχῆς ὑπερόπτας
παλτῷ ῥίπτει πυρὶ κ. τ. λ.

Sic codex, v. 130 una syllaba imminuto (etsi a prima manu fuit *ὑπεροπτίας*), quod minus feliciter Emperius mutavit, ut esset *χρυσοῦ καναχῇ θ' ὑπερόπτας*. Nam neque *προσνισσομένους* et *ὑπερόπτας* (subst.) apte coniunguntur adiecto huic substantivo, ut illi participio, dativo instrumentali (*καναχῇ*), nec qui superbit auro (auri sonitu), *ὑπερόπτας* (contemptor) recte dicitur; omittitur enim id, ex quo superbiæ notio nasci debet, quos contemnat. Scribendum est:

χρυσοῦ καὶ καναχῆς ὑπερόπτης.

Iuppiter aurata arma strepitumque superbientium contemnit. Excidit *καὶ* ante *κα* litteras.

(De v. 205, 206 vid. supra p. 27.)

Ibd. 356 sqq.

καὶ δυσαύλων
πάγων αἴθρια καὶ
δύσομβρα φεύγειν βέλη.

Laborat versus in *αἴθρια καί*. Scrib. *πάγων ἐν αἰθρίᾳ τε καὶ | δύσομβρα φεύγειν βέλη*, frigorum sive puro cœlo sive pluviosa fugere tela. (Bœckhii *ὑπαίθρεια* paulo longius discedit significatque sub divo, quod non recte separatur a *τοῖς δυσόμβροις*.)

Ibd. 376 sqq.

Ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ
τόδε, πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω
τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην.

Quoniam *ἀμφινοῶ, πῶς ἀντιλογήσω* aperte negandi habet vim, exspectatur *μὴ οὐκ εἶναι*. Defenditur raris exemplis *μή* solum, *οὐκ ἀντιλογῶ οὐκ εἶναι Ἀντιγόνην* plane insolens est. (Synt. Gr. § 211.) Et poterat facillime Sophocles scribere:

μὴ οὐ τήνδ' εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην.

Ibd. 421 mire homines, qui ob pulveris vento vehe-

menti (typhonem appellant) excitati molestiam oculos claudere cogebantur, divino morbo laborasse dicuntur (*μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον*). Mihi Sophocles dixisse videtur, visum eorum ægrum fuisse: *εἴχομεν θέᾳ νόσον*. Et paulo rarius vocabulum et sequens littera *ν* mendum genuit.

Ibd. 578 summam rei Dindorfius egregie confecit hac inventa emendatione:

εὖ δὲ τάσδε (cod. *ἐκ δὲ τᾶσδε*) *χρὴ*
γυναῖκας εἶρξαι μηδ' ἀνειμένας ἐᾶν (cod. *γ. εἶναι*
τάσδε μηδ' ἀνειμένας sine *ἐᾶν*).

Tantum, ut erroris origo appareat, scribendum *μηδ' ἐᾶν ἀνειμένας*. Quod nuper Dindorfio magis quam *εἶρξαι* placuit rarum verbum *εἶλαι*, nusquam id de aliquo concludendo domo carcereve positum reperitur. *Εἶρξαι* Meinekius occupaverat.

Ibd. 775:

φορβῆς τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθεὶς,
ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.

Non potest *ἄγος* id significare, quod volunt, piaculi depulsionem; et ea depulsio significatur proximo versu. Suspicor scribendum esse *ὡς ἄκος μόνον προθείς*, tanquam medicinam et lenimen, ut cet. Est aliqua brevitas orationis et parva declinatio a legitima forma, quod mensuræ (*τοσοῦτον ὥστε πόλιν ὑπεκφυγεῖν*) et consilii (*ὅπως*) notiones conflantur.

Ibd. 857:

Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας.
πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον
τοῦ τε πρόπαντος
ἁμετέρου πότμου
κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.

Nullo liberioris constructionis prætexto satis excusatur accusativus sine ulla causa rationeve subiectus genetivo. Non magis intellegitur, quis sit *τριπόλιστος* Œdipi *οἶκτος*. Itaque substituunt *οἶτον* nec animadvertunt ad ea, quæ

sequuntur, *τοῦ τε πρόπαντος ἡμετέρου πότμου*, aptum esse *οἶκτον*, ineptum *οἶτον* (*οἶτος πότμου*, quasi dicas *πότμος πότμου*), nisi forte hunc genetivum non ab *οἶτον* pendere, sed novo artificio ab accusativo rediri ad genetivum cum *μερίμνας* coniungendum statuemus. Inest in illo ipso vocabulo *τριπόλιστον* id, quod requiritur, participium activum. Scripsit enim Sophocles *πατρὸς τριπολίζων οἶκτον*, usus de miseratione et fletu renovando verbo ab iterata aratione traducto; nam *τριπολίζω* (de tertia aratione novalis) eodem modo fictum est, quo apud Pindarum *ἀναπολίζειν ἄρουραν*, et eadem dicitur imagine, qua apud eundem *ἀμπολεῖν ταὐτὰ τρὶς καὶ τετράκις*, adiungiturque huic verbo sine dubio ex ipso sermone quotidiano sumpto adiectivum *τετράπολος* apud Theocritum de agro quater novato.

Ibd. 962 sqq. (de Lycurgo Thrace):

παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους
γυναῖκας εὔιόν τε πῦρ,
φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας.

Non irritabat, nescio qua re et quo modo, Musas, sed contemnebat, *ἠθέριζε*[1]).

Ibd. 1078 sqq. Tiresias Creonti sic minatur:

. . . φανεῖ γὰρ οὐ μακροῦ χρόνου τριβὴ
ἀνδρῶν γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα.

Recte enim Seyffertus commata removit subiectumque verbi *φανεῖ* fecit *τριβή*. Deinde hæc adduntur:

Ἐχθραὶ δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις,
ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν
ἢ θῆρες ἤ τις πτηνὸς οἰωνός, φέρων
ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν.

---

[1]) Hæc coniectura meane sit, non certus sum. Apud Dindorfium, Nauckium, Seyffertum non reperio.

Omitto eos, qui hos quattuor versus tollunt, quod eos non expedire possunt; nec Seyffertum moror, aliarum urbium inimicitias et hostilia odia significari putantem, in quas piaculum delatum sit, mirificeque sic corrigentem, ut *κύνες καθαγίζειν πράγματα πόλεων* dicantur. Nam eum vel solum præsens *συνταράσσονται* et aoristus *καθήγισαν* (non *ὅσων ἂν — καθαγίσωσιν* de re futura) refellunt. Sed tamen non minus frustra defenduntur in vulgata scriptura *πόλεων σπαράγματα*, etsi *σπαράγματα* per se aptissime commemorantur. Tiresias, unde oritura sint illa ante Creontis ædes (hoc enim significant verba *φανεῖ — σοῖς δόμοις*) *ἀνδρῶν γυναικῶν κωκύματα*, exponit, generalique sententia addit, urbes iis miseratione et indignatione adesse solere, quorum e corporibus proiectis frusta divulsa in locum sacrum canes feræque pertulerint et quasi sacrificarint, quod in Polynicis corpore futurum Tiresias putat:

Ἔχθρα (sic Reiskius) *δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις,*
ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν κ. τ. λ.

Restat illud sine dubio mendosum *ἑστιοῦχον ἐς πόλιν*, quod neque per se *πόλις* aptum est, etiamsi de acropoli accipias, neque post *πόλεις* ferendum videtur. Quod quidam nuper *πόλον* scripserunt, ex eo nihil recti effici potest. Aptius esset (Atheniensis rei significationem continens) *θόλον*. Sed res incerta.

Elect. 501. Adeo insolens *εὖ κατασχήσει* de bono eventu, ut scribendum suspicer *εὖ καταστρέψει*.

Ibd. 566 sqq.:

Πατήρ ποθ' οὑμός, ὡς ἐγὼ κλύω, θεᾶς
παίζων κατ' ἄλσος ἐξεκίνησεν ποδοῖν
στικτὸν κεράστην ἔλαφον κ. τ. λ.

Non solum excitavisse Agamemno cervum (in quo mire abundat *ποδοῖν*, nisi quis putat Sophoclem cervum dixisse quietum iacuisse, donec ictu pedum excitaretur), sed cursu vicisse et cepisse tradebatur. Itaque duæ litteræ sedem permutare debent, ut sit *ἐξενίκησεν ποδοῖν*. (*Ποδοῖν*

in vulgata scriptura non aptum esse Nauckius sensit. Itaque propter hanc et alias causas multo minus veras e tribus versibus, aliis eiectis verbis, aliis transpositis, duos facit.)

Ibd. 757 sqq.:

Καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθὺς ἐν βραχεῖ
χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ
φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι.

Nulla ratio reddi genetivi illius *δειλαίας σποδοῦ* potest; (nam qui magnum corpus, id est, pondus et multitudinem cineris intellegat, fore credo neminem.) Recte contraria coniunguntur *ἐν βραχεῖ χαλκῷ μέγιστον σῶμα*. Additur cum miseratione, nunc hoc tantum corpus nihil nisi *δειλαίαν σποδόν* esse; sic enim scribendum.

Ibd. 941 scrib. *Οὐκ οἶσθ'* (v. *οὐκ ἔσθ'*) *ὅ γ' εἶπον· οὐ γὰρ ὧδ' ἄφρων ἔφυν*: nescis nec intellegis, quid dixerim. Sic nulla versus cum Nauckio damnandi causa est.

Ibd. 1086 chorus Electram laudat exemplum *τῶν ἀγαθῶν* secutam, quorum nemo *ζῶν κακῶς εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλοι ἄν*:

ὡς καὶ σὺ πάγκλαυτον αἰῶνα κοινὸν εἵλου.

Ineptum esse *κοινόν* alii senserunt; nec satis erat Electram miseram vitam elegisse, sed miseram et honestam. Scriptum fuerat *αἰῶνα κλεινόν*. Non raro *κοινός* et *κλεινός* permutantur. In eo, quod additur: *τὸ μὴ καλὸν καθοπλίσασα* nescio an lateat *κατοκνήσασα* (cum inhonestum refugeres); certe subest huiusmodi verbum, quod spreta ab Electra inhonesta significet.

Œdipi Colon. 34:

(ἀκούων . . .) οὕνεχ' ἡμῖν αἴσιος
σκοπὸς προσήκεις τῶν ἀδηλοῦμεν φράσαι.

Sic codices. Pro *ἀδηλοῦμεν* requiritur verbum, quod significet aut nescire aut egere (ut ea dicas, quibus egemus et scire opus est). Suspicor Sophoclem scripsisse *ὧν ἀχηνοῦμεν*. Adiectivo *ἀχήν* Theocritus usus est, sub-

stantivo ἀχηνία bis Æschylus; his adiungitur verbum legitimae formae, cuius nullum aliud exemplum exstare fateor.[1])

Ibd. v. 156. Inauditum et ab usu et significatione particulae ἵνα longe remotum ἀλλ' ἵνα μὴ προπέσῃς pro ἀλλ' ὅπως μή, cum iubetur aliquis cavere et vetatur facere. Scrib. ἀλλ' ἰδὲ τῷδ' ἐν ἀφθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει.

Ibd. 367 sqq. (Ismene loquitur de Eteoclis et Polynicis consiliis):

Πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρις Κρέοντί τε
θρόνους ἐᾶσθαι μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν,
λόγῳ σκοποῦσι τὴν πάλαι γένους φθορὰν,
οἵα κάτεσχε τὸν σὸν ἄθλιον δόμον.

Vitiose dici ἔρις de consentiente voluntate, cum aemulationis aliquid efficiendi nulla significatio sit, eo certius statuitur, quo aptius est, quod sequitur his contrarium v. 372: νῦν δὲ . . . εἰσῆλθε . . . ἔρις κακή. Emendationes propositae (ἦν ὅρος, ἤρεσεν) non aeque placent. Scribendum videtur: αὐτοῖς ἦν ἔρως, Κρέοντί τε κ. τ. λ. Deinde autem 'et χραίνεσθαι nimis nude dici et, quod manifestius est, λόγῳ inepte abundare Blaydesius Britannus iure sensit, cuius multo antequam sententiam cognovi, scribendum conieceram una littera addita: χραίνεσθαι πόλιν | λοιγῷ, σκοποῦσιν κ. τ. λ.

Ibd. 378 sqq. (Polynices, qui Argos exul se contulit):

προσλαμβάνει
κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους,

---

[1]) V. 92, quoniam nescio, quid sit κέρδη οἰκεῖν τινί (nec uti possum iis, quae Meinekius in analectis Sophocl. ad Œd. R. 586 mira de verbo οἰκεῖν docuit, testimonia aliqua ex parte sibi ipse coniectura faciens), emendaveram οἰκίσαντα, fundantem et condentem. Postea vidi a Dœderlinio et Hermanno praeceptum, sed nec a Dindorfio nec a Nauckio commemoratum. Etiam 785 cod. Medic. οἰκήσῃς pro οἰκίσῃς.

ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμεῖον πέδον
τιμῇ καθέξων ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.

Sic codex Mediceus. Primum manifestum est, Polynicis consilia non eo spectare, ut ipse aliquid (idem) aut Argis aut Thebis efficiat, nec, quicquid de singulis verbis fiat, hæc duo inter se contraria τιμῇ καθέξων ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν ad Polynicem referri posse. Recte igitur intellectum est significari certamen inter Argos Thebasque et subiectum sententiæ esse Ἄργος participiaque in v. 381 neutri generis esse, ut hactenus recte in codice uno Parisiensi scriptum sit καθέξον, quod corruptum est, quia βιβῶν masculini generis speciem obiecerat; Polynices bellum instruere dicitur ea spe atque eo consilio, ut Argi Thebas aut honore...(?) aut ad cœlum sursum extollant. Apparet primum, neque per se ad cœlum tollendi notioni recte contrarium poni κατέχειν, et voce τιμῇ excludi, quicquid proprie ad imperium et dominationem pertineat, deinde non minus manifesto totam imaginem ductam esse a trutina, in cuius lancibus utraque urbs gloriaque eius imposita altera alteram elevet aut deprimat. Scripsit Sophocles una littera plus:

τιμῇ καθέλξον ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.

Elevatio et sublatio summa hyperbolice significatur verbis πρὸς οὐρανόν. Ceterum τιμῇ καθέλκειν Καδμεῖον πέδον Sophocles aperte (quod et ex adiecto τιμῇ intellegitur et quod hoc priorem in spe et opinione Polynicis locum tenet) intellegi voluit de Argis Thebas superantibus. Et tamen sic premitur et subsidit Argivorum, non Thebanorum lanx. Sed accidit veteribus, ut in hac comparatione ad homines aliaque de principatu certantia transferenda confundant lancis motum et hominis reive; nam hæc extolluntur, cum lanx subsidit. Prorsus eodem modo Cicero fin. V, 92 dixit: terram ea lanx et maria deprimet (καθέλξει); proprie suo pondere elevatura erat (πρὸς οὐρανὸν βιβᾷ). Indidemque Ovidius metam. VII, 449 dixit: facta premant

annos, ubi poterat elevent (prægravent et superent pondere) dicere.

Ibd. 384:

τοὺς δὲ σοὺς ὅποι θεοὶ
πόνους κατοικτιοῦσιν, οὐκ ἔχω μαθεῖν.

Cum κατοικτίζειν non convenire ὅποι, intellexit Halmius; sed ne ὅπῃ quidem aptum; neque enim de modo miserandi quæritur. Omnino non miserationis Ismene se spem habere negat, sed finis et termini. Itaque scriptum credo fuisse: ὅποι καθορμιοῦσιν: in quem portum deducturi sint.

Ibd. 445 sqq. Ἐκ ταῖνδε δ', Œdipus inquit,

οὔσαιν παρθένοιν, ὅσον φύσις
δίδωσιν αὐταῖν, καὶ τροφὰς ἔχω βίου
καὶ γῆς ἄδειαν καὶ γένους ἐπάρκεσιν.

Quæ sit γένους ἐπάρκεσις, quæ tanquam tertium adiungatur τροφαῖς βίου et γῆς ἀδείᾳ, prorsus nescio. (Nam Schneidewini enarratio prorsus omnia confundit.) Scribendum est: καὶ τέγους ἐπάρκεσιν. Filiæ Œdipo alimenta, terram, in qua habitet, tectumque præstant.

Ibd. 539 sqq. (Œdipus):

ἐδεξάμην
δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

Quam alienum ab ea, quæ requiritur, sententia (quod utinam nunquam accepissem) sit adiuvandi verbum (ἐπωφελεῖν), satis declarant et enarratorum notæ et Papii in lexico expositio. Scripserat Sophocles ἐπωφείλησα, quo verbi, quod est ὀφείλω, aoristo usi sunt Aristophanes av. 115, Thucyd. VIII, 5, 5 (ἐπωφείλησεν). In v. antistrophico (548) scribendum νόμῳ δὴ καθαρός, ad sententiam perapte.

Ibd. 589, 590:

Οἰδ. Κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με.
Θησ. Ἀλλ' εἰ θέλοντ' ἄν γ' οὐδὲ σοί φεύγειν καλόν.

Sic codex Med. In priore versu nulla suspicio est in κομίζειν κεῖσ', quod aptissimum est, sed in ἀναγκά-

ζουσι, pro quo quod conieceram, in idem video incidisse Meinekium, ἐπαξιοῦσί με. Eo composito hac significatione sæpius Sophocles utitur. In altero versu recte Gœbelius θελόντων, non recte οὐ θελόντων, quo loco negatio ante condicionem (si illi volunt, ne tibi quidem) poni nequit. Scribendum videtur:

Ἀλλ' ἔα· θελόντων γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

(At sine eos te domum deducere.) Ἔα pro una syllaba poni, notum est (Aristoph. nub. 932, eccles. 784); apud Sophoclem in hac ipsa tragœdia 1192 ἔασον pro duabus est.[1])

Ibd. 988 sqq. (Œdipus):

Ἀλλ' οὐ γὰρ οὔτ' ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς
γάμοισιν οὔθ' οὓς αἰὲν ἐμφορεῖς σύ μοι
φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς.

Neque ἐμφορεῖν γάμους τινὶ neque ἐμφέρειν (— nam cod. Med. a prima manu ἐμφέρεις, supra scripto ab antiqua manu ο) neque ἀναφέρειν (ἀμφέρειν) rectum est, et vitiosissime abundat ὀνειδίζων. Una littera detracta, quæ bis scripta est, fit rectum verumque:

οὓς αἰὲν ἐμφορεῖ σύ μοι
φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς

(quibus mihi obiiciendis te quasi ingurgitas et oblectas). Qui οὐκ ἐμπίπλαται ποιῶν τι (Eurip., Aristoph., Xen.) neque μεστός ἐστι ἐξονειδίζων, is fruitur obiurgatione, ἐμφορεῖται ἐξονειδίζων.

Ibd. 1036, 1037 (Creon Œdipo):

Οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὢν ἐρεῖς ἐμοί.
Οἴκοι δὲ χἠμεῖς εἰσόμεσθ' ἃ χρὴ ποιεῖν.

---

[1]) V. 861, ubi in cod. Med. est: Χο. Δεινὸν λέγοις (alii codd. λέγεις). Κρ. τοῦτο νῦν πεπράξεται, recte Triclinius scripserat: Χο. Δεινὸν λέγεις. Κρ. Ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται. Pronomen σύ languidissime adhæret post λέγεις, particula ὡς abesse vix potest.

Non potest, quod verba significant, Creon negare, Thesea, dum hic (in Attica) sit, quicquam, quod reprehendi mereatur, dicturum; se ipsum negat, dum hic (in Thesei regno) sit, quod is dixerit, reprehensurum; domum cum venerit, de vindicanda iniuria cogitaturum. Itaque scribendum:

Οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὧν ἐρεῖς ἐμοί

aut, si audacius traiectum σύ videtur (οὐδὲν μεμπτὸν ἐνθάδ' ἐμοί, ὧν σὺ ἐρεῖς):

Οὐδὲν σὺ μεμπτὸς ἐνθάδ' ὧν ἐρεῖς ἐμοί.

(Propter nihil, in nulla parte eorum, quæ mihi dixeris, tu reprehendi a me debes.) (Vitium subesse etiam Nauckius sensit.)

Ibd. 1112 (Œdipus filiabus):

Ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον
ἐμφύντε τῷ φύσαντι.

Scribendum ἀμφιδέξιοι, ab utraque parte adstantes; latus ἀμφιδέξιον de eo, quod alii ab utraque parte amplectantur, inepte dicitur.

Ibd. 1380 sqq.:

Τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους
κρατοῦσιν, εἴπερ ἔστιν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις.

Diræ (ἀραί) non possunt κρατεῖν θρόνους et pravum est præsens tempus pro futuro. Scribendum videtur ῥαίσουσιν.

Ibd. v. 1435 sqq.:

σφῷν δ' εὖ διδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι.
θανόντ' ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον.

Versum 1436 et sententia et verbis et forma (in ι dativi eliso) vitiosum tolli iubet Dindorfius, qui quod in locum veri, qui interciderit, eum suppositum dicit, nihil omnino eo sublato desideratur. Verum versus non sine ulla minima causa fictus est, sed casu huc delatus ex

superiore loco. Nam in superiore Polynicis oratione post v. 1409 aptissimus est, sic scriptus:

Μή τοί με πρὸς θεῶν σφώ γ', ἐὰν αἱ τοῦδ' ἀραὶ
πατρὸς τελῶνται, καί τις ὑμῖν ἐς δόμους
νόστος γένηται, μή μ' ἀτιμάσητέ γε
θανόντ', ἐπεὶ οὔ με ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον.

Piam post mortem curam sororum precatur, quoniam vivum non amplius visuræ sunt. (V. 438 huius tragœdiæ in codicibus iterum legitur post v. 768. Inferioris ætatis interpolator non usus esset crasi Attica in *ἐπεὶ οὔ*.)

Ibd. 1534: *αἱ δὲ μυρίαι πόλεις*
κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥᾳδίως καθύβρισαν.

Corruptum *μυρίαι*, sed parum aptum, quod Nitzschius substituebat, *κυρίαι*, quod certarum rerum ius et potestatem significat, non opes et potentiam. Scribendum videtur *αἱ δ' ἐν οὐρίᾳ πόλεις*, urbes, quæ vento secundo utuntur.

Ibd. 1574 sqq.:

ὅν, ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου,
κατεύχομαι ἐν καθαρῷ βῆναι
ὁρμωμένῳ νερτέρας
τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας.

Precatur chorus Mortem, ut descendenti ad inferos Œdipo Cerberus *ἐν καθαρῷ βῇ*. Hoc quid sit, nemo dixit dicetve; rectum erit *ἐκ καθαροῦ βῆναι*, de via decedat, ut pura vacuaque sit, viam vacuam relinquat ipse se sine terribili latratu antro condens.

Ibd. 1633 sqq.: *καὶ καταίνεσον*
μήποτε προδώσειν τάσδ' ἑκών, τελεῖν δ' ὅσ' ἂν
μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί.

Non rogabat Œdipus, ut Theseus, quæ perficeret, perficeret utilia filiabus (et nimia est copia *φρονῶν εὖ ξυμφέροντα*), sed ut ea perficeret, quæ iis utilia videret excogitaretque: *τελεῖν δ' ὅσ' ἂν* | *μέλλῃς φρονεῖν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί.* (Cfr. v. 1774.)

Ibd. 1657 sqq.:

Οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ
κεραυνὸς ἐξέπραξεν οὔτε ποντία
θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότ' ἐν χρόνῳ,
ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπὸς ἢ τὸ νερτέρων
εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλύπητον βάθρον.

Neque *νερτέρων γῆς βάθρον* recte dicitur de terra, sub qua inferi sunt, et nimis hæc coacervantur *νερτέρων εὔνουν γῆς ἀλύπητον βάθρον* et ipsum *εὔνουν βάθρον* satis displicet et *γῆς βάθρον* Œdipum conficiens (*ἐξέπραξ' αὐτόν*). Scribendum:

ἢ τὸ νερτέρων
εὔνουν, διαστὰν γῆς ἀλύπητον βάθρον

(inferorum benevolentia, aperta sine dolore terræ sede).

Trachin. 54 sqq.:

Πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πληθύεις, ἀτὰρ
ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινά,
μάλιστα δ' ὅνπερ εἰκός, Ὕλλον, εἰ πατρὸς
νέμοι τιν' ὤραν τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν.

Neque tota hæc condicio *εἰ νέμοι* recte adiungitur superioribus neque in his *πατρὸς νέμειν ὤραν τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν* quæ sit constructio duplicis genetivi (*ὤρα πατρὸς τοῦ καλῶς πρ. δ.*) aut sententia, expediri probabiliter potest. Scribendum est:

μάλιστα δ' ὅνπερ εἰκός, Ὕλλον, εἰ πατρὸς
νέμοι τιν' ὤραν, οὐ κακῶς πράσσειν δοκεῖν

(maximeque Hyllum, quem probabile est, si patris curam aliquam sui gereret, non male facere visum iri; cui laudi videtur fore, si cet.).

Ibd. 79 sqq.:

Ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον εἰς τὸν ὕστερον
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.

Verba corrupta *εἰς τὸν ὕστερον* sustulit Dindorfius, ut locus fieret *εὐτόλμῳ φρενὶ* aut simili supplemento libere

ficto; Nauckius exsecat hæc: ἆθλον ἐ. τ. ὕ. τ. λ. ἤδη, pro ἢ τοῦτον ἄρας scribi vult ἢ τοῦτ' ἀνατλάς. His effrenatæ licentiæ moliminibus liberabit nos facilis et prompta verborum aperte corruptorum, ceteris integris servatis, emendatio:

ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον εὖ τὸν ὕστατον
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.

Quam sæpe comparativi (ὕστερον) et superlativi (ὕστατον) terminationes permutentur, norunt omnes, qui ad codicum scripturas in legendo attenderunt.

Ibd. 320, 321:

Εἴπ', ὦ τάλαιν', ἀλλ' ἡμὶν ἐκ σαυτῆς· ἐπεὶ
καὶ ξυμφορά τοι μὴ εἰδέναι (cod. μηδέναι) σέ γ' ἥτις εἶ.

Calamitas dici non poterat, Deianiram ignorare, quæ esset puella. Nimis præterea ambigue omittitur subiectum (ἐμέ) in hoc concursu μὴ εἰδέναι σέ. Scribendum videtur: ἐπεὶ

καὶ ξύμφορόν σοι μ' εἰδέναι σέ γ' ἥτις εἶ

(Nauckius versum ut spurium delevit; ut delere posset, ἐπεί mutavit in τίς εἶ; Quid est improbabile, si hoc non est?)

(De v. 323 vid. supra p. 24.)

Ibd. 339: τί δ' ἔστι; τοῦ με τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν; Neque Græce ullo modo dicitur τοῦ pro τοῦ ἕνεκα neque genetivus cum βάσιν coniungi potest salva sententia (τοῦ βάσιν) neque ad ἐφίστασθαι βάσιν τινά accusativus personæ adiungi. Videtur scribendum:

τί δ' ἔστ', ἐφ' οὗ μοι τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν;

Ibd. 547 sqq.:

Ὁρῶ γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω,
τὴν δὲ φθίνουσαν· ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ
ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπει πόδα.

Extrema corrupta esse consentitur; quæ tamen sententia subsit, non videtur dubium esse; postquam enim Deianira alterius (Ioles) iuvenilem pulcritudinem augescere, alterius

(suam) minui dixit, quid inde sequi soleat, addit. Opinor scribendum: ὧν δ' ἀφερπύζει, φιλεῖ
ὀφθαλμὸς, ἄνθος, τῶνδ' ὑπεκτρέπειν πόδα.
(Quarum flos sensim labitur, ab iis oculus solet pedem (mariti) avertere; earum conspectus facit, ut maritus discedat.)

Ibd. 553, 554: ᾗ δ' ἔχω, φίλαι,
λυτήριον λύπημα, τῇδ' ὑμῖν φράσω.

Sic interpungunt et λύπημα corruptum esse consentiunt. Sed ineptum est nee usquam sic, ubi quis se rem expositurum promittit, additur τῇδε (hoc modo dicam). (Inconsiderate Schneidewinus adscripsit Œd. t. 276, quasi ᾗ et τῇδε cohæreant: eo modo dicam, quo habeo.) Itaque sic interpungi oratio debet:

λυτήριον λύπημα τῇδ', ὑμῖν φράσω,

intellegique pronomen de Iole: quod habeo remedium ad me exsolvendam aptum, huic acerbum. Quod Deianiram exsolvet, Iolen λυπήσει.

Ibd. 572 sqq.:

Ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν
σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσὶν, ᾗ μελαγχόλους
ἔβαψεν ἰοὺς θρέμμα Λερναίας ὕδρας,
ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας κ. τ. λ.

Perverse ipsa hydra appellatur θρέμμα Λερναίας ὕδρας, perverse hydra (pridem etiam occisa) sagittas mersisse in Nessi corpus, perverse sagittæ appellantur μελάγχολοι. Scribendum est:

ᾗ μελάγχολος
ἔβαψεν ἰὸς, θρέμμα Λερναίας ὕδρας

(ubi se mersit venenum a Lernæa hydra enutritum). Βάπτειν Sophocles h. l. intransitive dixit, ut Euripides Orest. 707.

Ibd. 597 πίπτειν αἰσχύνῃ pro περιπίπτειν insolentissime dicitur. Potest Sophocles scripsisse: οὔποτ' αἰσχυν-

θεὶς ἔσει (Œd. Col. 816, Œd. r. 90, 970, 1146); scripsisse non affirmo.

Ibd. 910, 911:

αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον᾽ ἀνακαλουμένη
καὶ τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας.

Alterum versum Nauckius nondum emendatum dicit, iure; nec tamen ita profundum est vulnus, ut sanari nequeat. Nam οὐσίας (plurali numero, quo non fere dicitur vulgari significatu) Sophocles dixit in vita commorationem (das Dasein); eas Deianira appellat non sane ἄπαιδας, sed, quod impudens ei videtur post ea, quæ perpetravit, in vita manere, querendo ingeminat τὸν αὑτῆς δαίμονα

καὶ τὰς ἀναιδεῖς ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας.

(Dindorfius versum absurdum in modum interpolatum scribit aut totum ab interpolatore confictum, cum versus excidisset, quo verba τὸν αὑτῆς δαίμονα accuratius definirentur. Si interciderat verus versus, cur quis, cum id ignoraret nec quicquam omnino desideraretur, hunc subiecit? si aderat, cur delevit et novum supposuit? Quis in iudicio aut in negotiis gerendis talia fingentem non rideret?)[1])

V. 981 et 982 mirificam excogitant verbi ἐμμέμονεν significationem et cum accusativo coniunctionem, quæ recte verba interpungendo removetur:

ἀλλ᾽ ἐπί μοι μελέῳ
βάρος ἄπλετον· ἐμμέμονεν φρήν.

Ibd. 1019: *σὺ δὲ σύλλαβε· σοί τε γὰρ ὄμμα*
ἔμπλεον ἢ δι᾽ ἐμοῦ σῴζειν.

Pro ἔμπλεον scribendum esse ἦν πλέον, alii iam viderunt. In γάρ (quæ particula locum non habet) et ὄμμα latet prædicatum (plurale neutri generis), ut sæpe γάρ e παρ

---

[1]) V. 905 Nauckio, cum mutaret nulla mutatione egentia (γένοιτ᾽ ἐρήμη), accidit, ut optativi aoristum pro futuro (γενήσοιντο) acciperet.

ortum est (γὰρ ὤφθη e παρώφθη in Plutarchi Arato 30, correctum a Sintenisio). Scripsit Sophocles aut:

σοί τε πάροικα
ἦν πλέον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν

(tibique domesticum erat magis eum servare quam mea opera) aut, repetita propter similitudinem litterarum ab Hesychio voce,

σοί τε πάροιμα

hoc est, vicinum et proprium.

Ibd. 1035 pro ἐχόλωσεν (χολοῦν τινα ἄχει!) scribendum ἐκόλουσεν.

Ibd. 1186: ἦ μὴν τί δράσειν; καὶ τόδ' ἐξειρήσεται; Tollenda altero loco interrogandi nota; promittit Hyllus se iuraturum.

Ibd. 1247: πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε; De pietate iam dixit Hercules; quærit Hyllus, perstetne Hercules et prorsus hæc fieri iubeat; scribendum videtur παντελῶς.

Ex tribus Sophoclis fragmentis, quæ in Philolog. I p. 671 emendaveram, unum (Ἀχαιῶν συλλόγου) iam ante Bergkius paulo melius correxerat, in altero (Λακαινῶν, 337) et Nauckius et Dindorfius meam emendationem sequuntur. in tertio (e Salmoneo, 483), in quo una littera detracta (δυσοσμία pro δυσοσμίας) rectissimam et orationem et sententiam effeceram, nescio, cur aliud Nauckius anquisiverit. Addam quartum, Phædræ, 610, ubi scribendum est:

Τὸν δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμήσας βροτῶν
οὐκ ἔστιν οὕτως ὅντιν' εὑρήσεις ἕνα.

Aberravit Nauckius. Qui per omnia felix sit, ne unus quidem, si numeres, repertum iri dicitur.

Cap. II.

Emendationes Euripideæ.

Ex Euripidis fabulis notum est novem, quæ continentur codicibus Marciano, Vaticano, Hauniensi, certiorem habere librorum auctoritatem, ceteras inferiorem codicum Florentini et Palatini aut etiam alterius tantum, quæ coniecturæ ut locum sæpe det, ita fundamentum subtrahat. Tractavi autem alias sæpius, nonnullas etiam enarrando, alias rarius legi et sine illo omnia rimandi incitamento, ex quo numero sunt, quæ primæ offeruntur litterarum ordinem sequenti. Itaque, cum, quæ haberem in marginibus annotata ut mea, nunc, adhibitis Kirchhoffii, Nauckii, G. Dindorfii editionibus, perlustrarem (nam Matthiæi, qua olim eram usus, nunc inspicere otium non erat), in Alcestide nihil repperi, quod non alius præripuisset (etiam minuta, ut v. 526 *ἐς τότ'* pro *ἐς τόδ'* Wakefieldius, v. 713 *μείζονα* pro *μείζον' ἂν* Schæferus[1])), in proxima fabula unum.

Androm. v. 398: *ἀτὰρ τί ταῦτ' ὀδύρομαι, τὰ δ' ἐν ποσὶν*
οὐκ ἐξικμάζω καὶ λογίζομαι κακά;

Pro *ἐξικμάζω*, quod corruptum esse constat, e noto autem verbo *ἐξετάζω* ortum esse improbabile est, scribendum videtur *ἐ κ λ ι κ μ ά ζ ω* (ventilo et pondero). Verbum compositum apud inferiores demum reperitur, sed *λικμᾶν* apud antiquos, *λικμίζω* apud Hesychium, qui *ἀλοᾷ* interpretatur, ut opinor, pro *λικμάζω*.

Baccharum v. 270, 271: *θρασύς τε δυνατός καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνὴρ*
κακὸς πολίτης γίγνεται νοῦν οὐκ ἔχων.

---

[1]) Optat iratus Admetus Phereti (et optat hyperbolice) infinitam et enervem, ut Tithoni, senectutem, interrogatusque, parentibusne diras imprecari audeat (quæ nullæ sunt in potentiali prædicandi forma *ζῴης ἂν*), respondet se ita optasse, quod vidisset patrem *μακροῦ βίου ἐρᾶν*.

Et prave coniunguntur membra *θρασύς, δυνατὸς καὶ λ. οἷός τε* (nam prius *τέ* hanc sententiam adiungit superioribus) et *δυνατός* male h. l. tanquam tertium interponitur inter *θρασύς* et *λέγειν οἷός τε*. Scribendum videtur: *θράσει τε δυνατὸς καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνήρ*, ut intellegatur audacia linguaque promptus.

Ibd. 314 sqq.:

Οὐχ ὁ Διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει
γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν ἐς τὰ πάντ' ἀεί.

Vinum *σωφροσύνης* causam esse mulieribus nemo dixerat dicturusve erat, ut id negari opus esset; *ἀφροσύνην* (*τὸ μὴ σωφρονεῖν*) inde nasci insimulabant Bacchi adversarii. Codex alter eorum, ex quibus decem fabulæ pendent, Palatinus *μὴ σωφρονεῖν* habet idemque apud Stobæum est, hos versus citantem. Scribendum igitur: *Οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ φρονεῖν ἀναγκάσει*. Nam idem est *μὴ φρονεῖν* in communi et liberiore verborum usu de femina atque *μὴ σωφρονεῖν*. Sed quod hoc et sequitur (*τὸ σωφρονεῖν*) et proprium est verbum, hic quoque adscriptum versum vitiavit; itaque in altero codice (Laurentiano) negatio omissa est, sed postea supra versum addita, quod necessariam esse animadversum erat.

Ibd. 397 interrogativa sententia est:

βραχὺς αἰών· ἐπὶ τούτῳ δὲ τίς ἂν μεγάλα διώκων
τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι;

(quis in hac tam brevi vita tam stultus est, ut magna persequens præsentia ferre nolit?)

Ibd. 455:

πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς οὐ πάλης ὕπο,
γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως.

Nescio quid *πάλη* ad crinem alendum pertineat, nec h. l. id agitur, quæ causa Baccho longos crines dederit. Puto Euripidem scripsisse: *οὐ μάλης ὕπο*, non occulte et furtim;

itaque additur e contrario: sed ut eum ostentes et libere fundi sinas: *γέννυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος.*

Ibd. 506: *Οὐκ οἶσθ' ὅ, τι ζῇς οὐδ' ὁρᾷς οὔθ' ὅστις εἶ.*

Οὔθ' ante *ὅστις* corrigunt, ut sit *εἶθ'*. Sed relinquitur molestissimum illud: nescis quid vivas, quod si aliquid significat, bis idem dicitur: nescis, quid vivas, nec vides, qui sis. Scribendum videtur, ut Penthea in summa omnium ignoratione versari Bacchus dicat:

Οὐκ οἶσθ', ὅ, τι χρῇς, οὐδ' ὃ δρᾷς, οὐδ' ὅστις εἶ.

Χρῇς, χρῇ pro *θέλεις, θέλει* ex Hesychio et Suida restitutum Sophocli est Aiac. 1373, Antig. 887, El. 606. (Cratin. apud Suid. v. *χρῇ.*) *Ὃ δρᾷς* iam Reiskius.

Ibd. 557:

Πόθι Νύσας ἄρα τὰς θηροτρόφου θυρσοφορεῖς
θιάσους, ὦ Διόνυσ', ἢ κορυφαῖς Κωρυκίαις;

Non quæritur, quo Nysæ loco (*πόθι Νύσας*) Bacchus thyrsum gestet et choros ducat, sed Nysæne an alio loco sibi grato; nec Græcum est *θιάσους θυρσοφορεῖν*. Scripsit Euripides:

Ποτὶ Νύσας ἄρα τᾶς θηροτρόφου θυρσοφορεῖς
θιάσοις, ὦ Διόνυσ', ἢ κορυφαῖς Κωρυκίαις;[1])

Ibd. 586 chorus invocato Baccho terram commoveri sentit:

πέδον χθονὸς ἔνοσι πότνια. ἆ, ἆ,
τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα διατινάξεται πεσήμασιν.

Nihil est h. l. *πότνια* et desideratur verbum. Scribendum:

πέδον χθονὸς ἔνοσι πιτνεῖ. ἆ, ἆ.

Adhærescente *α* effectum est *πότνια.*

---

[1]) Paulo ante v. 551 quomodo, qui capiantur vexenturque, *ἐν ἁμίλλαισιν ἀνάγκας* esse dicantur, obscurum mihi est. Fuitne *ἐν ἀπειλαῖσι ἀνάγκας*? (Io. G. Schneider in lexico *ἐν ἀμάλλαισιν*, sed *ἀμάλλας* pro vinculis nemo dixit.)

Ibd. 716. Fieri potest, ut hic versus e v. 667 natus sit; sed tamen per se locum facile tueretur duabus litteris mutatis:

κοινῶν λόγων δώσοντες ἀλλήλοις ἔριν,
ὡς δείν' ὁρῶσι (v. *δεινὰ δρῶσι*) *θαυμάτων τ' ἐπάξια.*[1])

Ibd. 752 sqq.: *ὥστε πολέμιοι*
ἐπεσπεσοῦσαι πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
διέφερον· ἥρπαζον μὲν ἐκ δόμων τέκνα,
ὁπόσα δ' ἐπ' ὤμοις ἔθεσαν, οὐ δεσμῶν ὕπο
προσείχετ' οὐδ' ἔπιπτεν ἐς μέλαν πέδον,
οὐ χαλκὸς, οὐ σίδηρος.

Pueros (*τὰ τέκνα*) a Bacchis raptos, iam alii mirati sunt, cum præsertim hæc una rapina nominetur, ea autem, quæ subiiciuntur (*ὁπόσα δέ — χαλκὸς, σίδηρος*), copiam variarum rerum ante significatam esse ostendant. Itaque Hartungius quædam intercidisse inter v. 754 et 755 putabat. Suspicor scriptum sic fuisse, ut casu, quicquid obiectum esset, Bacchæ raptasse dicerentur:

ἥρπαζον μὲν ἐκ δόμων τύχᾳ.

(Initio recte Kirchhoffius scribi voluit: *ὡς δὲ πολέμιοι*, ut hæc narrationis continuatio particula *δέ* adiungatur superioribus *χωροῦσι δὲ κ. τ. λ.*)

Ibd. 1056:

αἱ δ' ἐκλιποῦσαι ποικίλ' ὡς πῶλοι ζυγὰ
βακχεῖον ἀντέκλαζον ἀλλήλαις μέλος.

Mira comparatio Baccharum cum pullis iugum relinquentibus (et labore fessis); et quo pertinet in hac comparatione iugi (veri) cognomen *ποικίλα*? Scribendum:

---

[1]) V. 747 solœcum est, quod Dindorfius et Nauckius edunt: *ἢ σὺ ξυνάψαις βλέφαρα βασιλείοις κόραις* pro *ξυνάψαις ἄν*, rectum, quod e codice Laurentiano tenuit Matthiæus: *ἢ σὲ ξυνάψαι β. β. κ.* Sed cur unum locum attingo e tam multis?

αἱ δ' ἐμπλέκουσαι ποικίλ' ὡς πῶλοι ζυγά,
hoc est, multiplices variosque serentes ordines.

Ibd. 1129 sqq.:

Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο
ῥηγνῦσα σάρκας, Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς
ἐπεῖχε Βακχῶν.

Nihil ex illo *ἐπεῖχε* efficias ad Bacchas reliquas aptum. Scrib. *ἐπεῖγε*, urgebat et incitabat.

Ibd. 1147. Scribendum videtur:

τὸν καλλίνικον. Ἧ δάκρυα νικηφορεῖ.

Epiphonema hoc est et exclamatio nuntii miserantis.

(De v. 1387 vid. p. 54.)

Hecubae v. 189:

σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ
ξυντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
Πηλείδᾳ γέννᾳ.

Pelei genus et proles, Achilles, *Πηλεία γέννα* Graece dicitur, *Πηλείδᾳ γέννᾳ* barbarum est.

(De v. 620 vid. p. 109.)

Helen.[1]) v. 287 sqq.:

Τὸ δ' ἔσχατον τοῦτ', εἰ μόλοιμεν ἐς πάτραν,
κλῄθροις ἂν εἰργοίμεσθα, τὴν ὑπ' Ἰλίου
δοκοῦντες Ἑλένην Μενέλεω μ' ἐλθεῖν μέτα.

Perturbatio haec orationis *εἰργόμεσθα ... δοκοῦντες* nullam nec causam habet nec anacoluthi excusationem. Scribendum:

κλῄθροις ἂν εἴργοιέν με, τὴν ἀπ' Ἰλίου

(*ἀπ' Ἰλίου* Nauckius).

Ibd. 324 sqq.:

τάφον λιποῦσα τόνδε σύμμιξον κόρῃ,
ὅθενπερ εἴσει πάντα, τἀληθῆ φράσαι
ἔχουσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε, τί βλέπεις πρόσω;

---

[1]) Haec fabula mihi videtur ex mixto illo *ἱλαροτραγῳδίας* genere esse, ex quo Alcestis est.

Ita Dindorfius. Nauckius sic interpungit: φράσαι· ἔχουσα cet. Utroque modo molestissimum φράσαι, pro quo requiritur μαθεῖν, quod olim mihi, postea, ut video, Heimsœthio in mentem venit, a probabilitate mutationis longe remotum. Sed præterea non rectum ὅθενπερ in hac coniunctione pro simplici ὅθεν. Oratio sic interpungenda est:

τάφον λιποῦσα τόνδε σύμμιξον κόρῃ.
Ὅθενπερ εἴσει πάντα τἀληθῆ, φράσαι,
ἔχουσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε τί βλέπεις πρόσω;

Iam φράσαι imperativus est medii, interrogationi interiectus: Cum in hac domo habeas, (considera,) unde omnia vera comperias, cur longe prospicis?

Ibd. 388:

εἴθ' ὤφελες τόθ', ἡνίκ' ἔρανον ἐς θεοὺς
πεισθεὶς ἐποίεις, ἐν θεοῖς λιπεῖν βίον.

Mire hæc quidam ad id tempus rettulerunt, quo Pelops puer a Tantalo mactatus dis appositus est, cuius rei neque in verbis ulla significatio est nec apta ea subiici poterat post commemoratam Pelopis Pisæ victoriam. Significantur epulæ post eam victoriam a Pelope et sacra dis facta (ἔρανον ἐς θεούς). Sed residet mendum manifestum in πεισθείς et alterum in ἐν θεοῖς. Videtur scribendum:

στεφθεὶς ἐποίεις, εὐθέως λιπεῖν βίον.

Coronatus sacra Pelops fecit; εὐθέως etiam Hermanno in mentem venit.

Ibd. 415, 416. Videor mihi adolescens alicubi dixisse (— certe adolescens annotavi —), hos versus sic interpungendos esse:

Οὐκ οἶδ'· ὄχλον γὰρ εἰσπεσεῖν ᾐσχυνόμην,
ὥσθ' ἱστορῆσαι, τὰς ἐμὰς δυσχλαινίας,

h. e., verebar propter deformem vestitum turbæ me immiscere sciscitandi causa. Nam αἰσχύνομαί τι ποιεῖν τι est: sic alicuius rei me pudet, ut ob id facere aliquid verear. Xen. anab. II, 3, 22: ᾐσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους

προδοῦναι αὐτόν. Nec personæ et rei accusativi in hac re differunt (Plat. Crit. p. 52 C). (Dindorfius ob pravam interpunctionem v. 416 damnavit.)

Ibd. 441:

Ὦ γραῖα, ταῦτα ταῦτ' ἔπη καλῶς λέγεις.
ἔξεστι· πείσομαι γάρ· ἀλλ' ἄνες λόγον.

Verba ad speciem graviter corrupta et pro desperatis a Dindorfio (qui, ut decebat, interpolata dicit) aliisque habita facili et certa emendatione sanabuntur:

Ὦ γραῖα, ταὐτὰ ταῦτ' ἔπη πράως λέγειν
ἔξεστι.

Vetulæ iratis et trucibus verbis usæ respondet Menelaus, posse eadem omnia clementer dici; nihil opus esse illa vehementia.[1])

Ibd. 785:

ὕβριν θ' ὑβρίζειν εἰς ἔμ' ἣν ἔτλην ἐγώ.

Admodum saltem ex abundanti adhærerent illa ἣν ἔτλην ἐγώ, nisi perversissimum esset, Helenam confirmare se stupratam esse. Scripsit Euripides:

εἴ γ' ἔτλην ἐγώ.

Negat se contumeliam subisse.

Ibd. v. 974 sic scribendus est: ἥσσω φανεῖσαν τἄμ' ἀποδιδόναι λέχη. (Codd. ἀποδοῦναι, Barnesius τάμά γε, particula contra sententiam addita.)

V. 1434, quoniam insolens est βοᾶσθαι active positum (γῆ βοᾶται ὑμέναιον Ἑλένης), videndum, ne Euripides scripserit:

πᾶσαν δὲ χρὴ
γῆν ἀνὰ (pro γαῖαν) βοᾶσθαι μακαρίαις ὑμνῳδίαις
ὑμέναιον Ἑλένης κάμόν.

---

[1]) V. 578 quoniam video præferri coniecturas deteriores, dicam me omnibus litteris in eandem emendationem incidisse, quam postea vidi Badhamum fecisse: σκέψαι· τί δεῖ σοι πίστεως σαφεστέρας;

(De v. 1593 vid. supra p. 197.)

Ibd. 1670:

οὗ δ' ὥρισεν σε πρῶτα Μαιάδος τόκος
Σπάρτης ἀπάρας τῶν κατ' Εὐρώταν δόμων, κ. τ. λ.

Nihil est hominem ὁρίζειν alicubi; scripsit Euripides ὥρμισεν (in quam primam stationem detulit)

Ibd. 1679:

τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες,
τῶν δ' ἀναριθμήτων μᾶλλόν εἰσιν οἱ πόνοι.

A totius loci tenore (quo docetur, non deorum odio factum esse, ut Menelaus magnas ærumnas exanclaret, quippe qui ei perpetuam in insula beatorum felicitatem daturi sint) aberrat posterioris versus sententia; itaque adest, qui deleat, Hartungius. Corrupta sunt extrema verba, sic corrigenda:

τῶν δ' ἀναριθμήτων μᾶλλόν εἰσιν ἐν πόνοις.

Sic demum plena efficitur γνώμη, non odio esse diis nobiles, sed magis ærumnis exerceri quam ignobiles et viles. Excidit εν post ιν, deinde factum οἱ πόνοι.

Electræ primus statim versus suspicionem movet:

Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥοαί,

nam et mire in urbe additur γῆς (ὦ γῆς Ἀργείας π. Ἄ.) et mire urbis appellationi appositione adiunguntur Ἰνάχου ῥοαί. Has solas appellatas esse puto:

Ὦ γῆς παλαιὸν ἄγκος, Ἰνάχου ῥοαί.

Convallem appellat, fluminis alveum.

Ibd. v. 96, ubi codex (Laurentianus) habet ἵν' ἐκβάλω ποδί, annotaveram aut ἐκβάλω πόδα scribendum esse, in quod etiam Hartungium incidisse video, aut potius ἐκσταλῶ ποδί. Id enim facilius mutari poterat.

(De v. 238 vid. p. 66.)

Ibd. 383 sqq.:

οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων
πληρεῖς πλανᾶσθε, τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς
κρινεῖτε καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς;

Manifestum est iis, qui Græce sciunt, aut bis per οὐ de eo interrogari debere, quod homines inani superbia inflati interrogando iubeantur facere, aut primum per οὐ μή de eo, quod vetentur facere, deinde per οὐ. Illam formam corrigendo efficere L. Dindorfius conatus est: οὐ σωφρονήσετε . . . τῇ δ' ὁμιλίᾳ, in qua scriptura σωφρονεῖν non aptissime de abiicienda superbia dicitur, alteram, quam apertissime monstrant codices (neque enim facile quisquam pro οὐ σωφρονήσετε substituisset οὐ μὴ φρ.), Badhamus, posito, quod ipse quoque aliquando tentaveram, οὐ μὴ ἀφρονήσετε. Sed ut omittam, nimis per se ambiguum hoc videri, cum prorsus contraria significatio (οὐ μὴ φρονήσετε) versum non minus et facilius efficeret, ἀφρονεῖν plane inusitatum est extra participium (ἀφρονέων) apud Homerum Hippocratemque et alios. Itaque, quoniam ne id quidem procedere videtur, ut φρονεῖν ipsum de superbia (μέγα φρονεῖν) intellegatur (οὐ μὴ φρονήσετε), restare videtur, ut scribatur:

οὐ μὴ φθονήσεθ', οἱ κενῶν δοξασμάτων
πληρεῖς πλανᾶσθε, τῇ δ' ὁμιλίᾳ κ. τ. λ.

Nam etiam φθόνος aliquis est, cum superbi illi humilioris originis et condicionis hominibus nobilitatem concedere nolunt.[1])

---

[1]) De ipsa vetandi forma (οὐ μὴ ποιήσεις; *non omittes facere?* id est, *ne feceris*) prorsus ab negandi (οὐ μὴ ποιήσῃς) separanda non debuerat post Elmsleium dubitari. Ea aut simpliciter ponitur (οὐ μὴ ληρήσεις; Arist. nub. 367, addito σῖγα Æsch. Sept. 250: οὐ, σῖγα. μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς;) et continuatur etiam vetando per καί (Soph. Trach. 979) aut μηδέ (Eurip. Hippol. 606, ubi codd. προσοίσῃς, ne librariorum proclivitas obscura sit, Aristoph. ran. 298), aut præcedit (ut in hoc Electræ loco), adiuncto altero membro iubente (οὐ) per ἀλλά (Arist. nub. 296, 505, ran. 202, 462, 524) vel δέ (Eurip. Med. 1151), aut, præcedente membro iubente (οὐ), subiungitur per καὶ μή (Soph. Trach. 1183, Eurip. Helen. 437, Hippol. 498, 499, Plat. symp.

Ibd. 413:

κέλευε δ' αὐτὸν τόνδ' ἐς δόμους ἀφιγμένον
ἐλθεῖν ξένων τ' εἰς δαῖτα πορσῦναί τινα.

Sic codex Laur., priore versu laborante, cui subveniunt *τόνδ'* delendo; sed restat intolerabilis tautologia *ἀφιγμένον ἐλθεῖν* (vitioso etiam perfecto. quod vitium manebit, etiamsi cum Hartungio scripseris *ἀφιγμένος*, præterquam quod prorsus hoc *ἀφιγμένος* abundat). Verum esse videtur:

κέλευε δ' αὐτὸν τῶνδε δόμον ἀφιγμένων
ἐλθεῖν ξένων τ' εἰς δαῖτα πορσῦναί τινα

(iube eum, quoniam hi peregrini domum nostram accesserunt, venire, aliquid ad cœnam portantem). Simillime Kirchhoffius: *τῶνδ' ἀφιγμένων δόμους.*

Ibd. 566:

ἰδού, καλῶ θεούς· ἢ τί δὴ λέγεις, γέρον;

Neque *ἢ* neque *ἤ* (*ἢ τί δή*) aptum. Scribendum:

ἰδού, καλῶ θεούς, εἴ τι δὴ λέγεις, γέρον.

Ibd. 582: *Ἠλ. ἐκεῖνος εἶ σύ; Ὀρ. σύμμαχός γέ σοι μόνος,*
ἣν δ' ἀσπάσωμαί γ' ὃν μετέρχομαι βόλον.

Sic codex. Quod caput erat, vidit Victorius *σπᾶσθαι*

---

p. 175 A) aut *μηδέ* (Soph. Ai. 75). Est enim *οὐ μὴ ποιήσεις;* idem atque *βούλει μὴ ποιήσειν; vin' abstinere a faciendo?* (Aristoph. Acharn. 1108 et 1113). Aberravit etiam Bergkius in Aristoph. nub. 296 (saltem in edit. II), cum in ceteris verum teneret. Quod quæritur, in altera negandi forma (*οὐ μὴ ποιήσῃς*) ferendusne sit pro coniunctivo aoristi etiam futuri indicativus, quod negabat Elmsleius, eius quæstionis nervus est in locis, qui futurum mutationem respuens habent, Sophocl. Œd. Col. 177 (*ἄξει*), Electr. 1052 (*μεθέψομαι*), Antig. 1043 (*παρήσω*), Aristoph. ran. 509 (*περιόψομαι*), Plat. Crit. p. 44 B (*εὑρήσω*), Xen. Hell. I, 6, 32 (*οἰκιεῖται*). Nam hic quoque omnia sine delectu et discrimine coacervantur.

verbum subesse. Sed condicionis significatio inepta est nec recte δ' sublatum. Adiungitur affirmationi votum:

εὖ δὲ σπασαίμην, ὃν μετέρχομαι, βόλον.[1])

Ibd. 952 sqq.:

ἔρρ', οὐδὲν εἰδὼς ὧν ἐφευρεθεὶς χρόνῳ
δίκην δέδωκας· ὧδέ (Stob. ὥστε) τις κακοῦργος ὢν
μή μοι τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς
νικᾶν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν τέλος
γραμμῆς ἵκηται καὶ πέρας κάμψῃ βίου.

Primi versus emendandi initium est, ut a proximis separetur, a quibus etiam separavit Stobæus, illos describens eclog. I, 3, 18 (p. 112 H.). Graviter enim per se ponitur δίκην δέδωκας et ex hoc concluditur. Hoc invento versus non ita magna mutatione egere videtur et sic probabiliter corrigi:

ἔρρ', οὐδὲν εἰδὼς ὡς ἐφηυρέθης χρόνῳ.

Cum contemptu Electra Ægisthum ignorasse dicit, quis se maneret exitus. Proximum versum licenter interpolasse librarii creduntur, quod in Stobæi codicibus scribitur ὥστε τῆς ἐπικουρίας, sed in eo nihil subesse credo nisi hoc:

ὥστε τις κακουργίας,
μή μοι, τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς,
νικᾶν δοκείτω κ. τ. λ.

Ibd. 1260, 1261:

Ἁλιρρόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης
μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων κ. τ. λ.

Prorsus perversus est accusativus μῆνιν nec ullo modo cum reliqua oratione coniungitur. Sed facillima correctio; scribendum enim est μήνι. Mars Halirrhotium occidit ira (ob iram) stupratæ filiæ. Ob levissimum mendum totum versum Herwerdeno merito suspectum Dindorfius iudicat.

---

[1]) V. 615 nihil mendi habet. Postquam Orestes interrogavit: ἀλλὰ πῶς λαβῶ; respondet senex: Muros ingrediendo ne si volueris quidem (ne si ingredi quidem conari audebis), capies.

Ibd. 1292 sqq.:

ΧΟ. Ὦ παῖδε Διὸς, θέμις εἰς φθογγὰς τὰς ὑμετέρας ἡμῖν πελάθειν;

ΔΙΟΣΚ. θέμις, οὐ μυσαροῖς τοῖσδε σφαγίοις.

Scrib. μυσαραῖς (ὑμῖν οὔσαις).

Ibd. v. 1301. Si vera est Seidleri correctio (μοῖραν ... ἦγεν τὸ pro μοίρας ... ἡγεῖτο), etiam pro ἀνάγκης scribendum ἀνάγκαις:

Μοῖραν ἀνάγκαις ἦγεν τὸ χρεών.

Heraclidarum v. 169 (ubi Copreus Demophonta docet nullam ex adiuvandis Heraclidis utilitatem percepturum):

ἐρεῖς τὸ λῷστον ἐλπίδ' εὑρήσειν μόνον.

Sententia, quæ nulla est, optima efficietur hac scriptura:

ῥέπ' εἰς τὸ λῷστον· ἐλπίδ' εὑρήσεις μόνον.

Inclina te in optimam partem: nihil reperies præter spem; ut omnia summa et optima fingas, nihil tamen cet.

Ibd. 290 sqq.:

μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης
ὁ Μυκηναίων ἐπὶ τοῖσι δὲ δὴ
μᾶλλον ἔτ' ἢ πρίν.

Τοῖσι pro τούτοισι aut τοῖσδε dici nequit. Scribendum puto ἐπὶ τοῖσδεσι δή, non refugiens in anapæstis Homericam formam; nisi quis τοῖσιδε præfert.

Ibd. 427 sqq.:

Ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλοισιν, οἵτινες
χειμῶνος ἐκφυγόντες ἄγριον μένος
εἰς χεῖρα γῇ ξυνῆψαν, εἶτα χερσόθεν
πνοιαῖσιν ἠλάθησαν εἰς πόντον πάλιν.

Nihil esse εἰς χεῖρα γῇ ξυνάπτειν, consentitur, nec quicquam auxilii allatum est. Facile tamen id inventu est et e proximo; scripsit enim Euripides:

εἰς χέρσα γῆς ξυνῆψαν, εἶτα χερσόθεν.

Notum est χέρσος pro adiectivo dici et τὰ χέρσα γῆς esse ipsam χέρσον.

(De v. 495 vid. p. 31.)

Ibd. 531:

κἀξαγγέλλομαι
θνήσκειν ἀδελφῶν τῶνδε κἀμαυτῆς ὕπερ.

Promittendi et sese ad aliquid faciendum offerendi significatio, quæ requiritur, non est in ἐξαγγέλλομαι, sed in ἐπαγγέλλομαι, ut scribi debeat κἀπαγγέλλομαι.

Ibd. 533:

Εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ
κάλλιστον ηὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

Neque γάρ τοι pro γάρ aptum et reliqua manifestissimam habent tautologiam, cum id, quod Macaria se repperisse dicit, iam sit in μὴ φιλοψυχοῦσα. Scribendum:

Εὕρημα γὰρ τοῖς μὴ φιλοψυχοῦσί γε
κάλλιστον ηὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

Ibd. 684 sqq. (ubi Iolaum pugnare volentem famulus dehortatur senectutis admonens):

ΘΕ. οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει τραῦμα μὴ δρώσης χερός.
ΙΟ. τί δ'; οὐ θένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος;
ΘΕ. θένοις ἄν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.
ΙΟ. οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν προσβλέπων ἀνέξεται.
ΘΕ. οὐκ ἔστιν, ὦ τᾶν, ἥ ποτ' ἦν ῥώμη σέθεν.

Apparet hanc, quæ extremo versu continetur, admonitionem initio positam fuisse; deinde autem etiam manifestius, illud οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει κ. τ. λ. a famulo obiici his Iolai verbis: οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν κ. τ. λ. Versus igitur 684 et 688 sedem permutarunt, quibus in suum locum restitutis, sic hæc decurrent:

ΘΕ. οὐκ ἔστιν, ὦ τᾶν, ἥ ποτ' ἦν ῥώμη σέθεν.
ΙΟ. τί δ'; οὐ θένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος;
ΘΕ. θένοις ἄν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.
ΙΟ. οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν προσβλέπων ἀνέξεται.
ΘΕ. οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει τραῦμα μὴ δρώσης χερός.

Permutandæ sedis causa fuit initium utriusque versus

simile (οὐκ ἔστ', οὐκ ἔστιν). Qui sequitur versus 689 sic scriptus:

ΙΟ. ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' ἀριθμὸν (codd. μαχοῦμ' ἀριθμὸν) οὐκ ἐλάσσοσι,

quam habeat sententiam, non intellego; nam Iolaum, si se pugnæ adiungat, non contra pauciores pugnaturum (quam si non se adiungat), inanissimæ nugæ sunt. Scribendum videtur:

ἀλλ' οὖν μαχοῦνταί γ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσοσι.

Aucturum se certe numerum suorum modeste sic significat, ut hostes saltem non cum paucioribus pugnaturi sint. Respondet famulus, exiguum hoc esse additamentum:

σμικρὸν τὸ σὸν σήκωμα προστίθης φίλοις.

Ibd. 707 scr. τά τ' ἀμήχαν' ἐᾶν (pro δ').

Ibd. 804 scribendum est, Heathio et aliis præeuntibus:

ὦ στρατήγ' ὃς Ἀργόθεν
ἥκεις, τί τήνδε γαῖαν οὐκ ἐάσομεν
καὶ τὰς Μυκήνας οὐδὲν ἐργάσει κακὸν
ἀνδρῶν στερήσας;

Futuro tempore in hac iubentis et vetantis interrogatione opus est. Aoristo locus est in secunda persona (τί οὐκ ἐποίησας), vix in prima, perfectum (εἴργασαι) plane excluditur; et est ἐργάσει in codicibus.

(De v. 894 vid. p. 109.)

Ibd. 1050:

κομίζετ' αὐτόν, δμῶες, εἶτα χρὴ κυσὶ
δοῦναι κτανόντας.

Neque nudum illud κομίζετε αὐτόν ferri potest neque apte coniunguntur hæc κομίζετε . . . εἶτα χρή. Scribendum:

κομίζετ' αὐτόν, δμῶες, ἔνθα χρὴ κυσὶ
δοῦναι κτανόντας.

Duci ad supplicii locum Eurystheum Alcmena iubet. Cfr. v. 528: ἡγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε

Hercul. fur. v. 53:

ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι
δόμων καθήμεθ' ἀπορίᾳ σωτηρίας.

Iure Nauckius dubitat, possintne, qui domo eiecti sint eaque arceantur, novo verbo ἐξεσφραγισμένοι, quasi exsignati, appellari; nam ut signo apposito clausam domum fingas (quod non in heroica tantum ætate, sed in ipsius Euripidis licenter fingatur), tamen homo mire dicatur ἐξεσφραγισμένος. Aptissimum contra videtur ἐξεσφαιρισμένοι, quasi pilæ lusu eiecti.

Ibd. 69:

καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ' ἀνέπτατο,
ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μέλλομεν θνήσκειν, γέρον.

Prorsus perverse prioris temporis bona mortua dicuntur et, quod perversius est, mortua evolasse. Scripserat Euripides:

καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν ἀνόνητ' ἀπέπτατο.

Omisso errore η, ex ἄνοντ' natum θανόντ'.

Ibd. 155:

τοῖσδ' ἐξαγωνίζεσθε; τῶν δ' ἄρ' οὕνεκεν
τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών;

Novum verbum ἐξαγωνίζεσθαι, magis tamen mira significatio; debet enim, ut loci sententiæ satisfiat, esse certamen et periculum fugere et evadere, quæ vis in illa compositione inesse nequit. Videtur scribendum:

τοῖσδ' ἐξ ἀγῶνος ἦσθε;

Ibd. 190 sqq.:

ἀνὴρ ὁπλίτης δοῦλός ἐστι τῶν ὅπλων
καὶ τοῖσι συνταχθεῖσιν οὖσι μὴ 'γαθοῖς
αὐτὸς τέθνηκε δειλίᾳ τῇ τῶν πέλας.

Neque dativus de personis ullo modo sic poni potest in causa significanda et vitiose hic dativus concurrit cum altero δειλίᾳ τ. τ. π. Scribendum:

κἐν τοῖσι συνταχθεῖσιν οὖσι μὴ 'γαθοῖς

h. e., inter commilitones non fortes.

Ibd. 290:

οὑμὸς δ' ἀμαρτύρητος εὐκλεὴς πόσις,
ὡς τούσδε παῖδας οὐκ ἂν ἐκσῶσαι θέλοι
δόξαν κακὴν λαβόντας.

Ad rem non pertinet (et per se nugatorium est) Herculem sine teste clarum esse; *ὡς* autem non habet, quo recte referatur. Apparet hoc dici, vel sine testimoniis manifestum esse, Herculem non servaturum liberos mala fama obrutos. Itaque pro *εὐκλεής* substituendum *εὔδηλος*.

Ibd. 302:

ἤδη δ' εἰσῆλθέ μ', εἰ παραιτησαίμεθα
φυγὰς τέκνων τῶνδε.

Mirum neminem animadvertisse solœcum esse optativum nudum in interrogando, quid fieri fortasse possit, scribendumque *παραιτησαίμεθ' ἄν*.

Ibd. 616, 617:

ΑΜ. οὐκ οἶδεν Εὐρυσθεύς σε γῆς ἥκοντ' ἄνω;
ΗΡ. οὐκ οἶδεν· ἐλθὼν τἀνθάδ' εἰδείην πάρος.

Neque optat Hercules, ut hæc, quæ iam videt, sciat (itaque Matthiæus Dindorfiusque *οὐκ οἶδ'· ἵν' ἐλθὼν κ. τ. λ.*, non bene optativo subiecto *ἵνα* post præsens) neque apte in eodem versu concurrunt *οἶδεν* de Eurystheo et *εἰδείην* de Hercule. Scribendum videtur:

οὐκ οἶδεν· ἐλθὼν τἀνθάδ' εὖ θείην πάρος.

Optat, ut sibi res domesticas ordinare liceat, antequam Eurystheus se redisse sciat.

Ibd. 649:

τὸ δὲ λυγρὸν φόνιόν τε γῆρας μισῶ.

Longe abeunt in corrigendo illo *φόνιον*. Proximum aptissimumque est *πολιόν τε*.

Ibd. 713 sqq.:

ΑΜ. δοκῶ μὲν αὐτήν. ὡς θύραθεν εἰκάσαι
ΛΥ. τί χρῆμα; δόξης τῆσδ' ἔχεις τεκμήριον;
ΑΜ. ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς ἑστίας θάσσειν βάθροις.

Neque *δόξης τῆσδε* de opinione nondum prolata dici

potest neque Lycus quærere, huiusne opinionis Amphitruo argumentum habeat. Scribendum est:

ΛΥ. τί χρῆμα δόξης, ἧς ἔχεις τεκμήριον;

Probabilem Lycus se opinionem exspectare significat, cuius aliquod sit argumentum, non inanem suspicionem; pro *τίνα δόξην* dixit *τί χρῆμα δόξης*.

Ibd. v. 772: *θεοί, θεοὶ τῶν ἀδίκων μέλουσι καὶ τῶν ὁσίων ἐπάειν. Μέλω ἐπαΐειν* pro eo, quod est *μέλει μοι ἐπαΐειν*, nemo Atheniensis dixit. Codex *μέλλουσι*. Scrib. *θέλουσι*.

Ibd. 845: *τιμὰς δ' ἔχω τάσδ', οὐκ ἀγασθῆναι φίλοις*. Debet hoc significare: eum honorem habeo, ut non in admiratione et amore sim inter amicos. Sed primum mirus hic est honor, deinde incommodus est pluralis numerus, vehementissime denique offendit *οὐκ* pro *μή* positum. *Τιμαὶ αἵδε* dicuntur *δεικτικῶς*: hi honores et hoc munus, quod teneo (inter deos inferioris generis). Hos honores ipsa Dementia appellat

οὐκ ἀγαστὰς ἐν φίλοις

quibus amici non sane invideant; apte iam adiungitur *οὐδ' ἥδομαι* et reliqua.

Ibd. 865 sq.:

ὁ δὲ κανὼν οὐκ εἴσεται
παῖδας, οὓς ἔτικτ', ἐναίρων, πρὶν ἂν ἐμὰς λύσσας ἀφῇ.

Neque pluralis aptus est neque recte homo dicitur *ἀφιέναι τὴν λύσσην*, quæ ipsum oppressum tenet. Scribendum:

πρὶν ἂν ἐμὴ λύσσα σφ' ἀφῇ.

Cfr. Or. 227: *ὅταν ἀνῇ νόσος μανιάς*. Ex *λύσσας φαφῇ* mendum ortum est.

Ibd. 1020 sqq. scribendum cum Wundero, sed oratione melius distincta:

τάδε δὲ (pro *τάδε*) *ὑπερέβαλε, παρέδραμε τὰ τότε κακὰ τάλανι διογενεῖ κόρῳ. Μονοτέκνου Πρόκνης*

φόνον ἔχω λέξαι θρεόμενον Μούσαις,
σὺ δὲ τέκνα τρίγονα κ. τ. λ.

In v. 1022 recepi Heathii emendationem indigne spretam. Nam φόνος θυόμενος Μούσαις meræ nugæ sunt.

Ibd. 1063 ad hæc: ἔκανε δὲ τέκεα τοξήρει ψαλμῷ declarandi causa adscriptum puto τοξεύσας, quod ignavissime adhæret.[1])

Supplicum v. 74 iure offendit mira vox ξυναλγηδόνες, de personis præsertim posita. Ægre etiam careas præpositione ante χορόν. Scripsitne Euripides: ἴτ' ὦ ξυνάλγεινον ἐς χορόν?

Ibd. 321, 322:

ὁρᾷς, ἄβουλος ὥς κεκερτομημένη
τοῖς κερτομοῦσι γοργὸν ὡς ἀναβλέπει
σὴ πατρίς;

Scribendum puto ἀντιβλέπει. Nam longe aliter Bacch. 1308 ὧ δῶμ' ἀνέβλεπε et Ion. 1467, ubi ἀελίου ἀναβλέπειν λαμπάσιν est: solis radiis iterum collustrari.

Ibd. 385, 386:

Θησεύς σ' ἀπαιτεῖ πρὸς χάριν θάψαι νεκρούς,
ξυγγείτον' οἰκῶν γαῖαν, ἀξιῶν τυχεῖν,
φίλον τε θέσθαι πάντ' Ἐρεχθειδῶν λεών.

Qui aliquid postulat, semper ἀξιοῖ τυχεῖν. Scribendum ἄξιος τυχεῖν. Significatur preces persona precantis commendari.

Ibd. 438 sqq.:

τοὐλεύθερον δ' ἐκεῖνο· τίς θέλει πόλει

---

[1]) Ibd. 1351 pridem (Philol. II p. 137) scribendum dixi oratione melius distincta et una littera addita: οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποστῆναι βέλος | ἐγκαρτερήσων θάνατον· εἶμι δ' ἐς πόλιν κ. τ. λ. Hercules ipse non vult nunc ἐγκαρτερεῖν θάνατον, sed contra, quanquam in malis sit, vitam se toleraturum dicit. Secutus me Nauckius est. V. 1340 displicet πάρεργα et requiro vocabulum aut diversitatem significans (eorum, quæ Theseus de diis commemoravit, ab Herculis malis) aut velamentum et callidam occultationem; sed aptum non reperio.

χρηστόν τι βούλευμ' εἰς μέσον φέρειν ἔχων;
καὶ ταῦθ' ὁ χρῄζων λαμπρός ἐσθ', ὁ μὴ θέλων
σιγᾷ· τί τούτων ἔστ' ἰσαίτερον πόλει;

Pravum v. 440 *ταῦτα*, quod non habet, quo referatur. Scribendum:

κἄνταῦθ' ὁ χρῄζων λαμπρός ἐσθ', ὁ μὴ θέλων
σιγᾷ,

id est, atque hic (cum hoc a praecone pronuntiatum est). In altero membro recte Hartungius particulam desideravit scripsitque non improbabiliter *ὁ δ' οὐ θέλων* (synt. Gr. § 207), nisi fuit *ὁ δ' αὖ θέλων* | *σιγᾷ*, ut *θέλων* referatur ad silentium.

Ibd. 528 sqq.:

εἰ γάρ τι καὶ πεπόνθατ' Ἀργείων ὕπο,
τεθνᾶσιν· ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς,
αἰσχρῶς δ' ἐκείνοις, χἡ δίκη διοίχεται.

Quid significent verba *αἰσχρῶς δ' ἐκείνοις*, nemo dixerit; nam si quis sic enarrare conetur, Thebanis gloriae, Argivis dedecori fuisse pugnam, debebat primum dici: *ὑμῖν μὲν καλῶς*, deinde qui hinc consequitur illud: *χἡ δίκη διοίχεται*? Apparet sic hoc *αἰσχρῶς δ' ἐκ·* referri superiori *πολεμίους*, ut hic quoque accusativus esse debeat; sed tamen *ἐκείνους* non sufficit sententiae consequenti, et praeterea *οἱ πολέμιοι* sunt iidem *ἐκεῖνοι*. Scribendum est optima sententia, mutatione minima:

αἰσχρῶς δὲ νεκρούς, χἡ δίκη διοίχεται,

id est: contra hostes gloriose pugnastis, contra mortuos (cadavera) turpiter (pugnatis), peritque sic iustitia [1])

V. 653 fortasse scribendum *φῦλα τρία τριῶν συστημάτων* (cod. L. *συστρατευμάτων*); sed res incerta.

---

[1]) V. 593 ipse conieceram, quod deinde vidi in cod. Laur. supra scriptum esse et a Musgravio probatum *καινὸς ἐν καινῷ δορί* pro *κλεινὸς ἐν κλεινῷ*. Veritati perspicuae nocere non debet, quod a codicis correctore intellecta est.

Ibd. 689:

ἢ τὰς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένας
ἱμᾶσιν, αἵματός τε φοινίου ῥοάς.

Pro τὰς . . . φορουμένας editur ex Heathii coniectura τοὺς . . . φορουμένους et improbabili per se mutatione (qui enim hinc femininum natum est?) et nimis obscure significatis curribus quique in iis essent; nec apte ipsi, qui e curribus pugnant, dicuntur ἱμᾶσιν ἄνω καὶ κάτω φορεῖσθαι. Latet substantivum feminini generis currus vel potius partem superiorem curruum ἱμᾶσιν suspensam significans:

ἢ ἄντυγας ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένας
ἱμᾶσιν.

Nocuit crasis ἢ ’ντυγας.

Ibd. 716:

ὁμοῦ τραχήλους κἀπικείμενον κάρα
κυνέας θερίζων κἀποκαυλίζων ξύλῳ.

Durior transitus a plurali (τραχήλους) ad singularem (κάρα) defendi quodammodo potest, quod κάρα pluralem non habet; reditum ad pluralem longe duriorem (κυνέας) et subabsurdum (quasi unum caput plures galeas habuerit impositas) non habeo, quomodo defendam. Huc cum accedat, ut apud neminem præterea Atticorum hæc verbi ἐπίκειμαι, περίκειμαι constructio reperiatur, quam post Herodotum recentiores inde a Dionysio Halicarnassensi frequentant, adducor, ut credam Euripidem scripsisse:

κἀπικειμένας κάρᾳ
κυνέας κ. τ. λ.

Est aliqua etiam in κάρᾳ offensio, sed multo lenior et quæ ne in nostro quidem sermone animadvertatur, cum res ad partem corporis pertinentes universe nominamus.

Ibd. 748 sq.:

πόλεις τ᾽, ἔχουσαι διὰ λόγου κάμψαι κακά,
φόνῳ καθαιρεῖσθ᾽, οὐ λόγῳ τὰ πράγματα.

Quid sit φόνῳ καθαιρεῖσθαι πράγματα, omnino nescio,

scripsisseque Euripidem iudico καθαίρεσθ', ut sit quasi purgando delere et amovere (non longe ab eo sensu, quo Galli dicunt vider une querelle). Æschylus (fr. Danaidum apud Hesychium) καθαίρεσθαι γῆρας pro ἀποδύεσθαι dixit. Sed aliud superest. Vehementer enim offendit hic versus in πράγματα exiens post v. 747 voce πράγμασι terminatum; offendit non minus nudum illud in 748 κακά et omnino diversi accusativi subiecti verbis κάμψαι et καθαίρεσθαι (sive καθαιρεῖσθαι), cum una res significari debeat, quæ, cum possit oratione confici, cæde et armis decernatur. Una littera superest; scripserat Euripides:

πόλεις τ', ἔχουσαι διὰ λόγου κάμψαι κακά,
φόνῳ καθαίρεσθ', οὐ λόγῳ ταράγματα.

Coniunguntur κακὰ ταράγματα.[1])

Ibd. 838 sqq.:

Μέλλων σ' ἐρωτᾶν, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ
γόους, ἀφήσω, τοὺς ἐκεῖ μὲν ἐκλιπὼν
εἴασα μύθους· νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ κ. τ. λ.

In his quædam vitiata esse manifestum est et a multis intellectum; sed simul et quæ universa sit sententia et qua parte loci vitium contineatur, satis apparet. Nam Theseus se dicit, cum iam ante interrogare vellet, quod chorus in eiulatus erumperet, orationem tum omisisse, nunc ad quærendum redire. Itaque recta hæc sunt: Μέλλων σ' ἐρωτᾶν, ἡνίκ' ἐξήντλεις | γόους, τοὺς ἐκεῖ μύθους κ. τ. λ. Ἐξαντλεῖν autem γόους, quod in lexicis male redditur, est questus effundere. Vitium residet in στρατῷ et ἀφήσω, quod sic tollendum puto:

ἡνίκ' ἐξήντλεις ῥόῳ
γόους ἀπλήστῳ, κ. τ. λ.

---

[1]) V. 790 sqq. non debuerat a Dindorfio recipi Nauckii coniectura (τί pro τό). Sententia hæc est: Illud enim (quod 786 sqq. optat) tum putassem gravissimum me malum perferre; nunc video gravius aliud malum.

Et de ἀπλήστῳ non dubito; pro ῥόῳ possitne reperiri propius aliquid, nescio.

Ibd. 899, 900. Quoniam hos versus eiiciendos esse L. Dindorfius (thes. Steph. V p. 2290) non persuasit, restat ut tollatur mendum in vocabulo ὅσας, sub quo latet aliquid, quod amores amorisve insidias a feminis (ἀπὸ θηλειῶν) significet. Videtur fuisse ἀπὸ θηλειῶν νόσους. Semel scripto ν ὅσους in ὅσας mutatum est.

Ibd. 902, 903:

οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρός, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
δεινὸς σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.

Infinitivus non recte cum reliquis coit; itaque Valckenarius σοφός scribi volebat; debebat πολλά τ' ἐξηῦρεν σοφά. Ceterum non audeo Porsoni suspicionem hunc versum damnantis reprehendere cum ob σοφιστής et σοφά sine acumine concurrentia tum quod idem 905, 906 dicitur; et potuit addi, cum non attenderetur, λαμπρός utrique membro commune esse. Sed quod Dindorfius eadem damnatione comprehendit v. 904—908, idem, quod sæpe, requiro, unde hæc, de Meleagro præsertim, cuiquam in mentem venerint.

Ibd. 913 sqq.: *ἡ δ' εὐανδρία*
διδακτός, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται
λέγειν ἀκούειν θ', ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει.

Μάθησιν μὴ ἔχειν τινός est discendi facultatem non habere; (neque enim μάθησιν est scientia, sed discendi actio;) itaque quoniam prave infans doceri dicitur, quæ discere nequeat, restituendum est e Damasceni floril. p. 381 Gaisf. (p. 188 Meinek.): ὧν μάθησις ἐν λόγῳ.

Ibd. 972 sqq.:

μέλεα παιδὸς ἐν οἴκοις
κεῖται μνήματα, πένθιμοι
κουραὶ καὶ στέφανοι κόμας,
λοιβαί τε νεκύων φθιμένων,
ἀοιδαί, τὰς χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.

Ἀοιδαί neque, quod his verbis fit, appellari possunt *λοιβαὶ φθιμένων* neque inter ceteras res domi iacere dici. Itaque scribendum videtur:

κουραὶ καὶ στέφανοι κόμας,
λοιπαὶ δὲ νεκύων φθιμένων
ἀοιδαί κ. τ. λ.

Restare sibi næenias dicit, similiter atque paulo ante v. 971 *ὑπολελειμμένα μοι δάκρυα.*

Ibd. 1070 sq. Euadne desuper de rupe in rogum mariti desiliens Iphidi patri hæc dicit:

καὶ δὴ παρεῖται σῶμα, σοὶ μὲν οὐ φίλον,
ἡμῖν δὲ καὶ τῷ ξυμπυρουμένῳ πόσει.

Mire corpus suum, patri amantissimo gratum esse negat, mire sibi gratum prædicat. Scilicet non corpus, sed casum et in rogum desultum quasi solutum et immissum (*παρεῖσθαι*) dicit:

καὶ δὲ παρεῖται πτῶμα, σοὶ μὲν οὐ φίλον.

Hippolyt. v. 224: *τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη;* Et *καί* vitiose abundat neque, cum aliquid ad aliquem pertinere negamus, usitate interrogatur: *τί σοὶ πόλεμος;* sed: *τί σοὶ καὶ πολέμῳ;* Atque sic scripsit Euripides:

τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη;

audaci sane verborum ordine (pro *μελέτη καὶ σοί*), sed (quod in *κυνηγεσίων* iam prius membrum satis notatum est) non audaciore vel potius minus audaci quam in Hel. 1579: *Ἔτ', ὦ ξέν', εἰς τὸ πρόσθεν, ἢ καλῶς ἔχει, πλεύσωμεν;* (Cfr. Hor. sat. I, 4, 45: comœdia necne poema Esset, quæsivere, id est, poema necne.)

Ibd. 276:

ΤΡ. πῶς δ' οὔ, τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν;
ΧΟ. πότερον ὑπ' ἄτης ἢ θανεῖν πειρωμένη;

Nulla facile poterat esse *ἄτη*, quæ Phædram cibo abstinere cogeret; sed quærit chorus, utrum fastidio et tædio id fecerit an quod mori vellet; suspicor igitur Euripidem scripsisse:

πότερον ἄσης ὕπ' ἢ θανεῖν πειρωμένη;

Ibd. 468 sqq.:

Οὐδὲ στέγην γάρ, ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι,
κανὼν ἀκριβώσει' ἄν· ἐς δὲ τὴν τύχην
πεσοῦσ', ὅσην σύ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς;

Cetera sanarunt Marklandus et Valckenarius restitutis ᾗ pro ἧς et κανὼν ἀκριβώσει' ἂν pro καλῶς ἀκριβώσειαν, sed in tertio versu vereor, ne grave vitium reliquerint. Nam ut nunc verba leguntur, πεσοῦσα — ἐκνεῦσαι δοκεῖς, referuntur ad Phædram (quomodo te enataturam putas?). Sed et addita ὅσην σύ ostendere videntur, de alia re dici πεσοῦσα, et sic priora dicuntur (οὐδὲ στέγην initio posito), ut in τῷ κανόνι duas res comparari appareat, quarum ad alteram aliquo modo accommodari et eam exigere possit, ad alteram non possit. Præterea non quæritur h. l., possitne Phædra enatare et evadere, sed quam severe vita exigenda sit Itaque videtur mihi Euripides scripsisse:

π ε σ ό ν θ', ὅσην σύ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς;

h. e.: si ad tantum fortunæ æstum adhiberetur norma, in quantum tu incidisti. quantum declinaturam putas? Est enim ab ἐκνεύω.

Ibd. 1186:

καὶ θᾶσσον ἢ λέγοι τις, ἐξηρτυμένας
πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἐστήσαμεν.

Scribendum λ έ γ ε ι. Ipsum autem se nuntius significat, cum τις dicit; λέγοι pro λέγοι ἂν ferri nequit.

Ibd. 1346 πένθος θεόθεν καταληπτόν quod sit, non intellego, opinorque scribendum κ α τ α β λ η τ ό ν, divinitus demissum, ut hoc accedat exemplis non multis, sed certis vocalis ante βλ apud tragicos correptæ.[1])

(De v. 1386 vid. p. 53.)

---

[1]) V. 1299 quod conieceram, ἐπ' εὐκλείας θάνῃ (ut cum bona fama, — in possessione bonæ famæ — moriatur), præcepit Reiskius; editur tamen, quod significat, ut bona fama (tanquam morbo) moriatur.

Iphigen. Aulid.[1]) v. 68, 69:

δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα,
ὅτου πνοαὶ φέροιεν 'Αφροδίτης φίλαι.

Neque πνοιάς τινος dici posse puto de aura, quæ ad aliquem trahat, neque πνοιάς 'Αφροδίτης alio genetivo (viri) addito, et φέροιεν nimis infinite poni. Scribendum:

ὅποι πνοαὶ φέροιεν 'Αφροδίτης φίλαι

id est, quo (ad quem) auræ Veneris eam deferrent.

Ibd. 84:

κἄμὲ στρατηγεῖν κᾆτα Μενέλεω χάριν
εἵλοντο, σύγγονόν γε.

Sic codices. Opinor scribendum στρατηγεῖν ταῦτα, hoc imperium gerere.

Ibd. 247 sqq.: *'Ατθίδος δ' ἄγων*
ἑξήκοντα ναῦς ὁ Θησέως
παῖς ἑξῆς ἐναυλόχει θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις

---

[1]) G. Dindorfii in hac fabula ἀθετήσεις a parvis initiis sensim eo progressas, ut in quinta editione præter epilogum a Porsono primum addubitatum (inde a v. 1532) e reliqua fabula, si recte numeravi, 399 versus 24 locis exsecet, omnino sepono. Ioculare mihi videtur, quod sex nobis versus (185—191) relinquit inter 14 et 110 spurios mirabili casu interiectos. Epilogum spurium esse assentior. videoque, qui potuerint aut fabulæ extrema parte amissa aut quod non intellegeretur, recte finiri fabulam. hæc addi, cetera, quæ finguntur facta, non intellego, qui quandove accidere potuerint. Nec hoc ita dico, ut nullum in hac fabula spurium esse versum contendam negemve in partibus quibusdam fabulæ nova quædam et difficilia obiici; sed ea omnia longe aliter examinanda sunt. Eram exempli causa dicturus de versibus 350 ad 355. Sed pleraque recte Hartungius. nisi quod v. 351, male interpositum ante difficultatum, ex quibus nata est Agamemnonis animi demissio, significationem, abiici, non alio loco non apto interponi oportebat. (V. 355 fortasse ἐμπλήσοις scribendum, sed caput est, quod σύγχυσίν τ', εἰ μή posuit.)

ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν θετὸν
εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.

Demophon insigne navis habuit Minervam insistentem currui equorum alatorum. (Cfr. Horat. od. I, 15, 11: iam galeam Pallas et ægida currusque et rabiem parat; Pausan. VIII, 47, 1; C. O. Muelleri archæol. § 371, 3.) Sed neque *μωνύχων* appellatio, quamvis omnia moliantur, ad *ἅρματα* accommodari potest neque *θετόν φάσμα* quisquam expediet. (Quod Nauckius de *θετήν* cogitavit, neque *θετή* est *τεθεῖσα* neque Pallas currui insistens *τεθεῖσα ἐν ἅρμασιν* dicitur.) Videtur, cum poeta, ut sæpe, pro curru equos nominasset, *ἅρμασιν* enarrandi causa adscriptum eiusque ultima syllaba nocuisse adiectivo sequenti. Suspicor enim Euripidem scripsisse:

Παλλάδ᾽ ἐν μωνύχοις ἔχων πτερωτοῖσιν, εὔθετον
εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις,

h. e., aptum faustique ominis spectaculum nautis. In versu, qui huic respondet, tollenda est supervacanea vox *θεαί*:

χρυσέαις δ᾽ εἰκόσιν κατ᾽ ἄκρα Νηρῇδες ἕστασαν.

Ibd. 261 sqq. Scribendum:

Φωκίδος δ᾽ ἀπὸ χθονὸς
Λοκρᾶς τε τοῖσδ᾽ ἴσας ἄγων
ἦν ναῦς Οἰλέως τόκος κ. τ. λ.

Codd. *Λοκροῖς δέ.*

Ibd. 283 sq. scribendum:

Λευκήρετμον δ᾽ Ἄρη
Ταφίων ἦγον, ὧν Μέγης ἄνασσε,

h. e., Taphiorum naves illi agebant (remis promovebant), quibus imperabat Meges. Codices *Τάφιον ἦγεν.*

Ibd. 366, 367 oratio sic interpungenda est:

μυρίοι δέ τοι πεπόνθασ᾽ αὐτό· πρὸς τὰ πράγματα
ἐκπονοῦσ᾽ ἑκόντες, εἶτα δ᾽ ἐξεχώρησαν κακῶς.

(Plurimis id accidit: capessunt res prompti, deinde cet.)[1])

[1]) V. 373 quod emendaveram, præcepit Reiskius. Nam in *χρέους* subesse *γένους* et litterarum vestigia ostendunt et sententia.

Ibd. v. 888, 889:

ΚΛ. οἴχομαι τάλαινα δάκρυόν τ' ὄμματ' οὐκέτι στέγει.

ΠΡ. εἴπερ ἀλγεινὸν τὸ τέκνων στερομένην δακρυρροεῖν.

Sententiæ satisfacit nec ita longe a litteris discedit:

οὐ παραιτητὸν τὸ τέκνων στερομένην δακρυρροεῖν.

Ibd. 945 restituendum e codicibus:

ἐγὼ τὸ μηδὲν Μενέλεως τ' ἐν ἀνδράσιν,

ubi editur δ'. Neque enim hoc Achilles dicit, inverti virtutis iudicium, ut, qui alioquin ignavus, nunc vir habeatur, sed se pessimo cuique parem esse; ac sic demum recte continuatur oratio de Achille ipso: ὡς οὐχὶ ... γεγώς. Ceterum adeo offendit Menelai nomen simpliciter pro opprobrio et cum contemptissimi hominis significatione positum, ut prorsus mihi persuasum sit subesse nomen appellativum hac orationis forma: ἐγὼ τὸ μηδὲν (ἦν ἔλεος) τ' ἐν ἀνδράσιν. Sed ipsum nomen (duabus syllabis efferendum) non magis præsto quam v. 947 emendationem reperio.

Ibd. 1177 sqq. In his versibus primum recte separanda ea, quæ Clytæmnestra se domi sedentem conquesturam dicit, ab oratione iterum ad Agamemnonem redeunte. Illa θρηνῳδία finitur v. 1178:

αὐτὸς κτανών, οὐκ ἄλλος οὐδ' ἄλλῃ χερί.

Agamemnonem Menelaus dicit propter nobilitatem generis ducem creatum; eam se nunquam posthac spectaturum in duce creando, sed prudentiam. Ceterum μηδένα et μηδέ votum significare videtur; ipsi loco multo aptior est sententia potentialis, et est ἄν in codicibus (μηδέν' ἄν). Quæritur, utrum οὐδέν' ἄν ... οὐδέ scribendum sit an defensione ea utendum, quæ duci potest e v. 977 et Platonis Phædon. p. 106 D (synt. Gr. § 200 not.) et Cratyl. p. 429 D, non sane firmissima, quod illi loci proprii aliquid habent in μή cum verbo coalescente, an votum relinquendum. (Μή in iureiurando apud futurum Hom. Iliad. (XV, 41 et) X, 330, Soph. Ai. 572, Aristoph. (av. 195), eccles. 1000. Lysistr. 917 propriam facit speciem.)

Deinde v. 1179 et 1180, in quibus menda arguere supervacaneum est neque aliorum conatus admodum refutatione egent, sic scribendi sunt:

Τοιόνδε μῖσος καταλιπὼν πρόσθεν δόμοις
ἄπει; βραχείας προφάσεως ἐνδεῖ μόνον,
ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι
δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.

In his *ἐνδεῖ* Reiskio debetur. Codices: *τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους | ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον.* Aptissime Clytæmnestra monet, ne relicto domi odio abeat, quod facile fieri possit, ut acerbum ei reditum paret. Certum est *ἄπει* et sententiarum distinctio; sed etiam *μῖσος* verum puto.

V. 1248. Non recte separatam poni de ætate liberorum sententiam (*ἐστίν*) Nauckius sensit. Scribendum videtur:

ὁ μὲν νεοσσὸς ἔτ' ἐστιν, ἡ δ' ηὐξημένη.

V. 1258:

Δεινῶς δ' ἔχει μοι ταῦτα τολμῆσαι, γύναι,
δεινῶς δὲ καὶ μή· τοῦτο γὰρ πρᾶξαί με δεῖ.

Qui et facere et non facere aliquid veretur, non potest causam verendi afferre, hoc se facere debere (pondere etiam sententiæ in *τοῦτο* incumbente, quod mire post *ταῦτα* subiicitur). Unum dicere potest, hoc ipso se torqueri, quod in utraque re æque terribili nulla detur optio:

τοῦτο γὰρ θράξαν μ' ἔχει[1]).

Ortum mendum ex rariore verbi et orationis forma. (Synt. Gr. § 179.)

Ibd. 1344:

'Αλλὰ μίμν'· οὐ σεμνότητος ἔργον, ἣν δυνώμεθα.

Verba *ἣν δυνώμεθα* nullam habere sententiam ab Hermanno intellectum est. Scribendum:

ἣν θυώμεθα.

---

[1]) Ann. philol. Danic. V p. 15 et 157.

Nihil dicit σεμνότητα iuvare, si immolentur. De se et filia Clytæmnestra hic ut alibi tanquam simul cædem patientibus loquitur.

Ibd. 1348:

ΑΧ. ὡς χρεὼν σφάξαι νιν. ΚΛ. κοὐδεὶς ἐναντία λέγει;

Versus bis laborat, cui facillime sic videtur subveniri:

ΑΧ. ὡς χρεὼν σφάξαι νιν. ΚΛ. οὐδεὶς δ' ἐξ ἐναντίας λέγει;

ἐξ post οὐδείς excidere facile poterat.

Iphigen. Taur. v. 15:

δεινῆς τ' ἀπλοίας πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων.

Violentas adhibent correctiones; possumus leni uti:

δεινῇ δ' ἀπλοίᾳ πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων,

ut causa et dativo et participio significetur.

Ibd. 34, 35:

ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με,
ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ κ. τ. λ.

Mendum est in solo ὅθεν. Scribendum:

τίθησί με
ὅ γ' ἐν νόμοισι, τοῖσιν ἥδεται θεὰ κ. τ. λ.

(Sacerdotem me constituit iis scilicet ille legibus, quibus dea delectatur.) Excusat Iphigenia, Thoantem non potuisse leges deæ mutare.

Ibd. 113:

ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν
δέμας καθεῖναι.

Ὁρᾶν ποιεῖν τι Græcum non est; reliqua recta, modo cum Elmsleio scribas ὅπου:

πεῖρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων, ὅπου κενὸν,
δέμας καθεῖναι.

Ibd. 225, 226:

αἱμορράντων δυσφόρμιγγα
ξείνων αἱμάσσουσ' ἄταν βωμούς.

Mendum non unum subesse manifestum est; sed quod

βωμούς quidam tollunt, non sane *ἄτα ξένων* sanguine inficiebatur; *αἱμορράντων* et *αἱμάσσουσ'* simul ferri nequeunt, neque recte *ξένοι*, quorum sanguis effusus alias res spargit, *αἱμόρραντοι* ipsi appellantur. Scribendum:

αἱμορράντῳ δυσφόρμιγγας
ξείνων στάζουσ' ἄτᾳ βωμούς.

Hospitum cæde sanguinolenta aræ infaustæ sparguntur.

Ibd. 258. Scribendum:

χρόνιοι γὰρ ἥκουσ' οἵδ', ἀφ' οὗ βωμὸς θεᾶς
Ἑλληνικαῖσιν ἐξεφοινίχθη ῥοαῖς.

Nam *ἐπεί*, quod ex Erfurdtii coniectura Nauckius posuit, non sic dicitur de temporis intervallo. Codd. *οὐδέ πω.*

Ibd. 343: *τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.*

Dubia verbi forma pro *φροντιοῦμεν*, certissime mendosum *οἷα.* Latet *οὐκ* et verbum ab *α* negativo incipiens, aut *οὐκ ἀφροντιστήσομεν* aut *οὐκ ἀφροντιούμεθα*, si hæc forma compositi ferri potest.

Ibd. 414, 415:

φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ πήμασι βροτῶν
ἄπληστος ἀνθρώποις κ. τ. λ.

Nequè *πήματα* ad rem pertinent et *βροτῶν* ne ob *ἀνθρώποις* quidem ferri potest. Videtur fuisse:

φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ χρήμασι πόρων
ἄπληστος ἀνθρώποις.

Coniungitur *ἐλπίς πόρων ἐπὶ χρήμασι.* (V. 418 non fuit mutandum *κοινᾷ δόξᾳ* de communi omnium studio dictum.)

Ibd. 452 sqq. Adhibitis emendationibus Kirchhoffii (*εἰ γάρ*) et Hermanni (*ὕπνων* pro *ὕμνων*) sic locus scribendus est:

εἰ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην
δόμοις πόλει τε πατρῴᾳ
τερπνῶν ὕπνων ἀπόλαυσιν
κεινάν, χάρις ὄλβῳ.

Chorus, si per somnia modo, inani iucundæ quietis fructu,

ædes urbemque patriam visat, gratiam ei se felicitati acturum dicit. (Fortasse ὄλβου, ut Kœchly voluit.)[1])

Ibd. 679 scribendum: προδοὺς σεσῶσθαί σ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος.

Ibd. 740: Δίκαιον εἶπας· πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν; Non iure, sed temere quæri, Iphigenia dicit, quoniam nisi vivus dimissus alter e captivis non possit nuntium Argos perferre. Scribendum: εἰκαῖον εἶπας.

Ibd. 796. Neque ἄπιστος βραχίων eius, qui non confidat, recte dici videtur, neque non confidit Orestes; itaque potius scribendum videtur:

ὅμως σε πίστῳ περιβαλὼν βραχίονι.

Codd. ὅμως ἀπίστῳ.

Ibd. 818: Καὶ λουτρ' ἐς Αὖλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα; Inepta τῶν λουτρῶν mentio, quæ Iphigenia εἰς Αὖλιν acceperit neque ei nuptiæ ademerint. Etiam ἀναδέχομαι pravum pro δέχομαι de munere accepto. Significat Orestes eam ipsam vestem, in qua illa, quæ supra memorata sint, Iphigenia intexuerit, ei ornatum nuptiarum causa datam esse. Scribendum est igitur lenissima mutatione:

κάλλυντρ' εἰς Αὖλιν μητρὸς ἃ 'δέξω πάρα;

Ex his ἃ ἐδέξω-πάρα debetur Kirchhoffio.

Ibd. 836:

Ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ
ψυχά. Θαυμάτων πέρα καὶ λόγου
πρόσω τάδ' ἐπέβα.

Sic codices, quam scripturam ita Hermannus mutavit, ut prorsus veri vestigia tolleret. Scribendum:

Ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχοῦντ' ἔργῳ
ψυχά.

---

[1]) V. 516, quod in ann. phil. Dan. V p. 15 (158) correxeram τοῦθ' ὅρα, et Bothium et Seidlerum præripuisse video. V. 543 Reiskius recte: τί δ' ὁ στρατηγός, ὃν λέγουσ', εὐδαιμονεῖ;

Se Orestemque prædicat re beatiores quam verbis prædicari possit. Tum Reiskius recte ἀπέβα.

Ibd. 912 sqq.:

Οὐδέν μ' ἐπίσχῃ γ' οὐδ' ἀποστήσει λόγου
πρῶτον πυθέσθαι, τίνα ποτ' Ἠλέκτρα πότμον
εἴληχε βιότου· φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί.

Scribendum videtur:

Οὐδ' ἤν μ' ἐπίσχῃς, τοὐδ' ἀποστήσεις λόγου,
πρῶτον πυθέσθαι, τίνα ποτ' Ἠλέκτρα πότμον
εἴληχε βιότου· φίλα γὰρ αὐτῆς πάντ' ἐμοί.

Primi versus emendatio certa videtur, proxime ad litteras accedens, perspicua et apta sententia, tertii probabilis. Non πάντα grata erant Iphigeniæ, ut quavis Electræ fortuna gavisura esset; sed quærit, quod summopere Electram amat.

(De v. 1041 vid. p. 171.)[1])

Ibd. 1119 scribendum:

ἐν γὰρ ἀνάγκαις
οὐ κάμνει, ξύντροφος ὤ
μεταβάλλει δυσδαιμονία· τὸ δὲ μετ' εὐτυχίαν κακοῦ-
σθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών.

Non succumbit, cui familiaris ab adolescentia adversa fortuna (quæ cum eo adolevit) tantum in aliam formam mutatur; id demum grave est post felicitatem vexari calamitate. Cfr. Helen. 417 sqq. maximeque Herc. fur. 1292 sqq. (*ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς | ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶς δύστηνος ὤν*).

Ibd. 1143 coniecturas omnes (— sex enumeratas licet videre apud Dindorfium —) spernemus uno commate adiuta oratione:

χοροὺς δ' ἱσταίην, ὅθι καὶ παρθένος, εὐδοκίμων
γάμων.

---

[1]) V. 1010 emendaveram: ἄξω δέ σ', ἧνπερ καὐτὸς ἐνταυθοῖ περῶ. Postea vidi idem Hermannum coniecisse, cuius miror coniecturam a Dindorfio neglectam.

(Utinam choros ducam, ubi virgo duxi, in splendidis nuptiis. *Χοροὺς ἱσταίην* pro *χοροῖς δὲ σταίην* Badhami est.)

Ibd. 1242 incommodissime placidi et immoti lacus Delii aquæ appellantur *ἄστακτα ὕδατα.* Scribendum videtur:

ἀθράκτων μάτηρ ὑδάτων.

Vocabulo (pro *ἀτάρακτος*) usus est Sophocles.

Ibd. 1317: *Τί φῄς; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;* Apud nos in sermone quotidiano ad comicam formam inclinanti scio dici auram alicuius rei habere, ut sit suspicari, nec tamen facile de re timenda; *πνεῦμα συμφορᾶς* Græce a tragico sic dici posse nego scriboque:

τί δεῖμα συμφορᾶς κεκτημένη;

Ibd. 1393 (de nave):

λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ᾽ ἠπείγετο

Hoc nihil aliud significat nisi navem incitato cursu provectam, quod cum prorsus contra sit significarique debeat, navem procedere non potuisse, scribendum est *ἐπείχετο.*

Ibd. 1418 (de Iphigenia):

ἢ φόνον τὸν Αὐλίδι
ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ᾽ ἁλίσκεται.

Mire, quæ e cæde se ereptam non meminerit, dicitur cædem (quasi facta sit) memoria elapsam prodere nec servare. Non cædis, sed Dianæ in cæde avertenda operæ meminisse Iphigenia debebat accusaturque quod eam animo dimiserit:

ἢ πόνον τὸν Αὐλίδι κ. τ. λ.

Ionis v. 285, 286:

ΙΩ. τιμᾷ σφε Φοῖβος ἀστραπαί τε Πύθιαι;
ΚΡ. τιμᾷ τιμᾷ· ὡς μήποτε ὤφελον σφ᾽ ἰδεῖν.

Versum fractum Bothius adiuvit *τιμᾷ γ᾽ ἄτιμ᾽*, quod ut sententiam quoque rectam efficiat, *ἄτιμα* pro adverbio accipiendum est (male honorat, id est, infamem scelere reddit). Itaque potius scribendum videtur:

τιμᾷ γ᾽ ἀτίμως· μήποτε ὤφελον σφ᾽ ἰδεῖν.

Ibd. v. 324 sqq. Versus hoc ordine ponendi sunt:

KP. ἔχεις δὲ βίοτον; εὖ γὰρ ἤσκησαι πέπλοις.
ΙΩ. τοῖς τοῦ θεοῦ κοσμούμεθ᾽, ᾧ δουλεύομεν.
KP. τάλαινά σ᾽ ἡ τεκοῦσά τίς ποτ᾽ ἦν ἄρα.
ΙΩ. ἀδίκημα του γυναικός ἐγενόμην ἴσως.
KP. οὐδ᾽ ἦξας εἰς ἔρευναν ἐξευρεῖν γένος;

In codicibus et editionibus, quos ego tertium et quartum posui, necessario coniunctos cum quinto (-- nam ex mentione matris oritur interrogatio de parentibus quæsitis —), primus et secundus sunt maleque dirimunt, quæ de cibo et de veste Ionis dicuntur. In versu tertio scripsi τεκοῦσά τις (τάλαινά τις ἦν ἡ σε τεκοῦσά ποτε). Codd. τέκουσ᾽, ἥτις spondeo quartam sedem tenente; itaque alii τεκοῦσα, τίς, ut τίς pro ἥτις ponatur, usu apud Atticos valde incerto, alii verba transponunt (τάλαιν᾽ ἄρ᾽ ἡ τεκοῦσά σ᾽, ἥτις ἦν ποτέ)[1].

Ibd. 502: ὅταν αὐλίοις
συρίζῃς, ὦ Πάν,
τοῖσι σοῖς ἐν ἄντροις.

Tollendum ἐν ἄντροις, adscriptum ad αὐλίοις enarrandum. Adiectivum αὔλιος neque reperitur nisi apud Apollonium Rhodium alio significatu (αὔλιος ἀστήρ) et prorsus abundat.

Ibd. 828. Versus tam graviter corruptus est tamque violenta medicina eget, ut vix audeam coniecturam proponere:

λαθὼν δὲ καὶ τὸν φθόνον ἀμαυροῦσθαι μένων.

Et φθόνον quidem, in quod video etiam Iacobsium incidisse, certum puto. Aliud etiam pro θέλων participium ponendum esse, manifestum est; nam voluntas in condicione poni non poterat. Potest fuisse τὸν φθόνον ἀμύνασθαι δοκῶν (cum se putarit invidiæ obviam isse).

---

[1]) Sophocl. Electr. 316 potest scribi: ὡς νῦν ἀπόντος ἱστορεῖν τί σοι φίλον;

Ibd. 872 quid proprietatis in lacu significet *ἐνύδρου* appellatio, prorsus nescio; itaque scribo:

λίμνης τ' εὐύδρου Τριτωνιάδος.

Ibd. 883. Nimia copia *ἄγραυλα κέρατα ἄψυχα* dicuntur neque apte *κέρατα* lyræ *ἄγραυλα*. Scribendum:

κιθάρας ἐνοπὰν, ἅτ' ἄγραυλος
κεράεσσιν ἐν ἀψύχοις ἀχεῖ,

restituto etiam versu anapæstico, in quo Euripides epicam formam non refugit.

Ibd. 1135: *οὔτε πρὸς μέσας βολὰς*
ἀκτῖνας οὔτ' αὖ πρὸς τελευτώσας βίον.

Et per se non recte diversæ ponuntur *βολαί* et *ἀκτῖνες* et pravum locum accusativus *ἀκτῖνας* tenet, tanquam pondus aliquod in illo discrimine sit. Recte igitur Dindorfius (etsi nunc ipse abiecit) *βολὰς ἀκτῖνος* scripsit; nam et *ἀκτὶς βάλλει.* Sed ineptissime sive *βολαὶ* sive *ἀκτῖνες* dicuntur *τελευτᾶν βίον.* Videtur subesse: *οὔτ' αὖ πρὸς τελευτώσας λίαν.*

Ibd. 1239 *πορεύεσθαι ὑπὸ σκοτίων μυχῶν χθονός* nihil esse, video etiam Hartungium sensisse; scribendum:

χθονὸς ὑπὸ σκότιον μυχὸν
πορευθῶ.

Ibd. 1404:

Σφάζοντες οὐ λήγοιτ' ἄν· ὡς ἀνθέξομαι
καὶ τῆσδε καὶ σοῦ τῶν τε σῶν κεκρυμμένων.

Inepte Creusa non desituros apparitores Ionis se mactare dicit; neque alia sententia ex verbis elici potest; aptissimum contra:

Σφάζοντες οὐ φθάνοιτ' ἄν· ὡς ἀνθέξομαι κ. τ. λ.

hoc est: Quantocius, si vultis, me occidite; nam viva dimissura hanc (arcam) non sum, cet.

Ibd. 1406:

Τάδ' οὐχὶ δεινά; ῥυσιάζομαι λόγῳ.

Non sane *λόγῳ* se capi Ion queri poterat, sed vi et insidiis, hoc est, *λόχῳ*.

Ibd. 1489 sqq.:

Παρθένια δ' ἐμᾶς ματέρος
σπάργαν' ἀμφίβολά σοι τάδ' ἐξῆψα. κερκίδος
ἐμᾶς πλάνους[1]).

Non suæ matris, sed a se confectas fascias aperte Creusa significat; itaque hactenus recte Paleius *δὲ σᾶς* scribi voluit; mihi, cum ne cur virginales quidem fasciæ appellarentur, intellegerem, in mentem venerat:

Παρθενίας δὲ ματέρος.

Ibd. 1537:

Ὁ θεὸς ἀληθής, ἢ μάτην μαντεύεται,
ἐμοῦ ταράσσει, μῆτερ, εἰκότως φρένα.

Prior versus sententiam continet absolutam; neque recte videtur dici *ὁ θεὸς ἀληθὴς ταράσσει φρένα*, sed *ἀληθὴς ὤν*. Scribendum videtur:

Ὁ θεὸς ἀληθής, ἢ μάτην μαντεύεται,
ἐμοῦ τε θράττει, μῆτερ, εἰκότως φρένα.

In Cyclopis v. 299, 300:

Νόμος δὲ θνητοῖς, εἰ λόγους ἐπιστρέφει,
ἱκέτας δέχεσθαι ποντίους ἐφθαρμένους.

Sic editur e Musgravii coniectura; codices enim: *νόμοις δὲ θνητοῖς εἰς λόγους ἀποστρέφῃ.* Sed *λόγους ἐπιστρέφεσθαι*, ut sit curare, non magis hic ferri potest, quam Theogn. 440. (Longe aliud est *ἐπιστρέφεσθαί τινα*, ulcisci, Androm. 1031.) Scribendum videtur:

Νόμος δὲ θνητοῖς, εἰ λόγος σ' ἐπιστρέφει,

hoc est, te (ad se convertit et) movet.

Ibd. 361:

Μή μοι μὴ προδίδου.

---

[1]) Quamvis in versuum descriptione nihil novare constitueram, non possum ab animo impetrare, ut in media voce versum terminatum describam.

Nihil est προδιδόναι, scribendumque πρόσδιδου: ne mihi partem dederis; vid. v. 531, Hel. 700, Aristoph. equ. 1222, pac. 1111.

Ibd. 571:

Συνεκθανεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι.

Σπῶντα Casaubonus pro σιγῶντα. Sed mirum συνεκθανεῖν. (Neque enim Ulixes Cyclopa iubet sic se inebriare, ut pro mortuo iaceat; neque omnino sic τεθνάναι et θάνατος apud Græcos de statu ebriorum dicitur.) Scribendum videtur:

Συνεκδραμεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι,

hoc est, haustu æquare potum nec ante deficere aut intermittere quam exsiccaris; etsi non sum ignarus, exempla verbi sic positi apud inferioris demum ætatis scriptores servata esse.

Ibd. 684, 685 tantum accentus et verborum inter personas distributio mutanda est:

ΧΟ. καί σε διαφεύγουσί γε.
οὐ τῇδ' ἔπει; ΚΥ. τῇδ' εἶπας; ΧΟ. οὔ· ταύτῃ λέγω.

Chorus Cyclopa ludens iubet hac sequi; interrogat ille, viam ingrediens, hacine; chorus aliam ostendit.

Medeæ[1]) v. 151 oratio sic interpungenda, una littera mutata:

τίς σοί ποτε τᾶς ἀπλάστου
κοίτας ἔρος, ὦ ματαία;
σπεύσει θανάτου τελευτά·
μηδὲν τόδε λίσσου.

Codices et edd. τελευτάν. Mortem Medea precata erat; chorus eam vivere et fortunam tolerare iubens interrogat, cur tantopere sempiternum soporem (mortis; nam ea

[1]) In argumento fabulæ quod sic in codicibus scribitur: Δικαίαρχος τοῦ τε Ἑλλάδος βίου, scribi debet: Δικ. τῷ τετάρτῳ Ἑλλάδος βίου.

est *ἄπληστος κοίτη*) cupiat; mortem ipsam satis celeri cursu festinare; nihil precibus opus esse.

Ibd. 909, 910:

εἰκὸς γὰρ ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος
γάμους παρεμπολῶντος ἀλλοίους πόσει.

Alterius versus menda vehementer editores vexarunt. Scribendum est, tribus litteris mutatis:

γάμους π α ρ ε μ π ο λ ῶ ν τ α ς ἀ λ λ ο ι ο ῦ ν π ό σ ε ι ς.

h. e., matrimonia mutare et novare alia quasi emendo et superinducendo. (Mirifice Dindorfius adeo non suo ipsius iudicio perfecta emendatione, ut pro *ἀλλοίους* spatium vacuum poneret, tamen *παρεμπολῶντι* quasi certum in textu posuit.)

Orestæ v. 433, 434:

ME. ξυνῆκα· Παλαμήδους σε τιμωρεῖ φόνου.
OP. οὗ γ' οὐ μέτην μοι· διὰ τριῶν δ' ἀπόλλυμαι.

Neque, quæ sint tria illa, intellegitur, neque huius numeri, quo significari et promitti videtur causarum explicatio, ulla in iis, quæ sequuntur, ratio habetur. Scribendum videtur:

οὗ γ' οὐ μέτην μοι, δι' ἑ τ έ ρ ω ν δ' ἀπόλλυμαι.

Aliorum culpam in se transferri queritur.

Ibd. 448:

Εἰς σ' ἐλπὶς ἡ 'μὴ καταφυγὰς ἔχει κακῶν.

Mirifice *ἐλπίς* dicitur *ἔχειν καταφυγὰς κακῶν* et habere perfugium malorum ad aliquem. Scribendum:

Εἰς σ' ἐλπὶς ἡ 'μὴ κ α τ α φ υ γ ῆ ς ἥ κ ε ι κακῶν,

hoc est: Ad te decurrit, in te posita est spes mea perfugii malorum.

Ibd. 835 sqq.:

ἐκβεβάκχευται μανίαις
Εὐμενίσιν θήραμα φόνῳ
δρομάσι δινεύων βλεφάροις
'Αγαμεμνόνιος παῖς.

Neque δινεύειν θήραμά τινι (sic enim coniungunt) recte dici puto de eo, quem quis persequatur, neque φόνῳ quo pertineat, video, quoniam Orestes neque occiditur neque (nunc, Furiis persequentibus) occidit quemquam. Scribendum videtur:

Εὐμενίσιν θήραμα, φόβῳ
δρομάσι δινεύων βλεφάροις.

Δινεύω intransitive dicitur, ut Phœn. 792 et apud Homerum.

Ibd. 983. Quoniam nusquam μέσος feminino genere legitur, (nam Troadum locum v. 1102 Seidlerus removit accentu mutando, μέχρι μέσου ἡμέρας errore huc trahitur,) cogor scribendum suspicari: τὰν οὐράνου μέσῳ χθονός τε τεταμέναν . . . πέτραν.

Ibd. 984 sqq.:

ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω
γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ
ὃς ἔτεκεν, ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων,
οἳ κατεῖδον ἄτας κ. τ. λ.

Neque, quid Tantalo chorus narraturus sit, dicit, et ignavissime hæc cohærent: ὃς ἔτεκεν . . . οἳ κατεῖδον. Quanto melius hæc cohærebunt, si sic scripserimus:

ἃς κατεῖδον ἄτας (aut οἵας κατεῖδον ἄτας).

Narraturus chorus Tantalo est, quid eius posteris acciderit.

Ibd. 1467:

φυγᾷ δὲ ποδὶ τὸ χρυσεοσάνδαλον
ἴχνος ἔφερεν ἔφερεν.

Scrib. φυγάδι δὲ ποδί.

Rhesi v. 1 sqq.:

Βᾶθι πρὸς εὐνὰς τὰς Ἑκτορέους
τις ὑπασπιστῶν ἄγρυπνος βασιλέως
ἢ τευχοφόρων. Δέξαιτο νέων

κληδόνα μύθων, οἵ τετράμοιρον
νυκτὸς φυλακὴν πάσης στρατιᾶς προκάθηνται[1]).

Sic verba interpungenda sunt. Chorus iuvenum militum e statione ante castra nuntiandi causa ad Hectorem missorum aliquem e regis (Hectoris) satellitibus aut armigeris, qui ad ostium tentorii vigilet, Hectorem excitare et evocare iubet: Audiat (sic orant) nuntium, cet. Deinde subito ipsum Hectorem, quasi ad eum deducti, alloquuntur: ὄρθου κεφαλὴν cet. (ubi initium fit novi systematis anapæstici). Sed νέων in hac scriptura a μύθων divelli et de iuvenibus intellegi nequit; itaque οἵ pronomen non habet, quo referatur. Quas adhibent huic vitio medicinas, et violentæ sunt transponendo simulque mutando et incidunt in eam pravitatem, ut ὑπασπιστάς et τευχοφόρους cum choro confundant. Lenius res transigi posse videtur:

Δέξαιτο νέων
κληδόνα μῦθόν θ', οἵ τετράμοιρον κ. τ. λ.

Ibd. 46 scribendum videtur:

νέαν τιν' ἐφ' ἱέμενοι | βάξιν.

Ibd. 59:

Εἰ γὰρ φαεννοὶ μὴ ξυνέσχον ἡλίου
λαμπτῆρες, οὐκ ἂν ἔσχον εὐτυχοῦν δόρυ κ. τ. λ.

Συνέσχον et propter significationem obscuram et insolentem et ob ἔσχον in proximo versu suspectum est, credoque fuisse συνῆγον θ' aut simile aliquid.

Ibd. 251 una littera mutanda est et sic scribendum:

ἔνι δὲ θράσος
ἐν αἰχμᾷ· πόθι, Μυσῶν ὅς ἐμὰν ξυμμαχίαν
ἀτίζει;

Ubi est, qui contemnat? Quis contemnere audet?

---

[1]) Semel systema anapæsticum recte describere volui, non parœmiaci efficiendi causa post primum monometrum sine ulla nota indiciove insistens, sed anapæstos per dimetros libere decurrere sinens, donec versu longiore catalecto systema finiatur.

Ibd. 276, 277:

ἀνὴρ γὰρ ἀλκῆς μυρίας στρατηλατῶν
στείχει φίλος σοὶ ξύμμαχός τε τῇδε γῇ.

Sic Aldus; codd. *ἀρχῆς μυρίας*, ex quo fit *αἰχμῆς μυρίας*, eodem modo dictum, quo *ἀσπὶς, λόγχη μυρία.*

Ibd. 692:

τίς ὁ μέγα θράσος ἐπεύξεται
χέρα φυγὼν ἐμάν;

Non recte dicitur *ἐπεύχεσθαι θράσος*. Scribendum:

τίς ὁ μέγα θρασὺς ἐπεύξεται
χέρα φυγὼν ἐμάν;

(Quis est audax ille, qui gloriabitur cet.)

Ibd. 972:

Βάκχου προφήτης, ὥστε Παγγαίου πέτραν
ᾤκησε σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός.

Recte diversum a Rheso significari *Βάκχου προφήτην* statuunt, quocum is comparetur; itaque editur nunc e codice Hauniensi *Βάκχου προφήτης ὥστε . . . ᾤκησε*, vertiturque: quemadmodum Bacchi prophetes habitavit. Verum *ὥστε* apud tragicos in comparatione singulorum verborum ponitur, nunquam in sententiarum pro *ὥσπερ*. Itaque scribendum fortasse:

Βάκχου προφήτης ὡς, ὃς Παγγαίου πέτραν.

Troad. 59:

Ἦ πού νιν ἔχθραν τὴν πρὶν ἐκβαλοῦσα νῦν
εἰς οἶκτον ἦλθες πυρὶ κατηθαλωμένης;

Accusativus *νιν* neque ad *ἔχθραν ἐκβαλοῦσα* neque ad *εἰς οἶκτον ἦλθες* accommodari recte potest. Fuitne: *ἦ πού σύ γ' ἔχθραν?*

Ibd. 435:

Οὗ δὴ στενὸν δίαυλον ᾤκισται πέτρας
δεινὴ Χάρυβδις, ὠμόφρων τ' ἐπιστάτης
Κύκλωψ κ. τ. λ.

Οὗ δὴ non habet, quo referatur; itaque Heathius,

quem Dindorfius sequitur, lacunam ante hunc versum esse statuebat. Sed nihil excidere potuit, quo recte id referretur, quoniam nullus unus nominari potest locus, ubi et Charybdis angustum rupis intervallum habitaverit et Cyclops et Circe, cet. Primum igitur faciemus: ἢ στενὸν δίαυλον ᾤκισται πέτρας, deinde ex litteris οὐδ' efficiemus οἶδ', ut sit:

οἶδ', ἢ στενὸν δίαυλον ᾤκισται πέτρας,
δεινὴ Χάρυβδις, ὠμόφρων τ' ἐπιστάτης
Κύκλωψ κ. τ. λ.

Scire et Charybdis et Cyclops et cetera, etiam inanima, dicuntur et testes esse eorum, quæ futura Cassandra canit.

Ibd. 476 sqq.:

οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν·
οὐ Τρῳὰς οὐδ' Ἑλληνὶς οὐδὲ βάρβαρος
γυνὴ τεκοῦσα κομπάσειεν ἄν ποτε.

Deest verbo τεκοῦσα obiectum; itaque fuerunt, qui scriberent οὓς Τρῳάς, quod debebat οἵους esse; nam nullam aliam feminam peperisse Hecubæ liberos, ineptissimum est. Dindorfius facile se expedit, v. 477 et 478 deletis etiam contra Apsinis rhetoris testimonium. Quanto lenius erat scribere:

οὐ Τρῳὰς οὐδ' Ἑλληνὶς οὐδὲ βάρβαρος
γυνὴ τεκοῦσα κομπάσειεν ἂν τοίους.

Fortasse errandi causa fuit οι correptum.

Ibd. 540 in litteris φόνια πατρίδι unum subest adiectivum compositum ad δάπεδα aptum; quod sit, non reperio; puto posteriorem partem esse παρειος.

Ibd. 891:

Ὁρῶν δὲ τήνδε φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ.

Iubet Hecuba Menelaum vitare conspectum Helenæ; nondum enim eam vidit et dictis demum his versibus eam protrahunt famuli e tentorio, ubi erant captivæ (v. 871, v. 880 sq.). Itaque scripserat Euripides:

Ὁρᾶν δὲ τήνδε φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ.

Phœniss. 1150, 1151:

ἡμῶν τ' ἐς οὖδας εἶδες ἂν πρὸ τειχέων
πυκνοὺς κυβιστητῆρας ἐκπεπνευκότας.

Pravum *ἐκπεπνευκότας*, sed quod Marklandus substituit, *ἐκνενευκότας*, non satis rem exprimit nec congruit cum *ἐς οὖδας*. Videtur fuisse *ἐκπεπτωκότας*.

Fragmenta aliquot Euripidis emendaveram olim in Philolog. I p. 672 sqq. Ex iis emendationibus prima, quæ pertinet ad Augæ (olim Ægei putabatur) fragmentum n. 273, a Nauckio Dindorfioque ne commemoratur quidem, est tamen et lenissima et certa: *Πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας.* | *Οὐκ ἠτύχησας, τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος* (codd. *οὐκ ἡ τύχη γε.*) Admonet, qui loquitur, vanas spes mittendas, neque iniquæ fortunæ loco habendum, quod non ea ipsa, quam alter voluerit, bonæ fortunæ forma contigerit. Quod in Bellerophontis fragmento (287) pro *ἀλγύνεται* scribi iusseram *ἁβρύνεται*, commemoratur saltem, nec commendandum pluribus puto. Alterius eiusdem tragœdiæ fragmenti (288) eadem, quam ego feceram, correctio alibi reperta est. In Meleagri fragmento (537) Nauckius felicior fuisse videtur; in Œdipi (547) Fixii correctio satis violenta sententiam non efficit, quæ efficeretur, si pro *κρεῖσσον* scriberetur *κράτιστον*. Necessario dici debet, nullum esse uxore pretiosius *χρῆμα* (vel, ut Nauckius suspicatur, *κτῆμα*); ea sententia efficitur mea correctione . . . *ὡς μόνης τῶν χρημάτων* (*κτημάτων*) *τί κρεῖσσόν ἐστιν ἀνδρί, σώφρον' ἢν λάβῃ;* In Œnei fragmento (563) cur de certissima emendatione (*τοῖς ἐφ' ἥβης παισὶ τῶν ὀλωλότων* pro *τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὀλ.*) dubitetur, nescio, cum præsertim *παισί* requiri Hermannus quoque viderit, in ipsis litteris latere non viderit. In Philoctetæ fragmento (795) Badhami emendationem meæ præfero. In Phœnicis versibus (801) saltem nihil melius postea inventum est, quam quod posueram: *Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ, τέκνα,* | *ζύγωσις, ὅστις*

οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ. Quod in incertæ fabulæ versibus apud Clementem Strom. III p. 520 servatis (fr. 900) pro *ἄφρονας* restitui *ἄρσενας*, certum est.

Antequam a tragicis discedo, addam egregiam loci Æschylei emendationem ab Io. V. Pingelio, carissimo olim auditore, qui nunc in aliis scientiæ generibus elaborat, mecum communicatam supraque errore omissam. Nam Prometh. v. 460 sq. edunt nunc:

γραμμάτων τε συνθέσεις
μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην.

Sed codices *μνήμην* habent, quod a *μουσομήτορα* avelli non sinit notissima fabula de Mnemosyne Musarum matre. Neque *ἐργάνη*, quod a Stobæo sumptum est, unquam per se pro substantivo de effectrice dicitur. In cod. Mediceo a prima manu est tantum *ἐργ*, multo recentior *ἐργάτιν* explevit. Rectissime igitur Pingelius scribi vult:

μνήμην ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργμάτων.

Cap. III.

Aristophanes, Apollonius Rhodius, Callimachus, Theocritus.

Ad ceterorum præter tragicos poetarum Græcorum opera emendanda quæ afferre possum, uno capite comprehendam; neque enim valde multa sunt.

Aristophanem cum a. 1858 postremo totum perlegerem, quæ annotavi annotatave a me antea probavi nec postea ab aliis occupata cognovi (ut statim in Acharn. 1062 *αἰτία* a Blaydesio), hic ponam.

Acharn. v. 1209 non imitari Dicæopolim Lamachum eiulantem, sed ipsum voluptate perfruentem illum ridere, recte etiam a Bergkio intellectum video; sed nihil opus est transpositione; tantum verba recte distribuenda, ut Lamachus querens ingeminet:

στυγερὸς ἐγώ, μογερὸς ἐγώ,

Dicæopolis lætans:

τί μέ συ κυνεῖς; τί μέ συ δάκνεις;

Equit. 1056:

καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείη.

Optativum apud *ἐπεί κεν* Cobetus iure non fert; sed *ἀναθείη* coniunctivo vereor, ut Aristophanes usus sit, nec ipsum *ἐπεί κεν* aptum videtur in explenda sententia potentiali; itaque malim: *ἐπειδὴ ἀνὴρ ἀναθείη*, vocali ante vocalem correpta.

Ibd. v. 1374 ad 1381. Omnes hi versus isiciario dandi sunt, qui, postquam Populus edixit (1373), neminem imberbem in foro contionaturum, quærit primum de certis personis:

ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων;

deinde, quod totum genus his hominibus significet, exponit:

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τἀν τῷ μύρῳ,
ἃ στωμυλεῖται κ. τ. λ.

usque ad v. 1380, tum, hoc declarato, Populum interrogat, hosne contemnat et traducat:

οὔκουν καταδακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ;

Populi si esset v. 1375, interrogaret: *τὰ μειράκια ταυτὶ λέγεις . . .;*

Nub. 207 sqq. oratio sic inter personas distribuenda est:

ΣΤΡ. τί σὺ λέγεις; οὐ πείθομαι,
ἐπεὶ δικαστὰς οὐχ ὁρῶ καθημένους,
ὡς τοῦτ' ἀληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον.
Καὶ ποῦ Κικυννῆς εἰσὶν οὑμοὶ δημόται;
ΜΑΘ. ἐνταῦθ' ἔνεισιν κ. τ. λ.

V. 209 in discipuli persona inanem habet tautologiam, nec *ὡς τοῦτ' ἀληθῶς* recte ponitur.

Vesp. 277 et 283. Versus inter se respondentes corruperunt addita interpretamenta, prius, opinor, antistrophicum (*διά*); scribendum enim in stropha:

εἶτ' ἐφλέγμηνεν τὸ (vulgo *αὐτοῦ τὸ*) *σφυρὸν γέροντος ὄντος;*

et in antistropha:

τοῦτ' (vulgo *διὰ τοῦτ'*) *ὀδυνηθεὶς εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.*

Τοῦτ' ὀδυνῶμαι (hoc dolore crucior) non defensione eget. (De v. 471 vid. p. 190.)

Ibd. 465 codex Ravennas:

ἡ τυραννὶς
ὡς λάθρᾳ γ' ἐλάμβαν' ὑπιοῦσά με.

Scribendum videtur:

ὡς λάθρᾳ μ' ἐλάμβανεν ὑπιοῦσα.

Ibd. 530: *ἀτὰρ φανεῖ ποῖος τις ὤν, ἢν ταῦτα παρακελεύῃ;* ineptissima est condicio: si tu eum hæc hortaris (hortatus fueris), quæ iamdudum hortaris. Postquam chorum Philocleontem ad fortiter orando decertandum exhortantem Bdelycleon in ipsa consilii et finis propositi significatione (*ὅπως φανήσει*) interrupit, postulata cista, iubet chorum sententiam absolvere:

ἀτὰρ φανεῖ ποῖός τις ὤν; τί ταῦτα παρακελεύῃ;

(quæ est hæc tua exhortatio?) Turbatum aliquid esse, ostendunt codices Rav. et Venetus (*ταῦτ' αὐτά*, *ταῦτα αὐτά*). Extrito *τί* additum est *ἤν*. *Τί ταῦτα* pro *τί τοῦτο* aut *τίνα ταῦτα* dixit Aristophanes (neque enim *τί* est cur), mixtis in neutro genere horum pronominum numeris, ut *τί ταῦτά ἐστιν; τί ταῦτα λέγω;* et similia dicuntur. Ut hic, Herodotus I, 88: *τί ταῦτα πολλῇ σπουδῇ ἐργάζεται;* nam ne ibi quidem cur intellegi potest. Imitatus veteres Lucianus dial. deor. XI, 1, piscat. 47 (*τί ταῦτα ποιεῖς;*).

Ibd. 570 sqq.:

κἄπειθ' ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτῶν
ὥσπερ θεὸν ἀντιβολεῖ με τρέμων τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι·
εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ, παιδὸς φωνὴν ἐλεήσαις·
εἰ δ' αὖ χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι.

In medio versu, ubi Philocleon ipsius rei depre-

cantis verba imitatur, ineptus est optativus pro imperativo; scribendum ἐλεήσας. Auditur enim: ἀπολύσόν με.

Ibd. 893:

Τίς ἄρ' ὁ φεύγων οὗτος; ὅσον ἁλώσεται.

Neque ὅσον ut οἷον in exclamando ponitur neque aptum: quantopere capietur! Scribendum: ὡς ἁλώσεται. De ὡς cum futuro indicativi in confidenter et pæne superbe denuntiando et prædicendo posito Elmsleius dixit ad Euripidis Med. 609 (Andr. 587, Phœn. 1664, Hel. 831, Hec. 400, Iphig. Aul. 1367, Aristoph. Ach. 335; synt. Græc. § 215 b not. 2).

Ibd. 1060 sqq.:

Ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις,
καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι.

Scribendum videtur, adscita Bentleii ultimæ vocis, quæ versui non satisfacit, correctione:

κοὐ κατ' αὐτὸ τοῦτο μόνον ἄνδρες ἀνδρικώτατοι

(ut illi μόνον in versu antistrophico respondeat una extrema syllaba vocis πλέων scribaturque κεῖσε). Subest obscœna significatio alius virilitatis.

Pac. 415 etsi audax est suspicari aliquid de iis, quæ Herodianum iam eodem modo, quo in codicibus scribantur, scripta habuisse tradunt, non possum tamen tacere, videri mihi Aristophanem una voce dativo casu scripsisse aut ὑφαμαρτωλίαις, minutos errores et quasi furta significantem, aut ὑφαρματωλίαις, aurigandi furtivis fraudibus.[1])

Ibd. 603 sqq. Hic quidem antiquissimum, initio non

---

[1]) V. 273 quod positurus eram (. . . κἂν δέοντι τῇ πόλει, εἰ πρίν γε τὸν μυττωτὸν ἡμῖν ἐγχέαι pro ἢ πρίν), scholiastam scriptum habuisse, intellexit Dindorfius et tamen versum delere maluit quam recte scriptum servare, aptissimum et necessarium sententiæ.

scribendi, sed legendi errorem subesse, certum est. Scribitur enim sic de pace amissa:

Ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
ῥήματ', εἰ βούλεσθ' ἀκοῦσαι τήνδ' (τὴν Εἰρήνην) ὅπως ἀπώλετο.
Πρῶτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἦρξεν Φειδίας πράξας κακῶς·
εἶτα Περικλέης κ. τ. λ.

Αὐτῆς non habet, quo referatur, et versus tertius pes spondeo vitiatus est; itaque et alia tentata sunt et nuper scriptum e Seidleri coniectura *ἦρξεν ἄτης*. Et transpositio quidem recte facta est, sed scribendum erat *ἦρξ' ἀΰτης*, *bellici clamoris initium fecit*, aptissime ad belli et tumultus primordia significanda. Litteræ *αὐτης* cum pro duarum syllabarum pronomine acciperentur, deerat versui syllaba. Accessit deinde transpositio. Notabile autem hoc erroris et interpolationis ad eum occultandum superpositæ exemplum, quoniam iam Diodorus Sic. XII, 40 *αὐτῆς ἦρξεν* citat, mire non animadverso versus vitio.

Ibd. 797 sqq.:

Τοιάδε χρὴ χαρίτων δαμώματα καλλικόμων
τὸν σοφὸν ποιητὴν
ὑμνεῖν, ὅταν ἠρινὰ μὲν φωνῇ χελιδὼν
ἑζομένη κελαδῇ, χορὸν δὲ μὴ 'χῃ Μόρσιμος κ. τ. λ.

Abundat *φωνῇ* prorsus vitiose; itaque Bergkius *ἡδομένη* pro *ἑζομένη* posuit; sed etiam *μέν* offendit non recto loco positum et ipsa partitionis diligentia; nam hirundinis cantu per se commemorato adhæerescit iocosa Morsimi et Melanthii mentio. Iam e scholiis novimus, hæc verba, ut v. 797, Aristophanem lepide a Stesichoro transtulisse, apud quem fuisse traditur: *ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών*. Valde igitur vereor, ne hic vetus lateat interpolatio ad scribendi errorem tegendum excogitata, Aristophanemque ipsum scripsisse opinor:

ὑμνεῖν, ὅταν εἴαρος ἀμφ᾽ ὥρῃ χελιδὼν
ἑζομένη κελαδῇ.

Ἀμφ᾽ ὥρῃ, quod apud ipsum Stesichorum fuisse suspicor, Pindarico usu dicitur (ἁλίῳ ἀμφ᾽ ἑνί).

Ibd. 1080 interpungenda verba sic:

Ἀλλὰ τί χρῆν ἡμᾶς; οὐ παύσασθαι πολεμοῦντας;
ἢ (v. ἢ) διακαυνιάσαι, πότεροι κλαυσούμεθα μεῖζον,
ἐξὸν σπεισαμένοις κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν;

Ibd. 1109, 1110:

Πρόσφερε τὴν γλῶτταν· σὺ δὲ τὴν σαυτοῦ γ᾽ ἀπένεγκον
σπονδήν, καὶ ταυτὶ μετὰ τῆς σπονδῆς λαβὲ θᾶττον.

Sacerdos σπονδὴν neque attulerat neque auferre iuberi poterat. V. 1110 prorsus tollendus est, additus, cum non intellegeretur τὴν σαυτοῦ significari γλῶτταν, Trygæumque, victimæ linguam igni imponentem, simul sacerdotem iubere male ominatam linguam auferre et abire. Recte scholiastes, quem apparet v. 1110 non legisse.

Av. 149, 150:

ΕΠ. τί οὐ τὸν Ἠλεῖον Λέπρεον οἰκίζετον
ἐλθόνθ᾽; ΕΥ. ὁτιὴ νὴ τοὺς θεούς, ὃς οὐκ ἰδὼν
βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου.

Hærent iure in ὁτιὴ ὅς. Codices ὅτι. Scribendum:

ὅτι οὔ; νὴ τοὺς θεοὺς ὃς οὐκ ἰδὼν κ. τ. λ.

Euelpides quasi admirans causam quæri (ὅτι οὔ; Cur non, quæris), deinde causæ significationem liberius relativo pronomine adiungit (Egone ut Lepreum habitem, *qui* cet.).

Ibd. 413 sqq. scribendum:

βίου διαίτης τε καὶ
τοῦ (v. σοῦ) ξυνοικεῖν τέ σοι
καὶ ξυνεῖναι τὸ πᾶν.

Ibd. 495:

κἄρτι καθηῦδον, καὶ πρὶν δειπνεῖν τοὺς ἄλλους οὗτος
ἄρ᾽ ᾖσε.

Ex illo *δειπνεῖν* nihil enarrando extunditur; scribendum suspicor *θυπνεῖν*, quod intransitive dicatur de eadem re, de qua active apud inferiores reperitur *θυπνίζειν*. In huiusmodi vocibus, quæ e sermone quotidiano de rebus domesticis ducuntur, non possunt severe auctoritates exquiri.

Ibd. 631 valde vereor, ut Græcum sit *παρά τινα τίθεσθαι ὁμόφρονας λόγους*. Fortasse fuit: *ἣν σὺ παρατιθέμενος*.

Ibd. 1128:

ἵππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ δούριος.

Non video, qua constructione *ὅσον* cum *ὁ δούριος* coniungatur, scribendumque censeo

ὅσος ὁ δούριος

(ea magnitudine, quantus ligneus fuit). Nec minus prave apud Platonem rep. VII p. 534 A editur: *ἵνα μὴ ἡμᾶς πολλαπλασίων λόγων ἐμπλήσῃ ἢ ὅσων οἱ παρεληλυθότες* (oratione, inquit Stallbaumius, paullo liberius conformata: *οἱ παρεληλυθότες λόγοι λόγων ἡμᾶς ἐνέπλησαν*). Codices optimi *ὅσον*. Scribendum *ἢ ὅσοι οἱ παρεληλυθότες*. (Qui attractionem fingat, sciat requiri tum saltem *ὅσων τῶν παρεληλυθότων*.)

Lysistr. v. 158 Calonicæ continuandus rem fœdam significanti; Lysistratæ responsum continetur v. 159; deinde v. 160 Calonice novam significat rem, quæ fieri possit.

Ibd. 723 sqq.

τὴν δ' ἐπὶ στρούθου μίαν
ἤδη πέτεσθαι διανοουμένην κάτω
εἰς Ὀρσιλόχου χθὲς τῶν τριχῶν κατέσπασα.

Pravum *χθές* est; nam neque in ceteris membris tempus significatur et narratur res non heri, sed hoc pæne ipso temporis momento acta. Scripsit Aristophanes:

εἰς Ὀρσιλόχου φθάσα τῶν τριχῶν κατέσπασα.

Ibd. 1124:

Ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι·
αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω,
τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους
πολλοὺς ἀκούσασ' οὐ μεμούσωμαι κακῶς.

Primum scribendum *αὐτή τ' ... τούς τ' ἐκ πατρός*, deinde (nam genetivus *ἐμαυτῆς* ratione caret) *αὐτή τ' ἐπ' ἐμαυτῆς*.

Thesmophor. 149, 150:

Χρὴ γὰρ ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα,
ἃ δεῖ ποιεῖν, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν.

Nullæ sunt fabulæ, quas scribere poetam oporteat; sed ad eas, quas quoque tempore faciat, mores accommodandos esse Agathon dicit, hoc est:

πρὸς τὰ δράματα,
ἃ δὴ ποιεῖ, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν[1]).

Nam quod etiam aptius esset, *ἃ 'εἰ ποιεῖ* pro *ἃ ἀεί*, non audeo ponere, quod eius crasis nullum habeo exemplum.

(Ibd. 281 conieceram, quod video Reiskio in mentem venisse: *ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεται τῆς λιγνύος* pro *ἀνέρχεθ' ὑπὸ τῆς λιγνύος*. Potest tamen fieri etiam *ἀνέρχεθ' ἀπὸ γῆς λιγνύος*. Neque enim propter *τὸ χρῆμα* necessarium esse articulum apud genetivum, apparet ex Acharn. 150.)

Ibd. 365 sublatis verbis, quæ ex superiore loco hic repetita sunt (*οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ*), scribendum est:

ἢ Μήδους ἐπάγουσι τῇ χώρᾳ,
ἀσεβοῦσ' ἀδικοῦσί τε τὴν πόλιν.

In codd. et editt. est *τῆς χώρας*, de quo errore dixi supra p. 67 et alibi dicam (ad Thucyd. II, 83, 1).[2])

---

[1]) Ann. philol. Dan. I p. 42 et 174.

[2]) V. 803 revocandum e codd. *ἕκαστον*, pro quo editur *ἑκάστου*. *Ἕκαστον ὄνομα τῆς τε γυναικὸς καὶ τἀνδρὸς παραβάλλεται πρὸς ἕκαστον.* Singula feminarum nomina cum singulis virorum comparantur, non singula feminæ et viri coniuncta cum singulis aliis, quæ sententia nulla est.

Ran. 1109 sqq.:

εἰ δὲ τοῦτο καταφοβεῖσθον, μή τις ἀμαθία προσῇ
τοῖς θεωμένοισιν, ὡς τὰ
λεπτὰ μὴ γνῶναι λεγόντοιν.

Neque *ὡς* rectum neque articulus; rectum *ὥστε λεπτὰ μὴ γνῶναι λεγόντοιν.*

Ibd. 1130 sqq. Versum, qui in codicibus et vulgo 1136 est, prave v. 1135 ab 1137 divellere, recte Bergkius vidit; nec tamen post 1131 inserendus is est (ubi nihil præcedit, ex quo illud nascatur *ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς*), sed ante eum hoc ordine:

ΑΙΣ. ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα πάντα γ' ἔστ' ἀλλ' ἢ τρία·
ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς; ΕΥΡ. ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι μέλει·
ἔχει δ' ἕκαστον εἴκοσιν γ' ἁμαρτίας.

Æschylus, cum omnia non plus tria sint (non plus tres versus), nugari Euripidem concludit, qui duodecim peccata inesse dixerit; Euripides respondet, nihil se versuum numerum curare, cum singuli plus viginti peccata habeant. Ceterum fortasse recte Meinekius *πάντ' ἔπη 'στ' ἀλλ' ἢ τρία.*

Ecclesiaz. 560 sqq. V. 564 et 568 choro dandi sunt, quem solum et admonitio, quæ in priore est, et iudicium, quod in altero, decet. Sed in enumeratione eorum, quæ posthac facere non liceat, primum in v. 565 non fero inter omnia præsentia (*μαρτυρεῖν*, *συκοφαντεῖν*, tum *φθονεῖν*, *λοιδορεῖσθαι*, *φέρειν*) unum interpositum aoristum, cum præsertim in hac universæ rei interdictione aoristus per se locum non habeat, scriboque *λωποδυτεῖσθαι* (impersonali et passiva significatione, ut *μὴ γυμνὸν εἶναι μηδένα*). Gravius etiam offendit in ipso initio enumerationis additum in eorum, quæ singulatim subiiciuntur communi *αἰσχρὰ δρᾶν*, primo *δέ* (*οὐδαμοῦ δέ*) et in hoc uno *οὐδαμοῦ* positum, cum in ceteris sit simplex negatio (primum *οὐ*, deinde mutata forma sexies *μή*); illud quoque miror, omnino vetari *μαρτυρεῖν*, quasi hoc per se turpe sit. Videlicet, separato *οὐ* (*οὐ* ... *μαρτυρεῖν, οὐ συκοφαντεῖν*), in ceteris litteris

(δαμουδε) latet aliquid, quod efficiat, ut turpe (saltem in ridendo) testimonium fiat. Fuitne:

οὐ δανειστῇ (aut δάνειον) μαρτυρεῖν,
οὐ συκοφαντεῖν.

Invisos homines (aut rem) Praxagora testibus ad obtinendas causas carere vult.

Plut. 885:

ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.

Non satisfaciunt, quæ ad genetivum expediendum proferuntur, vereorque, ne mendum subsit. Venit mihi in mentem:

ἀλκὴ δ' ἔνεστιν συκοφάντου δήγματος;

aut: ἀλλ' οὐκ ἄκος ἔνι συκοφάντου δήγματος. Sed res incerta est.

Cocali Aristophanis fragmentum, quod apud Athenæum XI p. 478 D legitur, sic scribendum esse dixi in Philologi I p. 616:

ὑποπρεσβύτεραι γρᾶες Θασίου μέλανος μεστὸν κεραμεῖον
θέμεναι κοτύλαις μεγάλαις ἔβρεχον σφέτερον δέμας οὐδένα κόσμον,
ἔρωτι βιαζόμεναι.

In codicibus est μεστὸν κεραμευμέναις κοτύλαις, apertissime conflato κεραμεῖον et participio, deinde μεγάλαις ἔγχεον ἐς σφέτερον, tum οὐδὲν ἄκοσμον, quod Toupius correxit. Post βιαζόμεναι adduntur hæc: μέλανος οἴνου ἀκράτου, pertinentia ad μέλανος in primo versu explicandum, quæ recte Toupius sustulit, non recte simul ἔρωτι βιαζόμεναι.

Aristophanem excipiet Apollonius Rhodius, in quo uno præter eos, quos iam persecutus sum, paulo plura tentavi. Semel tamen legi nec omnes Alexandrinæ artis sinus perscrutatus sum. (Usus sum Wellaueri et Merkelii exemplis.)

Lib. I, 82:

ὡς οὐκ ἀνθρώποισι κακὸν μήκιστον ἐπαυρεῖν,
ὁππότε κἀκείνους Λιβύῃ ἔνι ταρχύσαντο,
τόσσον ἑκὰς Κόλχων κ. τ. λ.

Non dubito, quin verba, ex quibus nullus sana enarratione sensus efficitur, corrupta sint; remedium non æque certum est; scribendum tamen suspicor:

ὡς οὐκ ἀνθρώποισι κακοῦ μῆχος τό γ' ἀπαίρειν κ. τ. λ.

(Ita hominibus mali effugium non est longe discedere.)

I, 546 scribendum uno vocabulo in duo distracto:

ἀτραπὸς ὣς χλοεροῖο δι' ειδομένη πεδίοιο.

Vulgo διειδομένη, quod nihil est.

I, 685 vel contra testimonium Etymologici magni pro barbaro βώσεσθε (quod pro βιώσεσθε positum esse volunt) reponendum videtur verbum Homericum:

πῶς τῆμος βείεσθε;

I, 939. Hic quoque distrahenda, quæ coaluerunt:

χέρσῳ ἔπι, πρηνὴς, καταειμένος.

Editur ἐπιπρηνής, quod nusquam reperitur.

Lib. II, 28 necessaria et certa emendatione utendum est:

ἐπι δ' ὄσσεται οἰόθεν οἶον (pro οἶος)
ἄνδρα τόν, ὅς μιν ἔτυψε παροίτατος οὐδ' ἐδάμασσεν.

Non solus, sed illum unum spectat, in eum unum se totus convertit.

II, 79 sqq.:

ὡς δ' ὅτε νήϊα δοῦρα θοοῖς ἀντίξοα γόμφοις
ἀνέρες ὑληουργοὶ ἐπιβλήδην ἐλάοντες
θείνωσιν σφύρῃσιν, ἐπ' ἄλλῳ δ' ἄλλος ἄηται
δοῦπος ἄδην.

Verbum, quod est ἄημι vel ἄημαι, Apollonius neque usum sermonis sequens neque ullius Homeri loci interpretatione deceptus de sono et strepitu ponere potuit; quomodo de animo moto dicitur Iliad. XXI, 386, posuit III, 688. Hic

scripserat *αὐτῇ*, secutus etiam Homerum Iliad. XII, 160: *κόρυθες δ' ἀμφ' αὖον ἄϋτευν | βαλλόμεναι μυλάκεσσι.*

II, 328, 329:

οἰωνῷ δὲ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθαι
νηὸς ἄπο προμεθέντες ἐφιέμεν.

Neque constructio neque verborum significatio ullo modo expediri potest. Scribendum leni et certa emendatione:

οἰωνῷ δὲ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθαι
νηὸς ἄπο προμεθέντας ἐφίεμαι,

hoc est: iubeo vos primum columba tentare, eam e navi emittentes.[1])

II, 335:

τῷ καὶ τἆλλα μεθέντες ὀνήϊστον πονέεσθαι
θαρσαλέως.

Prave *ὀνήϊστον* pro adverbio accipitur, addito præsertim *θαρσαλέως*, nulla, quæ quidem apta sit, sententia. Una littera mutanda est:

τῷ καὶ τἆλλα μεθέντας ὀνήϊστον πονέεσθαι
θαρσαλέως.

Conducibile est, ceteris missis, firmo animo laborare.

II, 605, 606:

ὃ δὴ καὶ μόρσιμον ἦεν
ἐκ μακάρων, εὖτ' ἄν τις ἰδὼν δια νηὶ περήσῃ.

Ἰδών accipitur vivus. Verum neque aoristus sic ullo modo dici potest (de eo, qui vivit videtque) neque omnino videndi verba sic dici de vivis possunt, ubi aliquem salvum vivumque evadere significatur; nam pertinent ad eos, qui universe diis luminis auris fruuntur. Itaque aut *ἰδών* simpliciter est: visis scopulis aut potius scribendum *ζών* (*σῶς*).

[1]) V. 119 non sine causa suspectum esse potest *τεταγών* aut *ἀντεταγών* de bipenni non arrepta, sed ad feriendum sublata positum, ut prorsus pro *ἀνατείνας* (*ἀνατεινάμενος*) sit. Sed *ἀντετακώς* minus aptum quam aoristus est, nec *τετακώς* facile scribæ in *τεταγών* mutaturi erant.

II, 974:

τετράκις εἰς ἑκατὸν δεύοιτό κεν, εἴ τις ἕκαστα πεμπάζοι.

De flumine multifariam diviso mire dicitur *δεύεσθαι* (irrigari) et *δεύεσθαι εἰς ἑκατόν.* (Merkelii coniectura *τετράδος* nihil iuvat nec ullam causam habet.) Rectum erit:

τετράκις εἰς ἑκατὸν σεύοιτό κεν,

h. e. in quadringentas partes currat et se diffundat.

II, 984, quemadmodum I, 546 et 939, male præpositio cum verbo coaluit; scribendum est enim (de Thermodonte fluvio):

Πόντον ἐς Ἄξεινον κυρτὴν ὑπ᾽ ἐρεύγεται ἄκρην,

h. e. prorumpit (eructat aquas) sub curvum promuntorium. Eo minus loci est Ruhnkenii coniecturæ *ἄχνην.*

II, 1171. Mire, cum commemoretur ara sub dio extra templum exstructa, ipsum templum sine tecto fuisse dicitur (*ἐκτὸς ἀνηρεφέος πέλε νηοῦ*), ut nulla fuerit causa aram extra exstruendi. Sine dubio poeta scripserat:

ἐκτὸς εὐηρεφέος πέλε νηοῦ.

Librarius et offensus *ευ* correpto et ad sententiam parum attentus *ἀνηρεφέος* effecit.

II, 1251:

τὸν μὲν (τὸν αἰετὸν) ἐπ᾽ ἀκροτάτης ἴδον ἕσπερον ὀξέϊ ῥοίζῳ
νηὸς ὑπερπτάμενον νεφέων σχεδόν.

Neque *ἕσπερον* accusativus quid sibi velit et quomodo cum reliquis cohæreat, intellegitur, neque quid sit *ἐπ᾽ ἀκροτάτης* sine substantivo; nam cum *νηός* coniungi nullo pacto potest, quod pendet ab *ὑπερπτάμενον*, neque sane aquila, quæ *νεφέων σχεδόν* volabat, *ἐπ᾽ ἀκροτάτης νηός* conspiciebatur. Scribendum est:

τὸν μὲν ἐπ᾽ ἀκροτάτης ἴδον ἑσπέρου ὀξέϊ ῥοίζῳ
νηὸς ὑπερπτάμενον.

Tempus significatur; itaque sequitur de insecuta nocte v. 1260 *ἐννύχιοι.* *Ἕσπερος* feminino genere est IV, 1290,

ου in fine ante vocalem correptum IV, 1438: *πελωρίου ἔστο λέοντος*. Etiam IV, 4 recte Merkelio in mentem venit *ἄτης πῆμα δυσιμέρου* pro *δυσίμερον* (sequente *ἤ*).

Lib. III, 108 sqq.:

Οὕτω νῦν, Κυθέρεια, τόδε χρέος, ὡς ἀγορεύεις,
ἔρξον ἄφαρ· καὶ μή τι χαλέπτεο μηδ' ἐρίδαινε
χωομένη σῷ παιδί· μεταλλήξει γὰρ ὀπίσσω.

Non agitur de desinendo, sed de redeundo ad meliorem mentem; itaque scribendum opinor *μεταλλάξει*. Intransitive *μεταλλάσσειν* de mutatione (non de morte) etiam Euripides dixit in fragm. Archelai; nisi putamus Apollonium *μεταλλήξω* pro *μεταλλάξω* dixisse. Paulo ante v. 99 scribendum *μετέπειτά κ'* (pro *γ'*) *ἀτεμβοίμην ἑοῖ αὐτῇ*.[1])

III, 321. Qui fracta procellis nave tabula lignove alio arrepto enatant, *ὑπὸ δούρασι πεπτωκέναι* dici non possunt; rectum erit:

αὐτοὺς δ' ἐπὶ δούρασι πεπτηῶτας
νήσου Ἐνυαλίοιο ποτὶ ξερὸν ἔκβαλε κῦμα.

Similiter IV, 1454 muscæ *ἀμφ' ὀλίγην μέλιτος γλυκερὸν λίβα πεπτηυῖαι*.

III, 372 Æetes nepotes suos, quos ocius discedere iubet, insimulat, non, ut narrent, cum naufragi insulæ Martis adnassent, ibi ab Argonautis ad eum locum delatis servatos esse, sed ipsos in Græciam venisse (cfr. 775) et expeditionis inde ab initio socios fuisse, non aurei velleris petendi causa, sed regni sibi eripiendi susceptæ. Ea his versibus exprimuntur:

Οὐκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι, λωβητῆρες,
νεῖσθ' αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἔκτοθι γαίης;

---

[1]) Post v. 248 excidit versus; nam neque anacoluthia, quæ fingitur, ullam minimam habet veri speciem (*τὴν οἵ γε . . .*, sine verbo, tum *καὶ σφέας ὡς ἴδεν*) neque aut *τήν* aut *οἵγε* mutari potest neque, quod desideratur ad narrationem nectendam, uno verbo absolvi.

πρίν τινα λευγαλέον τε δέρος καὶ Φρίξον ἰδέσθαι,
αὐτίχ' ὁμαρτήσαντες ἀφ' Ἑλλάδος· οὐδ' ἐπὶ κῶας,
σκῆπτρα δὲ καὶ τιμὴν βασιληΐδα δεῦρο νέεσθε.

Sic enim recte hæc olim interpungebantur, ut v. 374 (*πρίν τινα κ. τ. λ.*) ab ipso discedendi imperio, quocum neque sententia cohæret et vel una voce *τινά* diiungitur, separaretur et cum *αὐτίκα* coniungeretur. Recte quoque, quoniam in versu postremo neque per se infinitivus ad *ὁμαρτήσαντες* adiungi aut aliunde pendere potest, neque *οὐδ'* (v. 375), quod in codicibus est, pro *οὐ* positum esse, *νέεσθε* pro *νεῖσθαι* superiores scripserant, ut ab participio *ὁμαρτήσαντες* (vos, qui —) transeatur ad sententiam per se positam noto liberioris et poeticæ orationis usu. Sed v. 374 ineptam videtur habere sententiam, quoniam ne nunc quidem, cum hæc Æetes dicit, Argonautæ aureum vellus viderunt; requiritur huiusmodi aliquid: statim, antequam quisquam de aureo vellere et Phrixo cogitaret; neque in eam partem verba, quæ nunc leguntur, detorqueri posse arbitror. In mentem venit incerta suspicio:

πρίν τινα λ ε υ γ α λ έ ο υ τε δ έ ρ ο υ ς καὶ Φ ρ ί ξ ο υ ἴ ε σ θ α ι,

quemadmodum apud Homerum *ἴεσθαι νόστου* et similia dicuntur.

III, 581:

(*σπεῦτο*) *δρυμὸν ἀναρρήξας λασίης καθύπερθε κολώνης*
αὔτανδρον φλέξειν δόρυ νήϊον κ. τ. λ.

Ἀνάρρηξις silvæ quæ sit, nescio; puto fuisse *ἀ ν α π ρ ή σ α ς*, incensa silva, ut incendium navim subiectam corriperet.

III, 644:

τό κέν μοι λυγρὸν ἐνὶ κραδίῃ σβέσοι ἄλγος.

Scrib. *σ β έ σ α ι.*

III, 666:

δμωάων, ἥ οἱ ἐπέτις πέλε κουρίζουσα.

Sine dubio significatur ancilla, quæ Medeæ puellæ curam

habuerit et inde ei dedita manserit, ut scribendum sit κουριζούσῃ.

III, 954, 955:

Ἦ θαμὰ δὴ στηθέων ἐάγη κέαρ, ὁππότε δοῦπον
ἢ ποδὸς ἢ ἀνέμοιο παραθρέξαντα δοάσσαι.

Neque in δοιάζω neque in δοάσσατο (quod præterea media forma excludit) ea est significatio, quæ sola hic apta est, animadvertendi. Aptissimum esset νοῆσαι, sed aberrandi causa in noto verbo non appareret; ea apparet in κοάσαι, quod infinito modo positum (κοᾶσαι) Hesychius αἰσθέσθαι interpretatur, cognatum cum κοεῖν vel potius idem.

III, 1129, 1130:

οὐδ' ἄμμε διακρινέει φιλότητος
ἄλλο, πάρος θάνατόν γε μεμορμένον ἀμφικαλύψαι.

Mira locutio, nihil aliquos ab amore separaturum esse (— hoc enim verba significant —), cum significatur, nihil eorum amorem distracturum et dissoluturum esse. Scribendum est:

οὐδ' ἄμμι διακρινέει φιλότητας,
ἄλλο κ. τ. λ.

h. e., nihil nobis (nostros) amores divellet. Plurali numero poeta usus est etiam ut utriusque amorem mutuum significaret.

IV, 174 sqq. scribendum videtur:

Ὅσση δὲ ῥινὸς βοὸς ἥνιος ἢ ἐλάφοιο
γίγνεται, ἥντ' ἀγρῶσται ἀχαιϊνέην καλέουσιν,
τόσσον ἐὸν (codd. ἔην) πάντῃ χρύσεον ἐφύπερθεν ἄωτον
βεβρίθει λήνεσσιν ἐπηρεφές.

IV, 601 sqq. (de Eridano calidum et gravem vaporem exhalanti):

Οὐδέ τις ὕδωρ κεῖνο διὰ πτερὰ κοῦφα τανύσσας
οἰωνὸς δύναται βαλέειν ὕπερ, ἀλλὰ μεσηγὺς
φλογμῷ ἐπιθρώσκει πεποτημένος.

Pro *πεποτημένος*, quod quid h. l. sit, nescio, substituendum puto *πεπονημένος*, afflictus (Soph. Trach. 985).

IV, 621 sqq.: *ἀλλ' ἄρα τοίγε*
ἤματα μὲν στρεύγοντο περιβληχρὸν βαρύθοντες
ὀδμῇ λευγαλέῃ, τὴν ῥ' ἄσχετον ἐξανίεσκον
τυφομένου Φαέθοντος ἐπιρροαὶ Ἠριδανοῖο.
Νύκτας δ' αὖ κ. τ. λ.

Non *περιβληχρὸν ἐστρεύγοντο*, sed *περιβληχροί*, languebant valde imbecilli et extenuatis viribus.

IV, 1046. Adeo inusitatum *προσβάλλομαι*, sive pro *προβάλλομαι* (defensionis causa oppono) accipitur sive pro *προστρέπομαι* (quod ad *νηούς* et *πύργον* non aptum est), ut suspicer scriptum fuisse:

οἴσθι δὲ πρό νυ βάλλομαι ὑμέας αὐτούς.

IV, 1204 pro *ἐπήλυθον* malim de timore et ira (alius hominis) aliquem movente *ὑπήλυθον*.

IV, 1242 scribendum:

καὶ γάρ τ' ἀναχάζεται ἠπείροιο
ἡ θαμὰ δὴ τόθι (pro *τόδε*) *χεῦμα καὶ ἂψ ἐπερεύγεται ἀκτάς.*

Non hæc aqua, sed ibi.

IV, 1274:

Δαημοσύνην δέ τις ἄλλος
φαίνοιεν· πάρα γάρ οἱ ἐπ' οἰήκεσσι θαάσσειν
μαιομένῳ κομιδῆς.

Scribendum *φαίνοι ἔην*, sublata barbara forma, meliore oratione; neque enim usitate dicitur nudum *φαίνειν δαημοσύνην*.

IV, 1398:

ἷξον δ' ἱερὸν πέδον, ᾧ ἔνι Λάδων
εἰσέτι που χθιζὸν παγχρύσεα ῥύετο μῆλα
χώρῳ ἐν Ἄτλαντος.

Nimis vulgare et infinitum *ἐν χώρῳ Ἄτλαντος*, præsertim post *ἱερὸν πέδον*, ubi locus iam significatus est. Fuit:

χόρτῳ ἐν Ἄτλαντος.

IV, 1562:

Ὣς ηὔδα· πρόφρων δ' ὑπερέσχεθε βώλακι χεῖρας
Εὔφημος.

Qui glebam porrectam accepturus est, manus glebæ non ὑπερέχει, sed ὑπέχει. Scribendum igitur ὑποέσχεθε.

IV, 1746:

Τῷ δ' ἄρ' ἐπι μνῆστιν κραδίῃ βάλεν ἔκ τ' ὀνόμηνεν
Αἰσονίδῃ.

Cor non memoriam subiicit alii nec ἐξονομαίνει. Poeta posuerat de ipso Euphemo:

Τῶν ἄρ' ἐπι μνῆστιν κραδίῃ βάλεν ἔκ τ' ὀνόμηνεν
Αἰσονίδῃ. (Τῶν Merkelius.)

Callimachum cum legerem, incidi denuo in quædam olim ab aliis iam proposita; novæ et propriæ emendationis perexiguus proventus fuit in uno hymno in Delum.

V. 114 sqq., ubi Latona Peneum amnem celeriter fugientem alloquitur, sic scribitur:

ἦ ῥά τοι ὧδ' αἰεὶ ταχινοὶ πόδες; ἦ ἀπ' ἐμεῖο
μοῦνον ἐλαφρίζουσι, πεποίησαι δὲ πέτεσθαι
σήμερον ἐξαπίνης;

Mire et universe dicitur fluvius πεποιῆσθαι πέτεσθαι pro πεφυκέναι et magis mire hoc transfertur ad impetum subito captum. Sine dubio Callimachus scripserat:

μοῦνον ἐλαφρίζουσιν, ἐπτοίησαι δὲ πέτεσθαι
σήμερον ἐξαπίνης;

Ibd. 154:

αἳ δ' οὔ μιν ἐπερχομένην ἐδέχοντο,
οὐ λιπαρὸν νήεσσιν Ἐχινάδες ὅρμον ἔχουσαι,
οὐδ' ἥτις Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη ἄλλων.

Statio et portus quomodo ad opportunitatem commoditatemque significandam λιπαρὸς νήεσσιν dici possit, non intellego; tota enim illius adiectivi vis hinc aliena est;

contra recte dici posse videtur λιαρὸς νήεσσι (mitis et gratus), ut οὖρος, ἄνεμος λιαρός est et αὔρη et ὕπνος.

Ibd. 180 sqq. (de Gallorum in Delphos impetu):

καὶ οὐκ ἔτι μοῦνον ἀκουῇ,
ἀλλ' ἤδη παρὰ νηὸν ἀπαυγάζοιντο φάλαγγας
δυσμενέων, ἤδη δὲ παρὰ τριπόδεσσιν ἐμεῖο
φάσγανα καὶ ζωστῆρας ἀναιδέας ἐχθομένας τε
ἀσπίδας, αἳ Γαλάτῃσι κακὴν ὁδὸν, ἄφρονι φύλῳ,
στήσονται.

Verbi, quod est ἀπαυγάζοιντο, neque subiectum ullum est neque optativi ratio reddi potest. In codicibus eminent nominativorum vestigia (φάλαγγες et ἐχθόμεναι); ea tenenda sunt scribendumque aut hac forma aut proxime ad eam:

καὶ οὐκ ἔτι μοῦνον ἀκουῇ,
ἀλλ' ἤδη παρὰ νηὸν ἀπαυγάζοντι φάλαγγες
δυσμενέων, ἤδη δὲ παρὰ τριπόδεσσιν ἐμεῖο
φάσγανα καὶ ζωστῆρες ἀναιδέες ἐχθόμεναί τε
ἀσπίδες, κ. τ. λ.,

ut ἀπαυγάζω sit prospicere, quo significatu supra v. 125 Callimachus medium posuit (prospicienti adsunt et apparent). Sin splendoris significatio in verbo activo tenenda putatur, scribendum ἀπαυγάζουσι. Sed durum tum ἀκουῇ.

Ibd. 245, 246: οὐδ' ἔστιν ὅπως ἀποθύμια ῥέξω
τόσσα δέοι.

Quod δέοι vitiose dicitur, etiam verbi modo, quoniam ἔδει esse debebat, coniecceram τόσσα δέ οἱ, idque video alios olim scripsisse[1]).

---

[1]) Epigr. 3 v. 2 scrib. ἶσον ἐμοὶ χαίρειν ἔστι τε μή σε πελᾶν pro ἔστι τὸ (Hauptius κἄστι τό). Epigr. 5, 5 quod credebam me primum repperisse: εἰ δὲ γαληναίη, λιπαρὴν 'θεῖον οὖλος ἐρέσσων Ποσσίν, occupaverat Bentleius.

Theocritum, id est Theocriti poemata et farraginem iis adiunctam, etsi non indiligenter legi, tamen non tantum temporis tribui poematis originis diversitate, rerum genere, oratione et dialecto, etiam ob eius inconstantiam, difficilibus, ut multum ad menda in codicibus hærentia tollenda conferre possim. Quæ tamen certa aut probabilia occurrerunt, expromam, uno quodam minutæ emendationis genere ad finem reservato.

I, 139 sqq.:

τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει
ἐκ Μοιρᾶν, χὡ Δάφνις ἔβα ῥόον· ἔκλυσε δίνα
τὸν Μοίσαις φίλον ἄνδρα.

Recte mea sententia iudicant, qui negant *βαίνειν ῥόον* simpliciter dici posse, ut Styx aut Acheron intellegatur; ne ipsum quidem *βαίνειν ῥόον*, nulla addita certi fluminis nota, recte dici puto. Accedit, ut per se recte et usitate de moriente dicatur solum *ἔβα* (evanuit, discessit), ut in Euripidis suppl. 1163: *ὦ τέκνον ἔβας* (cfr. ibd. 1139, 1140 *βεβᾶσιν*, Androm. 1028 *βέβακε*). Itaque post *ἔβα* interpungendum suspicor scribendumque:

ῥόου ἔκλυσε δίνα
τὸν Μ. φ. ἄ.,

ut universe Daphnis moriens quasi undæ vortice haustus significetur[1]).

VI, 30 (Polyphemus de cane):

καὶ γάρ ὄκ' ἤρων
αὐτᾶς, ἐκνυζεῖτο ποτ' ἰσχία ῥύγχος ἔχοισα.

[1]) V. 152 eam sententiam, quæ requiritur, effici interrogando (*οὐ μὴ σκιρτασεῖτε, μὴ ὁ τράγος ὔμμιν ἀναστῇ*; (non abstinebitis lascivis saltibus?) apparet ex iis, quæ supra ad Euripid. Electr. 383 p. 239 n. dixi. Gravissimo errore V, 109 pro *μὴ λωβάσησθε* nuper scriptum est *μὴ λωβασεῖσθε*, addita interrogationis nota, quasi *μὴ λωβασεῖσθε* idem sit atque *οὐ μὴ λωβασεῖσθε*; comparaturque *οὐ ποιήσετε*; quasi hic adsit *οὐ* et quasi iubeantur locustæ vitibus nocere, non vetentur.

Hæc non possunt intellegi nisi de eo, quod fieri solitum sit alio tempore, cum Polyphemus aliam amaret, cuius nomen latet in *αὐτᾶς*. Nam ad Galatheam hoc referri nullo modo sic potest, ut tolerabilis sententia efficiatur. Id nomen videtur fuisse *Αὔγας*. Sed de Auga a Cyclope amata nihil usquam repperi.

VII, 70 (de homine pocula usque ad fæcem exsiccante):

αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.

Hæc nihil aliud significare possunt nisi: simul cum ipsis poculis labrum fæci illidens, quod ineptum est. Scribendum:

αὔαις ἐν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων,

h. e., in siccis (exsiccatis iam) poculis etiam fæci labrum illidens.

VIII, 68:

Ταὶ δ' ὄϊες, μηδ' ὔμμες ὀκνεῖθ' ἁπαλᾶς κορέσασθαι
ποίας· οὔτι καμεῖσθ', ὄκκα πάλιν ἅδε φύηται.

Mira affertur ad oves, ut libere se herba impleant, exhortandas ratio, eas non fatigatum iri, quando denuo herba crescat. Et prave producitur ultima in *ὄκκα*. Scribendum:

ποίας· οὔτι καμεῖσθ', ὄκᾳ πάλιν ἅδε φύηται.

„Non defatigabimini laborando, ut hæc denuo crescat". Subridicule pastor oves opere rustico liberas esse significat.

IX, 20:

ἔχω δέ τοι οὐδ' ὅσον ὥραν
χείματος ἢ νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος.

Hæc verba Græci sermonis lege hoc significant: habeo autem quantum curam hiemis quam (aut) edentulus nucum, cum placenta adsit, hoc est, plane nihil. Mirificos enarrandi conatus refellere omitto laudoque hactenus eos, qui nihil omnino dicendum putarunt tanquam in loco aperto. Scribendum:

ἔχω δέ τοι οὐ τόσον ὥραν
χείματος ὡς νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος,

hoc est: „Curo autem metuoque hiemem ne tantum quidem

quantum edentulus, cum placenta adest, nuces et earum frangendarum molestiam." Cum excidisset ὡς post χείματος, male additum est ἤ.

XI, 60 suspicor timide:

Νῦν μάν, ὦ κόριον, δύνειν ποκὰ νεῖν τε μαθεῦμαι
αἴ κά τις σὺν ναῒ πλέων ξένος ὧδ᾽ ἀφίκηται,
ὡς εἰδῶ, τί ποθ᾽ ἁδὺ κατοικεῖν τὸν βυθὸν ὔμμιν.

Urinare se Cyclops et natare discere paratum ait, si qua copia magistri data sit.

XIII, 61 sqq.:

Ὡς δ᾽ ὁπότ᾽ ἠΰγένειος ἀπόπροθι λῖς ἐσακούσας
νεβροῦ φθεγξαμένας τις ἐν οὔρεσιν ὠμοφάγος λῖς
ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα,
Ἡρακλέης τοιοῦτος· ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
παῖδα ποθῶν δεδόνητο, πολὺν δ᾽ ἐπελάμβανε χῶρον.

Primum versum non opus est coargui manifesto orationis vitio (λῖς—τίς—ὠμοφάγος λῖς), cui frustra excusatio quæritur; nam et antiquissimi codicis testimonio et scholiorum silentio damnatur; recte igitur eum Zieglerus uncis notavit. Sed eo omisso desideratur comparationis nota, neque eius prius membrum sic absolute poni ullo modo potest, sequente τοιοῦτος. Quæ Zieglerus comparat, plane diversa sunt. Scribendum:

Νεβροῦ φθεγξαμένας δ᾽ ὡς ἐν οὔρεσιν ὠμοφάγος λῖς
ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα,
Ἡρακλέης τοιοῦτος κ. τ. λ.

XV, 7 facillima correctio hæc videtur esse:

ἁ δ᾽ ὁδὸς ἄτρυτος· τὺ δ᾽ ἑκαστέρω ἄμιν ἀποικεῖς
(pro ἑκαστέρω ἔμ᾽ ἀποικεῖς).

Ibd. 127 ante omnia tenendum est (in quo nuper complures aberrarunt), primum absolvi descriptionem lecti, in quo propositus Adonis sit, tum interiici breviter v. 126, 127, quid Milesius aut Samius homo eo viso exclamaturus sit, deinde pergi in descriptione sic, ut iam separatim

Adonidi Veneris adiiciatur mentio lectique ei strati. Scribendum autem videtur sic:

Ἁ Μίλητος ἐρεῖ χὡ τὰν Σαμίαν καταβόσκων·
Ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ αὕτα (pro ἄλλα).

Hunc lectum apparet pulchro Adonidi stratum esse; (adeo est ipse magnificus)[1].

Ibd. 145 scribendum videtur:

Πραξινόα, τί χρῆμα σοφώτερον; ἁ θήλεια
ὀλβία, ὅσσα ἴσατι, πανολβία, ὡς γλυκὺ φωνεῖ.

XVI, 38, 39:

μυρία δ' ἀμ πεδίον Κραννώνιον ἐνδιάασκον
ποιμένες ἔκκριτα μῆλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις.

Nihil valde affirmo; sed ἐνδιᾶν verbum quoniam alibi semper intransitive dicitur (etiam Theocr. XXII, 44), videndum puto, scriptumne hic olim fuerit ἐνδιέτασσον.

XVIII, 26 sqq.:

Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφανε πρόσωπον
πότνια νὺξ ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν.

Non dicam, quantas difficultates creaverit adiecta in hac Auroræ verno tempore orientis et Helenæ comparatione πότνια νύξ, cui neque res neque orationis constructio ullum relinquit locum; dicam breviter, omnia præter illas duas voces ante coniunctionem comparationis indicem (ἅτε) interpositas recte habere, in iis autem nihil subesse nisi epitheton ad Auroram pertinens, compositum ex ἄμπυξ (α νὺξ) et splendorem ornamento frontis significans. Aptissimum per se est χρυσάμπυξ, sed priore parte a litterarum vestigiis discedit, etsi ea possunt, cum semel

---

[1]) V. 98 nihil verius Reiskii coniectura (πέρυσιν). Neque Σπέρχις ὁ ἰάλεμος apte ad Græcum morem carmina appellandi dicitur, neque Sperchis ad ἰάλεμον aptus neque Alexandriæ cantabantur carmina de civibus Spartiatis.

posterior vocis pars corrupta esset; interpolando mutata esse; ποτνάμπυξ fingere vix audeo. (Πυῤῥάμπυξ?)[1]

XXI, 15, 16:

Οὐδὸς δ' οὐχὶ θύραν εἶχ', οὐ κύνα· πάντα περισσά,
πάντ' ἐδόκει τήνοις· ἁ γὰρ πενία σφας ἐτήρει.

Postremas voces alterius versus recte Ahrensius emendavit (pro σφιν ἑταίρη). Eo magis eminet vitium initii; neque enim omnia (et quam graviter hoc πάντα geminatur!) piscatoribus supervacanea videbantur, sed claustra omnia et custodia, ubi nihil erat, quod quis furaretur:

πάντα περισσὰ
πάκτ' ἐδόκει τήνοις·

Nota ex Aristophane Euripidem ridente πηκτὰ δωμάτων.

Ibd. 39. Pervelim mihi explicari, quid sit, piscatorem vespere in casa condormiscere in laboribus marinis (ἐν εἰναλίοισι πόνοισιν). Interea putabo eum marinis laboribus interdiu perfunctum vespere obdormiscere:

Δειλινὸν ὡς κατέδαρθον ἐπ' εἰναλίοισι πόνοισιν.

XXII, 65, 66:

(Ἄμυκος): εἴς ἐνὶ χεῖρας ἄειρον ἐναντίος ἀνδρὶ καταστάς.
(Πολυδ.) πύγμαχος ἢ καὶ ποσσὶ θένων σκέλος, ὄμματα δ' ὀρθά;

Hæc nullis commatis effici potest ut non significent, ὄμματα ὀρθά pulsari pedibus. Cum annotassem scri-

---

[1]) Enarrationem eorum, quæ recte scripta sunt, non attingo; sed tamen in XVII, 40 ita aberratur, ut continere me nequeam. Putant enim poetam hoc dicere, Ptolemæum regem posse, quoties lectum coniugalem conscendat, domus curam filiis committere, quod quam sit ridiculum et fœdum, cogitari de filio regni vicem sustinenti, dum pater lecto et uxori operam det, quis non videt? Hoc poeta dicit, qui ex tali coniugio castæ et amantis uxoris liberos suscipiat, tuto iis domum totam (et vivum et morientem) committere posse, utpote veris et genuinis

bendum ὀρθᾷ (sublata manu), vidi ita esse in editione Commeliniana.

XXIII, 41, 42 amator rogat puerum, ut sibi saltem suspendio mortuo osculum impertiat; deinde addit:

μή με φοβαθῇς·
οὐ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξεις με φιλάσας.

Pro ζῆν, εἴγε, quod sententiam probabilem non habet, in codicibus scribitur εἶνσε aut similiter. Efficitur: οὐ δύναμαι μισεῖν σε· διαλλάξεις με φιλάσας. Hoc aptum ad μή με φοβαθῇς. Priorem syllabam verbi μισεῖν hausit præcedens syllaba μαι.

XXV, 115, 116 (de Augiæ gregum multitudine):

οὐ γάρ κεν ἔφασκέ τις οὐδὲ ἐώλπει
ἀνδρὸς ληΐδ' ἑνὸς τόσσην ἔμεν, οὐδὲ δέκ' ἄλλων,
οἵτε πολύρρηνες πάντων ἔσαν ἐκ βασιλήων.

Non recte uni (cuivis) contrarii ponuntur decem alii, quoniam ea significatio refertur ad certum et definitum aliquid et ad separandum pertinet; ne si decem quidem una coniungantur, omnium tantum pecoris numerum fore poeta dicit:

ἀνδρὸς ληΐδ' ἑνὸς τόσσην ἔμεν, οὐ δέκ' ἀολλῶν.

XXVI, 27 sqq.:

Οὐκ ἀλέγω, μηδ' ἄλλος ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ
φροντίζοι, μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν,
εἴη δ' ἐνναέτης ἢ καὶ δεκάτω ἐπιβαίνοι,
αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι καὶ εὐαγέεσσιν ἅδοιμι.

Omnes fere intellexerunt, in duobus primis versibus præter alia vitia hoc esse præcipuum, quod poeta impie et prorsus contra id, quod v. 30 dicitur, nec se curare affirmat nec alios curare iubet iram Bacchi (ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ). Hæc sententiæ pravitas facile tolli et rectum effici videtur hac correctione:

οὐκ ἀλέγω μηδ' ἄλλος, ἀπεχθόμενοι Διονύσῳ,
φροντίζοι, μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησαν.

Non movetur poeta neque alios moveri vult vel gra-

viore, quam quod Pentheo inflictum sit, supplicio eorum, qui Bacchum offenderint, quoniam ipse eius iram vitaturus est: αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι κ. τ. λ. Versum 29 ne ipse quidem sic expedio, ut mihi prorsus satisfaciam; puto tamen eum ita παρεντίθεσθαι (εἴη δὲ . . . ἐπιβαίνοι), ut ad Bacchi, cum Penthea puniret, ætatem etiamtum puerilem pertineat, hac sententia: credatur autem tum novem annorum fuisse aut etiam decimum attigisse; ut præsentia pro imperfectis sint.

XXVII, 26, 27:

ΚΟ. ναὶ μάν φασι γυναῖκας ἑοὺς τρομέειν παρακοίτας.
ΔΑ. μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίνα τρομέουσι γυναῖκες;

Neque comparativus habet, quo referatur, neque apte coeunt in unum responsum affirmatio et interrogatio idem significantes; omnia aptissima fiunt una vocali mutata:

μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσί τιν' ἢ τρομέουσι γυναῖκες.

Ibd. v. 43 pro ἄκρα τιμίη scribendum, ni fallor, ἀκροτιμίη, usitata compositione; ἄκρα pro adverbio adiectivo augendi causa adiectum nusquam videtur reperiri. (Anthol. VII, 438 in Meleagri epigrammate aliter ponitur.)

Distuli supra unum minutæ emendationis genus ad plures Theocriteorum locos pertinens. Nam omittitur paucis aliquot locis apud optativum in potentiali significatione particula huius significationis index contra certam sermonis legem, manifesto errore et emendatu fere perfacili; sed editores superiores eum incuriose prætereunt, recentiores, quos ferrem aliquo modo, si promiscue poni particulam et omitti dicerent, malunt singularis alicuius significationis excusatione uti, quæ, si attendas et examines, nulla alia reperiatur esse nisi ipsa illa communis potentialis modi, quæ addito ἄν efficitur, et aut Hermanni, talium distinctionum inventoris promptissimi, aut Kruegeri aut aliud nomen adscribere. Velut Wuestemannus ad VIII, 20, ubi aliquis solo verbo κατθείην affirmare creditur, se positurum, Hermanno auctore solo optativo indicari opinionem

cum voluntatis quadam significatione narrat, quod ipsissimum est ποιήσαιμι ἄν, additque alia Reisigium excogitasse; ad I autem 60 Fritzschius ἀρεσαίμαν sine ἄν poni scribit ad id indicandum, quod Germanice dicatur: „ich möchte dich gern damit erfreuen", qui vellem simul addidisset, quid esset ἀρεσαίμαν ἄν. Atque idem etiam (ad II, 124) additum contra legem usumque ἄν non minus facile expedit, nam εἴ κέ μ' ἐδέχεσθε esse: „wenn ihr mich dann aufgenommen hättet"; compararique iubet Bäumleinii disputationem aliquam. Hac igitur similique perfugiorum inanitate, quæ, ut quisque locus obiectus est, sine ulla constantia excogitantur, et hic et in ceteris scriptoribus dimissa et explosa, loci ipsi videamus quam, ut dixi, facilem habeant correctionem. Nam I, 60 (τῷ καί τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν) recte alii codices et editiones habent: τῷ κέν τυ, et in eodem carmine 132 (νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι) pro μέν, quod pravam habet diligentis ἴων et ναρκίσσου distributionis speciem, restituendum est κέν, et VIII, 20 (ταύταν κατθείην, τὰ δὲ τῶ πατρὸς οὐ καταθησῶ) scribendum est: ταύταν κα θείην. Nam τιθέναι et κατατιθέναι de ponendo (et proponendo) certaminis præmio prorsus promiscue in hoc ipso carmine (v. 11—15) dicuntur.

Eiusdem autem carminis versus 88 ad 91 sic scribendi sunt:

Ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη καὶ ἀνάλατο καὶ πλατάγησε
νικάσας, οὕτως κ' ἐπὶ ματέρι νεβρὸς ἅλοιτο,
ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ
ὥτερος, οὕτω κὰ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Vulgo v. 89 κ' omittitur, v. 91 e κά factum est καί. In carmine XVI, 67 ex πρόσθεν faciendum πρόσθ' ἄν (πολλῶν ἡμιόνων τε καὶ ἵππων πρόσθ' ἄν ἑλοίμαν). Carmine XXII v. 60 Pollux invitationi (ἔλθοις) addit promissum prædicitque, quid futurum sit: καὶ ξενίων κε τυχὼν πάλιν οἴκαδ' ἱκάνοις. Vulgo scribitur ξενίων γε,

inutili et prorsus prava particula, et in eodem versu optativus nudus prorsus diversa significatione ponitur. (V. 162 recte e Iuntina Brunckius et Zieglerus βούλοιντό κε pro β. γε.) Neque transponendo audacter neque violenter mutando, sed unius litteræ mutatione vitium orationis partim cum aliis vitiis coniunctum ex his locis sublatum est. Restant duo carminis secundi versus (124 et 126), in quorum priore κέ vitiose ponitur, in altero vitium, quod videri possit in κέ esse, alibi latet. Nam v. 124 (καί μ' εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε, τάδ' ἦς φίλα), quem vel positus pronominis vitiosum esse arguit, εἴ κε (= ἐάν) δέχησθε significaret si receperitis, εἰ κ' ἐδέχεσθε nihil est; quod sententia requirit, sic dicitur: καὶ εἴ μὲν μ' ἐδέχεσθε. Videtur scriptum fuisse: καί ῥ' εἰ μὲν μ' ἐδέχεσθε. V. autem 126 κέ recte habet, sed εἰ addito prorsus tollitur sententia; neque enim condicio ponitur, sed dicitur, quid iuvenis, si receptus fuisset (quæ condicio superioribus continetur), facturus fuerit:

εὗδον τ' ἤ κε μόνον τὸ καλὸν στόμα τεῦς ἐφίλησα,

et dormissem aut tantum osculatus essem.

Liber III.

Cap. I.

Herodotus, Thucydides.

E prosæ orationis scriptoribus antequam ad Atticos venimus, attingendus est, quem huius litterarum formæ ordine principem simul ob argumenti amplitudinem ingeniique candorem et suavitatem veneramur et diligimus, Herodotus, sed attingendus tantum. Nam eum cum postremum legi a. 1847, neque ita magna mihi visa est post ea, quæ alii correxerant, necessariæ coniecturæ materia esse (in quo me fortasse celeriter legentem et præter res ad syntaxin orationis attentum quædam fortasse fefellerunt) neque dum ad coniecturam in Græcis scriptoribus exercendam valde consuetudine exercitatus eram; et instrumentum criticum ad auctoritatem ponderandam indiciaque mendorum reperienda parum locuples erat, ad quod postea quæ facta est accessio, eius examinandæ otium non fuit. Itaque ad priores libros pauca, ad extremos nihil huius generis annotavi, ex iis autem, quæ annotavi, alia iam tum præcepta erant (ut I, 106 *ἐπίβαλλον* a Dobreo), alia postea inventa sunt (ut II, 30 *Πηλουσίῃσι ἄλλῃ πρὸς Ἀραβίων* pro *Πηλουσίῃσι, ἄλλῃ δὲ πρὸς Ἀρ.* et V, 50

repertum in codicibus εὐπειθέα pro εὐπετέα), ut perpauca et fere exigua relinquantur; e quibus tamen quod primum est, locum difficilem certo auxilio expedit. Nam

I, 51, ubi scribitur: περιρραντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον, τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων φαμένων εἶναι ἀνάθημα, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο Κροίσου, neque ipse genetivus Λακεδαιμονίων φαμένων expediri recte potest (ineptum est enim, inscriptum esse, cum Lacedæmonii dicerent) multoque minus εἶναι ἀνάθημα omisso eo, in quo ipsum sententiæ caput est, ἑαυτῶν, postremo pravissimum est λέγοντες, ad quod defendendum quæ afferuntur, nullam habent cum hoc (φαμένων—λέγοντες sine ulla minima causa aberrandi in verbis etiam loco proximis) similitudinem. Apparet coniuncta esse Λακεδαιμονίων εἶναι ἀνάθημα, quo constituto emergit verum: ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων φάμενον εἶναι ἀνάθημα, οὐκ ὀρθῶς λέγον· ἔστι γὰρ κ. τ. λ. Breviter φάμενον refertur ad inclusam in ἐπιγέγραπται substantivi notionem (inscriptum est, quod dicat). Erroris origo manifesta et in φάμενον ad Λακεδαιμονίων accommodato et in λέγοντες ἔστι ex λεγονεστι orto, cum præsertim φάμενον corruptum esset.

II, 116 nihil mutandum erat in codicum scriptura (video enim, eiecta ea orationis forma, quam nemo interpolando effecturus erat: δῆλον δέ· κατὰ γὰρ κ. τ. λ., probari et recipi Reizii coniecturam, in qua καθάπερ non recte ponitur), sed oratio rectius interpungenda et litteræ dividendæ; cohærent enim hæc: δῆλον δέ· κατ' ἃ γὰρ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι . . . ἐν τούτοισι τοῖσι ἔπεσι δηλοῖ κ. τ. λ., sed divelluntur interposita parenthesi illa: ἐπιμέμνηται δὲ αὐτοῦ . . . εὐπατέρειαν. Nam reliqua ego quoque insiticia puto, hæc tolli non debent; ipsos enim versus aliquot positos fuisse, ostendunt illa: ἐν τούτοισι τοῖσι ἔπεσι.

II, 175: *καὶ τοῦτο μὲν ἐν Σάϊ τῇ Ἀθηναίῃ προπύλαια θωυμάσιά οἱ ἐξεποίησε.* Pronomen *οἱ* mire abundans, quod iam Schæferum offendit, non defenditur iis locis, quos comparant, VI, 68 (*ἀπικομένῃ δὲ τῇ μητρὶ ἐσθεὶς ἐς τὰς χεῖράς οἱ τῶν σπλάγχνων*) et VII, 147 (*ἀκούσαντας τοὺς Ἕλληνας τὰ ἑωυτοῦ πρήγματα πρὸ τοῦ στόλου τοῦ γινομένου παραδώσειν σφέας τὴν ἰδίην ἐλευθερίην*); nam ibi participio addito, quasi secundaria aliqua præcedente sententia (*ἀπικομένης δὲ τῆς μητρός*), in primaria adiicitur pronomen; hic nihil tale est et pondus orationis incumbit in ipsum nomen *Ἀθηναίῃ*. Scribendum est *θωυμάσια οἷα ἐξεποίησε*, quomodo IV, 28 scribitur: *ὀκτὼ τῶν μηνῶν ἀφόρητος οἷος γίνεται κρυμός* et IV, 194 *ἄφθονοι ὅσοι* et apud alios permulta (*θαυμάσιος οἷος*, *θαυμάσιοι ὅσοι*, *θαυμάσια ἡλίκα*, *θαυμασίως ὡς*, cet. Synt. Gr. § 198 a not. 4 et lex.).

III, 117 ex verbis *ἐνδιδόντος τοῦ ποταμοῦ* nulla significatio effici potest ad rem apta; scribendum est *ἐκδιδόντος*: cum fluvius aquam exoneret.

IV, 70 orationis et sententiæ gradus confusi sunt, qui sic separari debent: *ἐς κύλικα . . . αἷμα συμμίσγουσι, τύψαντες . . . ἢ ἐπιταμόντες . . . τοῦ σώματος· καὶ ἔπειτα, ἀποβάψαντες . . . ἀκόντιον, ἐπεὰν δὴ* (pro *δέ*) *ταῦτα ποιήσωσι, κατεύχονται πολλά, καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι κ. τ. λ.* Prorsus prave illud *καὶ ἔπειτα ἀποβάψαντες* adiungitur ad *συμμίσγουσι*.

IV, 136: *τὸν . . . δεσπότην ἡμεῖς παραστησόμεθα οὕτω ὥστε ἐπὶ μηδαμοὺς ἔτι ἀνθρώπους αὐτὸν στρατεύσασθαι.* Scrib. *στρατεύσεσθαι*.

IV, 158: *ἑβδόμῳ δέ σφεας ἔτεϊ παραιτησάμενοι Λίβυες ὡς ἐς ἀμείνονα χῶρον ἄξουσι, ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν.* Corruptum esse *παραιτησάμενοι* apparet et fere conceditur. Videtur Herodotus usus esse antiquo et poetico verbo *παραφησάμενοι* (aut *παραιφησάμενοι*).

V, 57. Neque multis rebus Athenienses eos, quos cives

facerent, arcuisse puto et, si hoc Herodotus dixisset, non *καὶ οὐκ ἀξιαπηγήτων*, sed *ἀλλ' οὐκ* aut similiter scriptorum fuisse. Nunc suspicor eum dedisse: *Ἀθηναῖοι δέ σφεας ἐπὶ ῥητοῖσι ἐδέξαντο σφέων αὐτῶν εἶναι πολιήτας, οὐ πολλῶν τεων* (pro *πολλῶν τεων*) *καὶ οὐκ ἀξιαπηγήτων ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι*. Ipsum additum *τέων* hoc confirmat: *quibusdam non ita multis*.

V, 69: *δέκα τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε, δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένειμε ἐς τὰς φυλάς*. Breviter dicam de loco eorum, qui de republica Atheniensium scripserunt, disputationibus celebrato. Nam neque *δέκα* sic positum ad *τὰς φυλάς* referri sermonis lex patitur neque *δέκα* pro *ἀνὰ δέκα* aut *κατὰ δέκα* accipi, ut nihil opus sit argumento ex historia ducto, quod neque centum illæ curiæ neque æqualis in tribus descriptio aliunde confirmatur. Omnes turbæ ex scribendi errore natæ sunt; nam voces *δέκα δέ* e superioribus repetitæ sunt, quibus deletis relinquitur, quod nullam habet difficultatem: *δέκα τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε καὶ τοὺς δήμους κατένειμε ἐς τὰς φυλάς*. Primum tum utramque populi divisionem coniunctam Herodotus narrat.

V, 85 perversissima est narrandi forma, missos esse eos, qui missi conati sint, cum hoc significetur, missos esse aliquos eosque conatos esse. Et ne de mendo dubitemus, pro *ἐπειρέοντο* codices habent *πειρᾶν*. Itaque fundamentum correctionis habemus *τούτους . . . πειρᾶν*, quod ipsum recta narrationis progressio postulat; ante excidit vox ea, unde olim pendebat genetivus *τῶν ἀστῶν*, sive id *τινάς* fuit sive potius numerale, quod potest etiam in *μιῇ* latere; Herodotumque apparet hac orationis forma scripsisse: *Λέγουσι μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ἀποσταλῆναι τριήρεϊ μιῇ τῶν ἀστῶν τινάς* (aut *τριήρεϊ μ τῶν ἀστῶν*)· *τούτους οἷα ἀποπεμφθέντας ἀπὸ τοῦ κοινοῦ καὶ ἀπικομένους ἐς Αἴγιναν τὰ ἀγάλματα ταῦτα ὡς*

σφετέρων ξύλων ἐόντα πειρᾶν ἐκ τῶν βάθρων ἀνασπᾶν. Origo erroris et deinde interpolationis (*ἀποπεμφθέντες—ἀπικόμενοι*) in altera parte sententiæ fuit *οἵ* pro *οἷα* ante vocem ab *α* incipientem scriptum.

V, 92, 2: *ἦν ὀλιγαρχίη καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνεμον τὴν πόλιν.* Scrib. *καὶ οἱ Βακχιάδαι καλεόμενοι*, nisi malis *οἱ τότε Βακχ.*

VI, 102: *χειρωσάμενοι δὲ τὴν Ἐρετρίαν* (*οἱ Πέρσαι*) *καὶ ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας, ἔπλεον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν κατεργέοντές τε πολλὸν καὶ δοκέοντες ταὐτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν, τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν.* Hæretur et iure hæretur in *κατεργέοντες*, quod qui comparant cum Thucyd. VI, 6, 2, neque accusativum ibi additum curant neque animadvertunt significationem bello premendi et fatigandi ab hoc loco alienam esse. Festinandi significatio ferri potest, sed aptior ad id, quod adiungitur, superbi contemptus, eaque efficitur lenissima mutatione: *καταγνόντες τε πολλὸν καὶ δοκέοντες κ. τ. λ.*

VIII, 119 Pingelius me monuit minorem fore orationis a legitima forma declinationem et faciliorem, si *κῶς* pro *ὅκως* posito rectam interrogationem effecerimus: *τῶν δ' ἐρετέων . . . κῶς οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος . . . ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν*; ut ex duabus sententiæ partibus prior appositione adiungatur ad *μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι τοιόνδε*, altera per se ponatur.

Transeo ad Atticos et ad Thucydidem, in quo multo plura tentavi. Accidit tamen, ut, cum postremum eum legerem, hæc orationis constituendæ et omnia rimandi cura a secundi libri initio etiam paulo intentior fieret, quam in aliqua primi parte fuerat. Sed iam singula persequamur.[1])

---

[1]) Usus sum præter Popponis copias, ubi eas adhibendi necessitas visa est, Bekkero, Kruegero (II), Classenio in tribus primis libris.

Lib. I, 12, 1: *καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐγίγνοντο, ἀφ᾽ ὧν ἐκπίπτοντες τὰς πόλεις ἔκτιζον.* Laborant, ut articulum in *τὰς πόλεις* expediant, frustra, opinor, cum per se, tum maxime propter id quod præcedit, *ἐν ταῖς πόλεσιν.* Scribendum videtur: *ἀφ᾽ ὧν ἐκπίπτοντες νέας πόλεις ἔκτιζον.*[1]

Ibd. 37, 3: *ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι καὶ ὅπως, ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι, βιάζωνται, οὗ δ᾽ ἂν λάθωσι, πλέον ἔχωσιν, ἤν δέ πού τι προσλάβωσιν, ἀναισχυντῶσιν.* Non respondet superioribus duobus iniuriæ faciendæ generibus et occasionibus extremum *προσλάβωσι*, quod universe omnem rerum accessionem significat; respondebit *π ρ ο λ ά β ω σ ι ν.* Aut vi aut occulte aut celeritate et præoccupando agunt.

Ibd. 62, 2: *ἦν δὲ ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως τὸ μὲν μεθ᾽ ἑαυτοῦ στρατόπεδον ἔχοντι ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐπιτηρεῖν τοὺς Ἀθηναίους, ἢν ἐπίωσιν, Χαλκιδέας δὲ καὶ τοὺς ἔξω ἰσθμοῦ ξυμμάχους καὶ τὴν παρὰ Περδίκκου διακοσίαν ἵππον ἐν Ὀλύνθῳ μένειν.* Sic codicum fide editur, defenditurque *ἔχοντι* sic positum tanquam præcedat *Ἀριστεῖ*, quæ mihi defensio prorsus nulla videtur in hoc continuo orationis cursu et hac vicinia; quosque afferunt duos Euripidis locos (Iphig. Aul. 491, Med. 58), præterquam quod paulo aliam habent formam, ipsi eo maiorem habent dubitationem, quod omnino non intellegitur, quo

---

[1]) Subinde monendos puto, qui hæc lecturi sunt, me ab aliis dicta, nisi prorsus singularis aliqua causa accesserit, non attingere. Itaque, etiamsi non dicam, dubitari nolim, quin, ut hoc utar, I, 28 unice veram putem Popponis coniecturam: *ἑτοῖμοι δ᾽ εἶναι καὶ ὥστε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν, σπονδὰς ποιήσασθαι* (ea condicione, ut utrique loco maneant); nam hoc Græcum est, *ἑτοῖμός εἰμι ὥστε ἀμφοτέρους μένειν* barbarum; et de induciarum condicione agitur, non de manendi voluntate. Sed annotari velim aliorum locorum causa interpolationem in *δέ*.

consilio quave necessitate his duobus locis Euripides noluerit legitimum participii casum appositione addere, versui æque aptum (μ' . . . ἐννοούμενον et μ' . . . μολοῦσαν); itaque in Medeæ loco recte Meinekius et Dindorfius μούπῆλθεν scripserunt, id est μοι ἐπῆλθεν, et in Iphigenia μοὔλεος scribendum est, duabus postremis syllabis in unam conflatis. (Dativum apud εἰσέρχεσθαι tuentur Herodoti, Sophoclis, Platonis loci.) Apud Thucydidem autem ne ἔχοντα quidem prorsus aptum est, quoniam, utrumcunque participii casum posueris, contrarii ponuntur ipse Aristeus et Calchidenses, ut αὐτὸν μὲν . . . ἔχοντα scribendum videatur fuisse; nunc exercitus exercitui contrarius ponitur. Itaque suspicor participium additum esse ab aliquo, qui non satis ad hanc orationis formam attenderet, Thucydidemque tantum scripsisse: ἦν δὲ ἡ γνώμη Ἀριστέως, τὸ μὲν μεθ' ἑαυτοῦ στρατόπεδον ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐπιτηρεῖν, κ. τ. λ. (De interpolationibus similibus vid. ad III, 12, 2).

Ibd. 105, 5: ἡμέρας ὕστερον δώδεκα μάλιστα ἐλθόντες. Usus sermonis constans ἡμέραις postulat.

Ibd. 120, 2 (in oratione Corinthiorum apud socios): ἡμῶν δ' ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν, οὐχὶ διδαχῆς δέονται ὥστε φυλάξασθαι αὐτούς. Omnes confitentur, nusquam alibi ἐναλλάττεσθαι (quod est mutari) cum dativo reperiri, ut sit συμμίσγειν καὶ ὁμιλεῖν, quemadmodum scholiastes enarrat, nec quicquam ad novitatem significationis excusandam leniendamve afferunt. Aut συνηλλάγησαν scribendum (quomodo συναλλάττειν activum intransitive dicitur, non de reconciliata gratia, sed pro ὁμιλεῖν, apud Soph. Œ. r. 1110, Euripid. Heraclid. 4, Demosth. XXIV, 192) aut potius ἐν ἀλλαγῇ ἦσαν, in commercio fuerunt. [1])

[1]) I, 126, 4 recte Hemsterhusius Polluci obtemperavit, ἁγνὰ θύματα apud Thucydidem scribi testanti; sed videtur fuisse ἀλλ' ἁγνὰ θύματα.

Ibd. 133 pro hoc: *καὶ σκηνησαμένου διπλῆν διαφράγματι καλύβην*, quod longissime ab usu verbi, quod est *σκηνοῦν* (potius quam *σκηνεῖν*) discedit, scribendum videtur: *καὶ σκευασαμένου διπλῆν διαφράγματι καλύβην*. Et memini hoc ante multos annos auditori meo, quem mors præmatura rapuit, in mentem venire.

Ibd. 140: *ἀπισχυρισάμενοι δὲ σαφὲς ἂν καταστήσαιτε αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι.* Codices boni *καταστήσετε*, neque apta h. l. potentialis oratio neque prorsus rectum *σαφὲς καθίστημί τινι ποιεῖν τι*, ut sit perspicue ostendo, debere eum facere. Scribendum videtur *σαφὲς ἐγκαταστήσετε αὐτοῖς*, certum iis consilium ingignetis.

Lib. II, 11, 4: *ἐπὶ ἀδύνατον ἀμύνεσθαι οὕτω πόλιν ἐρχόμεθα.* Interpositum *οὕτω* neque cum *ἀδύνατον* coniungi positus sinit neque id unquam significat, quod intellegi volunt. (Loci, quos Classenius comparat, dissimiles sunt.) Tollendum est adverbium repetitum e versu altero superiore, ubi item infinitivi passivi terminationi (*εσθαι*) subiicitur; eo aberravit oculus librarii.[1])

Ibd. 26: *τριάκοντα ναῦς ἐξέπεμψαν περὶ τὴν Λοκρίδα καὶ Εὐβοίας ἅμα φυλακήν.* Ineptum *περὶ Λοκρίδα καὶ φυλακήν*, ineptius *ἔπεμψαν ναῦς φυλακήν*. Scrib. *κατ' Εὐβοίας ἅμα φυλακήν*, ut (ad oram Locridis stationem tenentes) simul Eubœam custodirent.

Ibd. 37, 2 (in Periclis oratione funebri): *Ἐλευθέρως δὲ τά τε πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύομεν καὶ ἐς τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων ὑποψίαν, οὐ δι' ὀργῆς τὸν πέλας, εἰ καθ' ἡδονήν τι δρᾷ, ἔχοντες*

---

[1]) Exempli et confirmationis causa annoto, in hoc solo libro II præter alia hæc me emendasse, ignorantem, ab aliis emendationem esse præreptam: c. 10 extr. *παρῄνει*, omisso *ἔλεξεν* (occupavit Sintenis), 16 [*μετεῖχον*] (Driessen), 42 *κάλλιον ἡγησάμενοι* (Dobreus), 44 *εὖ τελευτῆσαι* (Poppo).

κ. τ. λ. Prorsus ei morum et animorum habitui, quem Pericles laudat, contraria ὑποψία ἐς ἀλλήλους, nec recte dicitur ὑποψία τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων. Thucydides scripsisse videtur ἐποψιν: in eo modo, quo mores et studia mutuo inter nos adspicimus.

Ibd. 44, 2 (in eadem oratione): Χαλεπὸν μὲν οὖν οἶδα πείθειν ὄν, ὧν καὶ πολλάκις ἕξετε ὑπομνήματα ἐν ἄλλων εὐτυχίαις, αἷς ποτε καὶ αὐτοὶ ἠγάλλεσθε . . . καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι κ. τ. λ. Enarrant, difficile esse persuadere (πείθειν) verum esse iudicium proxime ante propositum de τῇ εὐτυχίᾳ. Verum neque hoc tam breviter dici poterat (saltem τοῦτο πείθειν dicendum erat), neque huic sententiæ apte adiunguntur illa ὧν καὶ πολλάκις, cetera, quæ requirunt aliquid, quod ad oblivionem et doloris lenitatem pertineat. Prorsus mihi persuadeo, Thucydidem scripsisse: Χαλεπὸν μὲν οὖν οἶδα ἀπαθεῖν ὄν, ὧν καὶ πολλάκις κ. τ. λ. (non commoveri dolore). Scio id verbum apud recentiores demum inveniri; sed non pauca Thucydides posuit, quæ ante Dionysium Halicarnassensem aut Dionem Cassium iterum posita non reperiantur. Apte iam etiam huic respondet illud καρτερεῖν δὲ χρή.

Ibd. 49 initio interpungenda sic oratio est: Τὸ μὲν γὰρ ἔτος, ὡς ὡμολογεῖτο ἐκ πάντων, μάλιστα δὴ ἐκεῖνο ἄνοσον . . . ἐτύγχανεν ὄν. Alioquin præpositio omitteretur. Ἐξ eodem modo ponitur I, 20, 3, V, 104, VI, 36, 2. (Ἐξ ἁπάντων ἀμφισβητήσεται, Plat. Theæt. 171 p. B.)

Ibd. 52, 3 suspicor scribendum: ἐς ἀναισχύντους τέχνας ἐτράποντο.

Ibd. 60, 4 scribendum videtur: οὐκ ἂν ὅμως (pro ὁμοίως) τι οἰκείως φράζοι. Alterum enim significat, hominem prudentem disertumque, sed male erga civitatem animatum, non perinde, sed tamen aliqua ex parte patriam iuvare.

Ibd. 62, 4 scribendum opinor: χαλεπῶς φέρειν αὐτῷ

(τῷ ἐστερῆσθαι τῆς τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς χρείας) pro αὐτῶν. Nam χαλεπῶς φέρειν τινός neque exemplis defenditur neque analogia; dativum (sine ἐπί) Xenophon bis habet, idemque βαρέως φέρειν τῇ ἀτιμίᾳ, Sophocles autem (Philoct. 1011) ἀλγεινῶς φέρειν τινί, ne inferioris ætatis scriptores appellem, similiterque στέργειν τινί pro τί dicitur. (Lib. I, 77, 2 τοῦ ἐνδεοῦς ad στερισκόμενοι pertinet; τὸ ἐνδεές est ibi, quod deest ad spem explendam; hoc qui non accipit, eo privari videtur.)

Ibd. 65, 1 scribendum videtur: καλὰ κτήματα κατὰ τὴν χώραν ἐν οἰκοδομίαις τε (pro χώραν οἰκοδομίαις τε) καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες.

Ibd. 65, 8: Σφαλέντες ἐν Σικελίᾳ . . . καὶ κατὰ τὴν πόλιν ἤδη ἐν στάσει ὄντες ὅμως τρία μὲν ἔτη ἀντεῖχον τοῖς τε πρότερον ὑπάρχουσι πολεμίοις καὶ τοῖς ἀπὸ Σικελίας μετ' αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ἔτι τοῖς πλείοσιν ἀφεστηκόσι, Κύρῳ τε ὕστερον βασιλέως παιδὶ προσγενομένῳ . . ., καὶ οὐ πρότερον ἐνέδοσαν ἢ αὐτοὶ κ. τ. λ. Tres illos annos, a rerum veritate alienos, frustra Kruegerus defendere conatur; sed nihilo melior res fit, decem, ut alii faciunt, aliove numero substituto; sic enim hoc dicitur (τρία μέν aut δέκα μέν), ut necessario aliud temporis spatium contrarium in alia re exspectetur; omninoque hæc tota partitio, quæ fit particula μέν, prava est; nam quod ei respondere volunt Κύρῳ τε ὕστερον, ut alia omittam (τρία μὲν ἔτη — Κύρῳ τε ὕστερον), si Cyrus separaretur et tanquam in altera parte poneretur, suum de eo poneretur verbum; nunc sic illi ἀντεῖχον adiungitur Κύρῳ τε, ut divelli nequeat. Et quod tandem fuit illud inter Cyrum Athenienses que bellum, quod per se alteri illi tanquam novum et tempore separatum superaddi a Thucydide potuerit? Ipsa Thucydidis verba (ὕστερον προσγενομένῳ, ὃς παρεῖχε χρήματα) cum historia conspirantia non novum bellum, sed accessionem aliquam non ita magnam significant. Itaque manifestum est, cor-

rupta graviter et interpolata esse illa τρία μὲν ἔτη nec ulla numeri mutatione sanari posse, nisi simul tollatur μέν. Verum ipsa temporis significatio necessaria non est; continetur enim illis καὶ οὐ πρότερον ἐνέδοσαν κ. τ. λ. Numerus ternarius pertinet ad ternos pro unis hostes, priores, Sicilienses, socios desciscentes. Quid lateat in μὲν ἔτη, certo dicere nequeo; venit tamen in mentem Thucydidem scripsisse: ὅμως ἐς τρία μέρη (μεριστοί?) ἀντεῖχον, τοῖς τε πρότερον ὑπάρχουσι πολεμίοις κ. τ. λ.

Ibd. 70, 3: ἐνόμιζον γὰρ ἂν κρατῆσαι τῆς πόλεως ἢ ἐβούλοντο. Non agitur de modo potiendi urbe; scribendum: εἰ ἐβούλοντο. Voluntatem defuisse populus insimulabat.

Ibd. 75, 4: ὥστε τοὺς ἐργαζομένους καὶ τὰ ξύλα μήτε πυρφόροις οἰστοῖς βάλλεσθαι ἐν ἀσφαλείᾳ τε εἶναι. Non recte hæc tanquam duo diversa particulis μήτε—τέ distinguuntur. Opus facientibus non soli πυρφόροι οἰστοί molesti erant. Scribendum: μήτε πυρφόροις μήτ' οἰστοῖς βάλλεσθαι ἐν ἀσφαλείᾳ τε εἶναι. Πυρφόρα ad ligna, sagittæ ad opus facientes pertinent, superadditur effectus ad utrosque pertinens.

Ibd. 83, 1: περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τῆς ἐν Στράτῳ μάχης. Certissima lege et frequentissimo usu scribendum: περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τῇ ἐν Στράτῳ μάχῃ. IV, 101 extr.: ἀπέθανεν ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τοῖς ἐπὶ Δηλίῳ. IV, 129, 2: ὑπὸ γὰρ τὸν αὐτὸν χρόνον ταῖς ἐν τῇ Λύγκῳ. Genus erroris notavi p. 67. Apud ipsum Thucydidem IV, 46, 1 recte Dobreus (et Kruegerus) τῇ 'Ιστώνῃ pro τῆς 'Ιστώνης, nec minus III, 82, 5 Poppo ὠφελίᾳ pro ὠφελίας, idemque contra (et Kruegerus) VIII, 97, 1 iure μηδεμιᾶς ἀρχῆς pro μηδεμιᾷ ἀρχῇ. Xenophontis anab. VII, 6, 30 et Platonis legg. IV p. 718 D suo loco corrigam. In Plutarchi Pericl. 1 recte Reiskius τῆς πληγῆς pro τῇ πληγῇ. Diodorus Sic. XIV, 20, ut nunc scribitur (τὰ τῆς Κιλικίας συνορίζοντα), Cyrum narrat, antequam ad fines Ciliciæ perveniret (παραγε-

νήϑη πρὸς τοὺς ὅρους Κιλικίας), partem Ciliciæ Lydiæ et Phrygiæ conterminam transisse. Sed scripserat τὰ τῇ Κιλικίᾳ συνορίζοντα. Quæ ad Thucydidis locum comparantur, quod πρότερος, ὕστερος, ὑστεραῖος cum genetivo dicuntur (τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναϑηναίων, τῇ ὑστεραίᾳ τῆς μάχης, ut pridie et postridie), aut quod in intervallo temporis notando dicitur apud antiquos perraro μετ᾽ ὀλίγον τούτων (Xenoph.) aut πέμπτῳ ἔτει τούτων (Herod.), apud recentiores inde a Polybio frequenter μετὰ πολλὰς ἡμέρας τοῦ τολμήματος (post sextum cladis annum, Sueton.) aut πρὸ πολλῶν ἡμερῶν τ. τ. et similia, ad ὁ αὐτός nihil prorsus pertinent.

Ibd. 89, 4: Ἀντίπαλοι μὲν γὰρ οἱ πλείους, ὥσπερ οὗτοι, τῇ δυνάμει τὸ πλέον πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται. Perverse ἀντίπαλοι appositione adiungitur ad οἱ πλείους corrumpiturque sententia, si tantum multitudine superiores significantur ac non etiam pares, quoniam contrarii sunt non οἱ ἐξ ὑποδεεστέρων, sed οἱ ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων. Thucydides scripserat: Ἀντίπαλοι μὲν γὰρ ἢ πλείους.

Ibd. 93, 2: ἐπεὶ οὔτ᾽ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἂν καϑ᾽ ἡσυχίαν, οὐδ᾽ εἰ διενοοῦντο, μὴ οὐκ ἂν προαισϑέσϑαι. Vitii aliquid esse Poppo sensit. Omitto οὔτε — οὐδ᾽ εἰ. Gravius est enim, quod prorsus prave contraria ponuntur ἀπὸ τοῦ προφανοῦς et εἰ διενοοῦντο, quasi apertus impetus ἄνευ διανοίας fiat, et quod prorsus absurde de aperto impetu (qui repens et tumultuosus esse debet) additur καϑ᾽ ἡσυχίαν, quod ad contrariam rei aggrediendæ formam, consideratam et latere conantem, aptum est. Ipso etiam loco καϑ᾽ ἡσυχίαν arguitur non ad priora pertinere. Scripserat Thucydides: ἐπεὶ οὔτ᾽ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἄν, καϑ᾽ ἡσυχίαν δ᾽ εἰ διενοοῦντο, μὴ οὐκ ἂν προαισϑέσϑαι.

Ibd. 97, 3: Φόρος τε ἐκ πάσης τῆς βαρβάρου καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ὅσων (sic codices meliores, non ὅσον) προσῆξαν ἐπὶ Σεύϑου. Et aoristi forma offendit

et aoristus ipse pro imperfecto. Scribendum videtur *προσῄει ἄν*, quot solvissent, si Seuthæ tempore ratio haberetur. (Classenius *προσῄεσαν*, transitu ad pluralem, ut *φόροι* audiatur, vix tolerabili.)

Ibd. 97, 5. Num *περὶ τῶν παριόντων* (pro *τῶν παρόντων*) *ἐς τὸν βίον* (quæ in vitam incidunt et incurrunt, *παρατυγχάνει*)?

Lib. III, 3, 4: *τά τε ἄλλα τῶν τειχῶν καὶ λιμένων περὶ τὰ ἡμιτέλεστα φραξάμενοι.* Iure hærent in his *περὶ τὰ ἡμιτέλεστα* et in *φραξάμενοι* sine obiecto, nec bene se expediunt. Scribendum: *τά τε ἄλλα τῶν τειχῶν καὶ λιμένων πέριξ τὰ ἡμιτέλεστα φραξάμενοι.*

Ibd. 12, 2 (in Mitylenæorum apud Lacedæmonios oratione): *Εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι καὶ ἀντιμελλῆσαί τι, ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνοις εἶναι.* Manifesto vitiosum est *ἀντιμελλῆσαι*, non quod inusitatum sit, nec tantum ob additum *τί*, etsi hoc per se ferri nequit (nam *τί* ad actionem aliquam pertinet), sed quod tota sententia perversa est. Nam cum orator ab altera parte sibi obiici fingat, debuisse Lesbios *διὰ τὴν τῶν Ἀθηναίων μέλλησιν τῶν ἐς αὐτοὺς δεινῶν αὐτοὺς ἀνταναμεῖναι*, respondeatque, si agendi ipsi, ut Athenienses, arbitrium habuissent, illud æquum fuisse (ut illis cunctantibus etiam ipsi cunctarentur), id, quod significari putatur verbo *ἀντιμελλῆσαι*, non in sententia condicionem continente poni debebat, sed in consecutione et *ἀποδόσει* (*ἔδει ἡμᾶς*). Atque hoc Heilmannus vidit, sed frustra ab *ἀντιμελλῆσαι* (cum vitioso *τί*) apodosin ordiri conatus est, non recte illo *ἔδει* ab initio remoto; neque enim *ἀντιμελλῆσαι* ullo modo coniungi potest cum *ἐπ' ἐκείνοις εἶναι*, etiamsi (quod post Kruegerum Classenius fecit) in *ἐπ' ἐκείνους ἰέναι* mutatur. Nam additum *ἐκ τοῦ ὁμοίου* ostendit hic demum id significari, quod Lesbii facere debuerint. Itaque sic scribendum est: *εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι καὶ ἀντι-*

μελετῆσαί τι, ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐκείνοις μεῖναι. In ἀντιμελετῆσαι corrumpendo et oculi et animi aberrantis partes fuerunt, εἶναι etiam pro μεῖναι scripti culpa in utrumque conferri potest, sed ἐπί corrupto μεῖναι interpolando additum est. Atque huius ad menda occultanda aut ex sententia male intellecta ortæ interpolationis exempla et in mutando et in addendo posita in omnibus Thucydidis codicibus et alibi non ita raro reperiuntur et his locis I, 28, 3 (δέ post σπονδάς), 62, 2 (ἔχοντι), II, 10 extr. (ἔλεξεν), 16, 1 (μετεῖχον), 39, 2 (Λακεδαιμόνιοι), 93, 2 (οὐδ' εἰ pro δ' εἰ), III, 26, 2 (καί), 38, 2 (vid. p. 112), 82, 8 (αἴτιον), IV, 72, 3 (καί additum postquam scriptum erat προσελάσαντες), 85, 4 (τῷ ἐν Νισαίᾳ), 133, 2 (νόμον), V, 31, 5 (ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων), 72, 2 (ἐλασσωθέντες), 110 (ξυμμαχίδος τε καὶ γῆς), VI, 39 (ἀμαθέστατοί ἐστε), VII, 31, 3 (τὸν πόλεμον), 50, 1 (ἐς ante φιλία), 57, 4 (αὐτόνομοι), VIII, 46, 4 (ter).

Ibd. 31, 1: καὶ οἱ Λέσβιοι ξυμπλέοντες παρῄνουν. Non Lesbii universi una navigantes hortati sunt, sed Lesbii ii, qui una navigabant, hoc est, duabus litteris geminatis, οἱ Λέσβιοι οἱ ξυμπλέοντες. Paulo post scribendum esse οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίῳ ἀφῖχθαι pro ἀκουσίως, nulli invito et non optanti, οὐδενὶ οὐκ ἀσμένῳ (IV, 85, 2), sero animadverto iam Lindavium vidisse.[1]

Ibd. 42, 4: ἐλάχιστα γὰρ ἂν πεισθείησαν ἁμαρτάνειν. Præcedit: πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο ἡ πόλις. Requiri igitur πεισθείη Dobreus sensit. Una vocali mutata scribendum: ἂν πεισθείη συναμαρτάνειν, quo verbo Thucydides c. 43, 4 utitur.

Ibd. 43, 4: νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥντινα τύχητε ἔστιν

[1]) Cap. 44 miror non recipi ἐλεεῖν pro εἶεν a Fittbogenio inventum, nec minus c. 39, 5 Græce dictum putari οὐδὲν διαφέρων τιμῶμαι pro διαφερόντως.

ὅτε σφαλέντες τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε. Ad *πρὸς ὀργήν*, quod notissimum est iracunde significare, perverse additur *ἥντινα τύχητε* (debebat præterea *ἔχοντες*). Dividendæ aliter litteræ: *νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν, ἥν τινα τύχητε σφαλέντες, τὴν τοῦ πείσαντος κ. τ. λ.*

Ibd. 52, 2 scribendum puto: *τούς τι ἀδίκους κολάσειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα.* Nam *τέ* incommodum est.[1])

Ibd. 67, 1: *παλαιὰς ἀρετὰς τοῖς αἰσχρόν τε δρῶσι διπλασίας ζημίας* esse debere (duplices pœnas), adeo prave mihi dici videtur, ut suspicer post *διπλασίας* excidisse *αἰτίας* (*διπλασίας αἰτίας ζημίας*).[2])

Ibd. 81, 3: *Κερκυραῖοι σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας εἶναι ἐφόνευον, τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν.* Mirifice prætextus interficiendi significatur participio addito articulo. Scribendum: *ἐπιφέροντες, ὅτι τὸν δῆμον καταλύουσιν.* (Poterat etiam

---

[1]) Cap. 56 extr. nihil certius Heilmanni correctione et explicatione. Relinquitur submolesta et inanis discriminis species in *ξυμφέρον* et *ὠφέλιμον*, ut non raro in orationibus Thucydideis. In superstitionis enim philologicæ parte ponere soleo, quod plerique has orationes tantopere admirantur. Ego egregium et prudentissimum rerum gestarum narratorem etiam in orationibus multa acute et cum subtili animorum et consiliorum humanorum intellegentia excogitasse et posuisse confiteor, sed ea, specie quadam novitatis et ex insolentia admirationis captum moleste et obscure elocutum et non raro inanibus falsisque acuminibus involvisse dico, interdum notiones pervertentem et permutantem, maximeque in partiendo membra quasi de industria non servantem tenentemque. Nam quod cogitatorum subtilitati exprimendæ non suffecisse orationis copias putant, erant quædam novis signanda nominibus, sed velim admiratores considerent, quid ipsi sapientiæ detractis involucris relinquant. Admodum tamen antiqua est hæc admiratio non satis cauta.

[2]) Cap. 58, 3 paulo propius ad litteras (*ἐσθήμασι*) accedit *ἑδέσμασι* quam quod Blomfieldus proposuit, *ἑστιάμασι*.

participium poni *ὡς τὸν δῆμον καταλύουσιν.*) Vitium vidit Dukerus.

Ibd. 82, 8: *Πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν.* Neque *ἀρχή* pro *ἐπιθυμία τοῦ ἄρχειν* cum scholiasta accipi recte potest, neque *ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν* (dominatus propter aviditatem) recte dicitur. Thucydides scripserat: *πάντων δὲ αὐτῶν ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν*: omnium horum initium id fuit, quod propter aviditatem et honoris cupiditatem nascebatur (initium ex aviditate fuit). Ad enarrandum *ἀρχή* additum est *αἴτιον*.

Ibd. 84 (in loco iam ab antiquis damnato): *οἵ τε μὴ ἐπὶ πλεονεξίᾳ, ἀπὸ ἴσου δὲ μάλιστα ἐπιόντες . . . ὠμῶς καὶ ἀπαραιτήτως ἐπέλθοιεν.* Scribendum *ἅ τε*, ut hoc respondeat superiori *καὶ ὁπόσα*. Nam duo genera iniuriarum et scelerum significantur, inferiorum ulciscendi et lucri cupiditate incensorum adversus superiores (*ὁπόσα*) et superiorum ira inflammatorum adversus inferiores (*ἅ τε*). Paulo post (2) scribendum: *ἐν ᾧ μὴ β λ ά π τ ο υ σ ι ν ἰσχὺν εἶχε τὸ φθονεῖν*: in quo adversus eos, qui nihil nocebant, valebat invidia. Dativus *βλάπτουσιν* præcipitur quodammodo propter *φθονεῖν*. Quod in libris est *μὴ βλάπτουσαν ἰσχύν*, sine sensu est.

Ibd. 89, 2 scrib.: *θάλασσα ἀ π ε λ θ ο ῦ σ α* (pro *ἐπελθοῦσα*) *ἀπὸ τῆς τότε οὔσης γῆς.* (Alii *ἐπανελθοῦσα.*) Deinde § 4 e scholiis restituendum *ἐπισπώμενον.* Subiectum est *τὸν σεισμόν.* *Ἀποστέλλειν* intransitive accipi nequit.

Ibd. 90, 1: *Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους ἐπολέμουν καὶ ἄλλοι, ὡς ἑκάστοις ξυνέβαινεν, ἐν τῇ Σικελίᾳ καὶ αὐτοὶ οἱ Σικελιῶται ἐπ' ἀλλήλους στρατεύοντες καὶ οἱ Ἀθηναῖοι σὺν τοῖς σφετέροις ξυμμάχοις.* Iure Poppo et Classenius mirati sunt *ἄλλους* illos et a Siciliensibus et ab Atheniensibus separari; sed nihilo aptius, quod substituunt, *ἄλλα.* Tollendum inscite additum *καὶ* ante *αὐτοί*:

bellum gesserunt et alii, Sicilienses ipsi inter se, et Athenienses sociique eorum. Separantur intestina incolarum bella et externum Atheniensium.

Ibd. 111, 1: *οἱ δὲ Ἀμπρακιῶται καὶ οἱ ἄλλοι, ὅσοι μὲν ἐτύγχανον οὕτως ἀθρόοι ξυνελθόντες, ὡς ἔγνωσαν ἀπιόντας, ὥρμησαν καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ.* Neque illi *ὅσοι μὲν* aliud respondet partitionis membrum neque ex illis *ἐτύγχανον οὕτως ἀθρόοι ξυνελθόντες* recta sententia efficitur, maximeque offendit *οὕτως*. Scribendum: *ὅσοι ἐνετύγχανον αὐτοῖς, ἀθρόοι ξυνελθόντες, ὡς ἔγνωσαν ἀπιόντας, ὥρμησαν καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ.* (Classenius, difficultate animadversa, frustra molitur.)

Lib. IV, 1, 2: *αἱ δὲ νῆες Μεσσήνην ἐφρούρουν, καὶ ἄλλαι αἱ πληρούμεναι ἔμελλον αὐτόσε ἐγκαθορμισάμεναι τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν ποιήσεσθαι.* Scrib.: *καὶ ἄλλαι πληρούμεναι ἔμελλον*, sublato *αἱ*, quod geminando ortum est.

Ibd. 9, 3: *σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος ἐπισπάσεσθαι αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι.* Conantur enarrare, ut Kruegerus, Lacedæmonios passuros esse se eo allici. Sed neque Demosthenes ipse Lacedæmonios ad locum infirmissime munitum allicere volebat, neque qui errore aliquo allicitur, *προθυμεῖται*. Scribendum: *ἐπιβήσεσθαι αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι.* Satis erat et rectius *ἐπιβαίνειν προθυμήσεσθαι*. Sed notus est hic post voluntatis consiliique et cognata verba futuri infinitivi apud Thucydidem usus (Krueger. ad I, 27, 2, synt. Gr. § 171 a not. 3).

Ibd. 11, 3: *ὁρῶν . . . τοὺς τριηράρχους καὶ κυβερνήτας . . . ἀποκνοῦντας καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν μὴ ξυντρίψωσιν.* Genetivus non expeditur; nam partitiva notio hoc loco prorsus inepta est. Puto Thucydidem scripsisse *τῶν νεῶν ξύντριψιν*, ex rariore substantivo ortum esse *ξυντρίψωσιν* et additum *μή*. (Non minus prave partitivus genetivus appellatur c. 64 init., ubi Hermocrates

sic se et cives in unum confundit, ut *προειδόμενος αὐτῶν* iungat.)

Ibd. 32, 4: *Κατὰ νῶτον τε ἀεὶ ἔμελλον αὐτοῖς . . . οἱ πολέμιοι ἔσεσθαι ψιλοὶ καὶ οἱ ἀπορώτατοι, τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις καὶ λίθοις καὶ σφενδόναις ἐκ πολλοῦ ἔχοντες ἀλκήν.* Scribendum videtur: *οἱ ψιλοὶ καὶ ἀπορώτατοι* (expediti quidem vel molestissimi).

Ibd. 40, 2: *Ἀπιστοῦντές τε μὴ εἶναι τοὺς παραδόντας τοῖς τεθνεῶσιν ὁμοίους καί τινος ἐρομένου . . . ἀπεκρίνατο κ. τ. λ.* Scribendum manifesto: *Ἠπίστουν τε μὴ εἶναι κ. τ. λ.*[1]).

Ibd. 65, 4: *Οὕτω τῇ παρούσῃ εὐτυχίᾳ χρώμενοι ἠξίουν σφίσι μηδὲν ἐναντιοῦσθαι.* Recte animadversum est, de usu fortunæ non agi, sed de animis fortuna elatis; sed quod *χρώμενοι* deleri volunt, multo facilius et probabilius inde fit *ἐρρωμένοι*. (II, 8, 1: *ἔρρωντο ἐς τὸν πόλεμον*, VI, 17, 6.)

Ibd. 69, 1 et 2: *τὴν Νισαίαν εὐθὺς περιετείχιζον, νομίζοντες, εἰ, πρὶν ἐπιβοηθῆσαί τινας, ἐξέλοιεν, θᾶσσον ἂν καὶ τὰ Μέγαρα προσχωρῆσαι — παρεγένετο δὲ . . . τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια — ἀρξάμενοι δ᾽ ἀπὸ τοῦ τείχους, ὃ εἶχον, καὶ διοικοδομήσαντες τὸ πρὸς Μεγαρέας ἀπ᾽ ἐκείνου ἑκατέρωθεν ἐς θάλασσαν τῆς Νισαίας τάφρον τε καὶ τείχη διελομένη ἡ στρατιὰ ἔκ τε τοῦ προαστείου λίθοις καὶ πλίνθοις χρώμενοι, καὶ κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην ἀπεσταύρουν εἴ πῃ δέοιτό τι.* Non potest *ἀρξάμενοι δὲ* de modo operis ullo pacto adiungi superiori *περιετείχιζον*, interpositis de consilio operis illis *νομίζοντες κ. τ. λ.* Requiri verbum, cui adnectatur deinde *χρώμενοι* magis etiam ostendit, quod sequitur *καὶ κόπτοντες . . . ἀπε-*

---

[1]) Cap. 48, 3 conieceram *παντί τε τρόπῳ*. Occupaverat Poppo. Item cap. 52, 3 *καὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς (εὐπορία ἦν)* Haackius et Gœller.

σταύρουν. Scribendum: διέλαυνεν ἡ στρατιὰ (hoc additur, quod superiora de στρατηγοῖς dicta erant); operis divisi significatio hoc loco, ubi de solis Atheniensibus agitur nec ulla partitionis ratio indicatur (velut κατὰ φυλάς), minus apta est. Alioquin scribendum erat διελομένη ἦγεν ἡ στ. (Male interpungitur ante τάφρον. Transverso muro contra Megarenses ducto ab illo inde loco, ubi is erat, usque ad mare ab utraque parte Nisææ fossam murumque perduxerunt.)

Ibd. 72, 4: οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παντὶ ἔργῳ βεβαίως οὐδέτεροι τελευτήσαντες ἀπεκρίθησαν. Corruptum esse τελευτήσαντες consentitur; scribendum videtur: βεβαίῳ οὐδέτεροι τέλει εὐτυχήσαντες ἀπεκρίθησαν. (Proxima superiora alii recte correxerunt: προσελάσαντας οἱ Ἀθηναῖοι ἀποκτείναντες ἐσκύλευσαν.)

Ibd. 73, 4: λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγοὶ μὴ ἀντίπαλον εἶναι σφίσι τὸν κίνδυνον, . . ., ἄρξασι μάχης πρὸς πλείονας αὐτῶν ἢ λαβεῖν νικήσαντας Μέγαρα ἢ σφαλέντας τῷ βελτίστῳ τοῦ ὁπλιτικοῦ βλαφθῆναι, τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύειν, εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν. Postrema hæc verba adeo nulla vinciuntur legitima orationis structura, ut Kruegerus verbum κινδυνεύειν prorsus tolli voluerit, in quo ipsa sententiæ vis vertitur. Manifestum est enim hoc dici, adversarios (Peloponnesios), quibus minus gravis sit periculi et discriminis condicio, non sine causa pugnare velle; itaque duabus litteris initio et in fine sublatis sic scribendum est: οἷς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύει, εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν. Apparet partium, non totius periculum significari; ceterum eam partiti discriminis significationem non nego subobscuram esse, ipsius, ut opinor, Thucydidis culpa. Videtur intellegi voluisse, sive totarum Peloponnesiorum copiarum sive eius, qui adesset, exercitus ratio haberetur, periculum inter singulas civitates sic divisum

esse, ut victi non omnes simul optimam partem virium amitterent (ut Athenienses τὸ βέλτιστον τοῦ ὁπλιτικοῦ).[1])

Ibd. 87, 3 (in Brasidæ oratione): *Οὐ γὰρ δὴ εἰκότως γ' ἂν τάδε πράσσοιμεν οὐδὲ ὀφείλομεν οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ κοινοῦ τινος ἀγαθοῦ αἰτίᾳ τοὺς μὴ βουλομένους ἐλευθεροῦν.* Prima verba Kruegerus sic enarrat, quasi scriptum sit: *οὐ γὰρ δὴ εἰκότως γ' ἂν ἐπράσσομεν* (vel potius: *οὐ γὰρ ἂν εἰκότως ἐπράσσομεν*). Alii aliter; neque tamen efficiunt, ut recte *τάδε* de tali re intellegatur, quam Brasidas neget Lacedæmonios *εἰκότως* facturos (*πράσσοιμεν ἄν*). Scribendum videtur: *οὐ γὰρ δὴ εἰκῇ οὕτως γ' ἂν τάδε πράσσοιμεν*: neque enim sic temere et sine certo consilio hæc egerimus (agere nobis placet). Certam rem Brasidas Lacedæmoniis propositam esse dicit, quam impediri ab Acanthiis non possint pati. Paulo ante ironiam, quæ inesse putatur in *τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ*, non intellego, potiusque interpretor: ne ob benevolentiam erga vos (dum vobis faveatur parcaturque) oppugnentur pecuniis cet. Sic enim dici *τὴν ὑμετέραν εὔνοιαν*, *τὸ ὑμέτερον εὔνουν* notissimum est; (synt. Græc.

---

[1]) Cap. 86, 3 (in Brasidæ oratione) hæc verba: *οὐ γὰρ ξυστασιάσων ἥκω οὐδ' ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν, εἰ τὸ πάτριον παρεὶς τὸ πλέον τοῖς ὀλίγοις ἢ τὸ ἔλασσον τοῖς πᾶσι δουλώσαιμι*, etiamsi omnes machinæ admoveantur, tamen ipsum contrarium ei, quod dici debeat, significare (Brasidam, si ita agat, veram et sinceram libertatem afferre), ad rectam autem sententiam efficiendam unam esse addendam litteram (*οὐδ' ἂν σαφῆ*, hoc est, non sinceram allaturum me libertatem puto, si ita agam), dixi in annal philol. Dan. I p. 41 et 174. Postea vidi iam Bauerum id intellexisse. Contemnitur tamen facillima et certissima emendatio et artificia adhibentur. Non minus certum c. 98 extr. a Poppone inventum, in quod ipse quoque, cum in legendo solo Kruegeri exemplo uterer, incidi: *μὴ ἀπιοῦσιν ἐκ τῆς Βοιωτῶν γῆς . . . ἀλλὰ κατὰ τὰ πάτρια τοὺς νεκροὺς σπένδουσιν ἀναιρεῖσθαι* pro *σπένδουσιν*.

§ 67 b, Thucyd. I, 33, 3: *φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ* et *τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν*).

Ibd. 117, 3: *καὶ ἔμελλον ἐπὶ μεῖζον χωρήσαντος αὐτοῦ καὶ ἀντίπαλα καταστήσαντος, τῶν μὲν στέρεσθαι, τοῖς δ' ἐκ τοῦ ἴσου ἀμυνόμενοι κινδυνεύειν καὶ κρατήσειν.* Postrema corrupta esse consentiunt. Scribendum videtur: *τοὺς δὲ* (*τοὺς Ἀθηναίους*) *ἐκ τοῦ ἴσου ἀμυνόμενοι κινδυνεύειν, εἰ καὶ κρατήσειν.* Incerta et cum periculo victoria proponebatur. (*Τῶν μέν* ad captivos e Pylo quin pertineat, dubitari non oportuit.)[1])

Ibd. 122, 1: *Καὶ ἡ μὲν στρατιὰ πάλιν διέβη ἐς Τορώνην, οἱ δὲ τῷ Βρασίδᾳ ἀνήγγελλον τὴν ξυνθήκην, καὶ ἐδέξαντο πάντες οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ξύμμαχοι τῶν Λακεδαιμονίων τὰ πεπραγμένα.* Brasidæ quidem inducias legati iam advenientes nuntiaverant (*ἀφικνοῦνται παρ' αὐτόν*) nec ulla alia de causa retro cessit exercitus; nunc non de nuntiatis Brasidæ induciis agi ostendit etiam, quod de effectu additur *καὶ ἐδέξαντο*. Scribendum: *οἱ δὲ ξὺν τῷ Βρασίδᾳ.*

Ibd. 123, 2: *Διὸ καὶ οἱ Μενδαῖοι μᾶλλον ἐτόλμησαν, τήν τε τοῦ Βρασίδου γνώμην ὁρῶντες ἑτοίμην . . . καὶ ἅμα τῶν πρασσόντων σφίσιν ὀλίγων τε ὄντων καί, ὡς τότε ἐμέλλησαν, οὐκέτι ἀνέντων.* Mira hæc est causa audendi, quod, qui rem agebant, pauci essent; (nam frustra Kruegerus hoc, quod primum ponitur, de causæ loco demovere conatur). Scribendum videtur: *τῶν πρασσόντων ὀργίλων τε ὄντων*: ira et studio incensi ferebantur. *Σφίσιν* recte Kruegerus e proximo versu huc retractum iudicat. (Fuit, cum mallem: *οὐκ ὀλίγων.*)

---

[1]) Cap. 118, 9 vitia video (et in hac coniunctione: *ἐκκλησίαν ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς . . . . βουλεύσασθαι Ἀθηναίους*, quoniam, quod subiecto latius patenti post adiungitur participium cum subiecto minus late patenti, inde non sequitur, præcedenti subiecto minoris ambitus et participio superaddi posse in verbo primario subiectum amplioris ambitus, et in his *καθ' ὅ τι ἂν ἐσίῃ ἡ πρεσβεία*), sed auxilium afferre nequeo.

Ibd. 128 extr.: καὶ ἐς τὸ λοιπὸν (ὁ Περδίκκας) τῶν Πελοποννησίων τῇ μὲν γνώμῃ δι' Ἀθηναίους οὐ ξύνηθες μῖσος εἶχεν, τῶν δὲ ἀναγκαίων ξυμφόρων διαναστὰς ἔπρασσεν, ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα τοῖς μὲν ξυμβήσεται, τῶν δὲ ἀπαλλάξεται. Neque dicitur διαναστῆναι τῶν ξυμφόρων neque Perdiccas utilitate necessaria neglecta a Lacedæmoniis ad Athenienses transire cupiebat, sed, quanquam animi sententia propter Atheniensium iniurias insolitum ei erat Peloponnesios odesse, tamen utilitate cogente se ab iis removebat. Scribendum igitur: τῷ δὲ ἀναγκαίῳ ξυμφόρῳ διαναστάς (διαστάς?).

Ibd. 133, 2: οἱ δὲ ἄλλην ἱέρειαν ἐκ τοῦ νόμου τοῦ προκειμένου κατεστήσαντο Φαεινίδα ὄνομα. Miratur Kruegerus additum τοῦ προκειμένου (quod proprie palam positam et fixam significat); ego et ipsam legis mentionem in tali re miror (vix enim cogitarant in lege condenda de fuga sacerdotis) et ἐκ τοῦ νόμου, quod non memini Græce dici pro νόμῳ. Itaque Thucydidem scripsisse tantum arbitror: ἐκ τοῦ προκειμένου, hoc est, pro re nata et ex rerum statu, qui effectus erat. Novum enim hoc erat nec provisum; nec alioquin licebat novam sacerdotem facere priore viva. Qui interpolavit, non intellexit, quid esset ἐκ τοῦ προκειμένου. (Cfr. ad III, 12, 2.)

Lib. V, 22, 2: αὐτοὶ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμαχίαν ἐποιοῦντο, νομίζοντες ἥκιστ' ἂν σφίσι τούς τε Ἀργείους, ἐπειδὴ οὐκ ἤθελον Ἀμπελίδου καὶ Λίχου ἐλθόντων ἐπισπένδεσθαι, νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι, καὶ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον μάλιστ' ἂν ἡσυχάζειν· πρὸς γὰρ ἂν τοὺς Ἀθηναίους, εἰ ἐξῆν, χωρεῖν. Repetitum illud post νομίζοντες (sic enim putant) νομίσαντες αὐτούς, plane vitiosum esse Kruegerus fatetur; et tamen variatum tempus (νομίζοντες . . . νομίσαντες) non commemoravit. Quid dicam de ἥκιστ' ἂν . . . οὐ δεινούς pro ἥκιστ' ἂν δεινούς? Apparet prorsus separata esse νομίζοντες, quod ad

Lacedæmonios pertinet, et νομίσαντες, quod ad Argivos; ideo enim hi noluerant ἐπισπένδεσθαι, quod putabant Lacedæmonios (αὐτούς) sine Atheniensibus sibi non timendos esse. Verum sic manifestum fit ad hæc νομίζοντες τούς τε Ἀργείους ἥκιστ' ἂν deesse infinitivum, quo addito hæc sententia alteri illi adiungatur: καὶ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον μάλιστ' ἂν ἡσυχάζειν. Is infinitivus ante ἐπειδὴ excidit, cum sic Thucydides scripsisset: νομίζοντες ἥκιστ' ἂν σφίσι τούς τε Ἀργείους ἐπιτίθεσθαι, (ἐπειδὴ ... οὐ δεινοὺς εἶναι), καὶ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον μάλιστ' ἂν ἡσυχάζειν. Lacedæmonii societatem cum Atheniensibus faciebant ad terrorem Argivis iniiciendum, quos, quoniam inducias confirmare noluissent, sibi bellum illaturos credebant.

Ibd. 54, 3 recte Bekkerus comma post ταύτην sustulit (τοῦ πρὸ τοῦ Καρνείου μηνὸς ἐξελθόντες τετράδι φθίνοντος καὶ ἄγοντες τὴν ἡμέραν ταύτην πάντα τὸν χρόνον ἐσέβαλλον ἐς τὴν Ἐπιδαυρίαν καὶ ἐδῄουν), sed quæ efficeretur sententia, nemo præter ipsum vidit; (nam ipsum vidisse credo;) itaque locum se intellegere negant. Argivi fraude, minime sane subtili, utentes, ne mense Carneo, ut adversarii, quiescere cogerentur, per totum tempus unum diem se agere finxerunt eodemque omnes numero nomineque signarunt, τριακάδα φθίνοντος mensis, qui Carneum præcedebat, appellantes. Simili artificio Alexander, ut Dæsium mensem vitaret, alterum Artemisium egit (Plut. Alex. c. 16). Hoc est enim ἡμέραν τινὰ aut μῆνα ἄγειν.[1])

Ibd. 66, 1 recte iam alii viderunt, non terrorem Lacedæmoniorum significari, sed admirabilem disciplinam et belli artem. Verum error non in verbo esse videtur, sed, quod præcedebat οἵ τε Λακεδαιμόνιοι, interpolando hic quoque scriptum eundem casum suspicor, cum a Thu-

[1]) Cap. 55, 2 ἐφ' ἑκατέρων ἐλθόντας τὰ στρατόπεδα pro ἀφ' ἑκ. scripseram coniectura, cum id in cod. Cassel. et altero præterea esse et a Gœllero receptum nescirem.

cydide relictum esset: *μάλιστα δὴ Λακεδαιμονίους, ἐς ὃ ἐμέμνηντο, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἐξεπλάγησαν.* Nam etiam *ἐμέμνηντο* longe aptius ad ceteros, qui admirabantur, quam ad ipsos Lacedæmonios refertur.

Ibd. 72, 2: *Ἀλλὰ μάλιστα δὴ κατὰ πάντα τῇ ἐμπειρίᾳ Λακεδαιμόνιοι ἐλασσωθέντες τότε τῇ ἀνδρίᾳ ἔδειξαν οὐχ ἧσσον περιγενόμενοι.* Hoc vero novum et inauditum, Lacedæmonios, bellicæ artis inter Græcos principes, semper maxime peritia belli inferiores fuisse (quod ipsum *ἐλασσουμένους* imperfecto tempore dicendum erat; si *ἐλασσωθέντες* de pugnarum eventu accipitur, *ἀπειρίᾳ* potius dicendum videtur fuisse;) sed aliter Thucydidem scripsisse vel solum *οὐχ ἧσσον περιγενόμενοι* ostendit, quod aliam in iis rem ante laudatam declarat. Scripserat autem una voce minus: *Ἀλλὰ μάλιστα δὴ κατὰ πάντα τῇ ἐμπειρίᾳ Λακεδαιμόνιοι, τότε τῇ ἀνδρίᾳ ἔδειξαν οὐχ ἧσσον περιγενόμενοι.* Non animadverso, ad utrumque dativum pertinere *περιγενόμενοι* („Lacedæm., qui semper arte, tum non minus virtute se præstare ostenderunt"), additum est manifestissima interpolatione *ἐλασσωθέντες*. (Interpolationis e Thucydidis libris exempla ad III, 12, 2 collegi.) (Paulo post § 3 *τοῦ μὴ φθῆναι τὴν κατάληψιν* sic interpretandum est: ne se circumventio præoccuparet.)

Lib. VI, 16, 4 (in Alcibiadis oratione): *ἀλλ' ὥσπερ δυστυχοῦντες οὐ προσαγορευόμεθα, ἐν τῷ ὁμοίῳ τις ἀνεχέσθω καὶ ὑπὸ τῶν εὐπραγούντων ὑπερφρονούμενος, ἢ τὰ ἴσα νέμων τὰ ὁμοῖα ἀνταξιούτω.* Homines Alcibiadis similes si fortunas everterint, alloquio non frui ceterorum, et nimium videtur et ex altera parte leve; consolandi significatio neque in *προσαγορεύω* neque in *προσηγορῶ* apud antiquos est. Scripsitne Thucydides *προσαρκούμεθα* (levamur ope et auxilio)?

Ibd. 21, 2: *αὐτόθεν δὲ παρασκευῇ ἀξιόχρεῳ ἐπιέναι, γνόντας κ. τ. λ.* Non puto post interposita illa *αἰσχρὸν δὲ ἀπελθεῖν κ. τ. λ.* repeti posse ex superioribus

δεῖ, sed id ipsum post *δέ* excidisse. Nam ex *αἰσχρόν* quidem, quod Poppo vult, elici omnino nequit. (Strab. I p. 9 recte Coraes: *πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα παρασκευαί τινες ...., τῷ μαθεῖν τῆς χώρας τὴν φύσιν καὶ ζώων καὶ φυτῶν ἰδέας· προσθεῖναι δὲ δεῖ καὶ τὰ τῆς θαλάσσης*. Imperite contra dixit Kramerus. Apud Plutarchum cons. ad Apollon. c. 33 init. p. 118 D mire editur: *Ἀποβλέπειν δὲ καὶ πρὸς τοὺς εὐγενῶς ... τοὺς ἐπὶ τοῖς υἱοῖς γενομένους θανάτους ὑποστάντας* pro *δὲ δεῖ*. Cfr. ad Plat. sophist. p. 248 D.)

Ibd. 35: *οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι οὐδ᾽ ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγει, τοῖς δὲ, εἰ καὶ ἔλθοιεν, τί ἂν δράσειαν κ. τ. λ.* Scrib.: *ἃ λέγεται, οἱ δὲ, εἰ κ. τ. λ.*

Ibd. 39, 2 (in Athenagoræ oratione): *Ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν, ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, ἢ ἀμαθέστατοί ἐστε ὧν ἐγὼ οἶδα Ἑλλήνων, ἢ ἀδικώτατοι, εἰ εἰδότες τολμᾶτε· ἀλλ᾽ ἤτοι μαθόντες γε ἢ μεταγνόντες τὸ τῆς πόλεως ξύμπασι κοινὸν αὔξετε.* Ineptissime inter hanc partitionem cum adiecta condicione: *ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ ..., ἢ ἀδικώτατοι, εἰ ...*, interponitur *ἢ ἀμαθέστατοι*, plane idem significans, quod *ἀξυνετώτατοι*. Non minus pravum *ἐστέ*. Nam illa *ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν* (at vel nunc saltem) aperte ad sequentem imperativum pertinent, repetito ob plura interposita *ἀλλά* (*ἀλλ᾽ ἤτοι*), et perverse ab eo divellitur interposito illo indicativo. Sublato additamento, quod natum est ob illa *ὧν ... Ἑλλήνων* paulo longius a *πάντων* seiuncta, scribendum: *Ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν, ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, ὧν ἐγὼ οἶδα Ἑλλήνων, ἢ ἀδικώτατοι κ. τ. λ.* (Ad III, 12, 2.)[1]

Ibd. 48: *τοὺς δὲ φίλους ποιεῖσθαι, ἵνα σῖτον καὶ στρατιὰν ἔχωσι.* Ad Athenienses refertur *ἔχωσι*. Sed de iis

---

[1]) Sero video Popponem in idem incidisse, sed instabili suspicione.

recte dici potest σῖτον ἔχειν, στρατιὰν ἔχειν non potest, quasi sine exercitu advenerint. Scribendum παρέχωσι de Siculis.

Ibd. 62, 4: καὶ τἀνδράποδα ἀπέδοσαν καὶ ἐγένοντο ἐξ αὐτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα. Recte improbatur ἀπέδοσαν pro ἀπέδοντο; neque tamen hoc reponendum, quod commutari cum illo non poterat, sed ἀπεδόθησαν. (De plurali numero verbi nihil ut dicendum sit, facit adiunctum ἐγένοντο τάλαντα.)[1])

Ibd. 69, 5 scribendum: καὶ εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψαμένοις ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούουσιν ἔσται (ipsi leniore conditione pareant) pro ὑπακούσεται, quod nihil est. (In ἔσται incidit etiam Bœhmius.)

Ibd. 77 extr.: καὶ οἰόμεθα τοῦ ἄποθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου οὐ καὶ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν, πρὸ δ' αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα καθ' αὑτὸν δυστυχεῖν. Extremorum verborum acumen obscuratum est. Neque quod πρὸ αὐτοῦ τὸν πάσχοντα volunt esse τὸν πρὸ αὐτοῦ π., fieri potest, interposito μᾶλλον, et, si ea, quam putant, esset sententia, καθ' αὑτὸν necessario primo loco poneretur (καθ' αὑτὸν δὲ μᾶλλον τὸν πρὸ αὐτοῦ πάσχοντα δυστυχεῖν). Scripserat Thucydides: πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα ἢ καθ' αὑτὸν δυστυχεῖν: eumque, qui (nunc) patiatur, magis ante ipsum (τινά illum, cuius error significatur) quam per se et solum miserum esse. (Ipse enim mox comes miseriæ erit.)

Ibd. 82, 2: Ἡμεῖς γὰρ Ἴωνες ὄντες Πελοποννησίοις, Δωριεῦσι καὶ πλείοσιν οὖσι καὶ παροικοῦσιν, ἐσκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστα αὐτῶν ὑπακουσόμεθα. Ut IV, 93, 2 feratur αὐτῷ superpositum τῷ Ἱπποκράτει, nullo tamen pacto ferri potest Πελοποννησίοις superpositum αὐτῶν, pro quo ponendum est αὐτοί. Primum tan-

---

[1]) Cap. 60, 2 ante multos annos, cum priore Kruegeri exemplo uterer, in quo nulla Reiskii Toupiique coniecturæ mentio fit, conieceram ipse scribendum: οὐκ ἀνάπαυλα ἐφαίνετο.

tum suam ipsorum libertatem se tueri voluisse Athenienses dicunt, deinde hinc ad principatum et imperium progressos. Id pronomen nescio quis dormitans obiectum verbi fecit.

Ibd. 91, 6: *καὶ τὰς τοῦ Λαυρίου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νῦν ὠφελοῦνται, εὐθὺς ἀποστερήσονται.* Iam alii *δικαστηρίων* mentionem mirati sunt eorumque cum argenti fodinis et agris coniunctionem. Nam in urbe iudicia omnia maiora fiebant nec ea obsidione fore ut statim intermitterentur, Alcibiades dicere potuisse videtur. In mentem venit, Thucydidem fortasse *δεκατευτηρίων* scripsisse eoque nomine omnia significasse loca, ubi aliquid publici reditus et *τὰ τέλη* exigerentur; nam quæ proprie *δεκάται* appellantur, earum exigua in Attica vestigia sunt, a Bœckhio de œcon. publ. Atheniensium I p. 443 edit. sec. monstrata. Sed ut hoc incertum, ita certum, quod sequitur: *μάλιστα δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ξυμμάχων προσόδου, ἧσσον διαφορουμένης, οἳ τὰ παρ' ὑμῶν νομίσαντες ἤδη κατὰ κράτος πολεμεῖσθαι ὀλιγωρήσουσιν*, et aliud verbum pro *διαφορεῖσθαι* et (quod minus animadversum est) necessario futurum tempus requiri, deinde temporis aut condicionis significationem. Videtur fuisse *διαπορευσομένης, εἰ . . . ὀλιγωρήσουσιν.* De *εἰ* dubitatio nulla est; pro *διαπορευσομένης* potest etiam fuisse *διακομιουμένης.*

Ibd. 97, 1 scribendum: *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταύτης τῆς νυκτός, ᾗ τῇ ἐπιγιγνομένῃ* (sic Poppo, in libris omittitur *ᾗ*) *ἡμέρᾳ ἐξητάζοντο, ἔλαθον* (libri *ἐξητάζοντο καὶ ἔλαθον*) *αὐτοὺς παντὶ ἤδη τῷ στρατεύματι ἐκ τῆς Κατάνης σχόντες κατὰ τὸν Λέοντα καλούμενον.* Nocte, quam insecuto die (insecutus est dies, quo) Syracusani copiarum recensum superiore capite commemoratum fecerunt, iam Athenienses cet. Omisso errore *ᾗ* additum est *καί.* Quod quidam post *ἐξητάζοντο* verbum excidisse putarunt (*ἀνήγοντο*), prorsus eam coniecturam evertit *ἐκ τῆς Κατάνης*

adiunctum ad *σχόντες*, quod cum *ἀνήγοντο* coniungendum necessario fuerat.

Lib. VII, 13, 3: *οἱ μὲν ἐπ' αὐτομολίας προφάσει ἀπέρχονται.* Scribendum videtur: *ἐπ' αἰχμαλωτίας προφάσει.* Transfugiebant ad hostes specie captivorum, captos se fingentes. Diodorus et Plutarchus *αἰχμαλωσίαν* scribunt.

Ibd. 25, 4: *ἐκ τε τῶν ἀκάτων ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς καὶ ἀνέκλων καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον.* Ad evellendos vallos non scaphis, ad eam rem ineptis, sed ea, quam ob hanc ipsam causam Thucydides superioribus verbis descripsit, nave usi sunt Athenienses, cum funes vallis iniectos alligassent ad navis partem ei rei aptam; ea erant capita antennarum: *ἐκ τῶν κεράτων*... *ἀναδούμενοι.*

Ibd. 28, 3 scribendum est: *καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης, ὅσοι* (pro *ὅσον*) *κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου οἱ μὲν ἐνιαυτόν, οἱ δὲ δύο ... ἐνόμιζον περιοίσειν αὐτούς, εἰ οἱ Πελοποννήσιοι ἐσβάλοιεν ἐς τὴν χώραν, ὥστε ἔτει ἑπτακαιδεκάτῳ ... ἦλθον ἐς Σικελίαν.* Tum dēmum rectum esset *ὅσον*, si sic oratio conformata esset: *ὅσον, ἐκείνων κατ' ἀρχὰς ... νομιζόντων, ... ἐς τὴν χώραν, ἔτει ἑπτακαιδεκάτῳ ... ἦλθον.*

Ibd. 31, 3: *ἀγγέλλων, ὅτι οἱ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων αἱ σφίσιν ἀνθορμοῦσαι οὔτε καταλύουσι τὸν πόλεμον ναυμαχεῖν τε μέλλουσιν. Καταλύουσι τὸν πόλεμον* non naves, sed civitates pacem facientes. Conon nuntiavit, naves sibi oppositas, non, quod speraverat, statione decedere; id est *καταλύειν τὴν φρουράν, τὴν φυλακήν* aut simpliciter *καταλύειν* (portu repetito). Manifestissimum igitur tenemus additamentum hominis in hoc verbi usu aberrantis. (Cfr. ad III, 12, 2.)

Ibd. 36, 5: *Τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν κυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι, τὸ ἀντίπρωρον ξυγκροῦσαι, μάλιστ'*

ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι. Vitiosus infinitivi accusativus et ipsum ἀντίπρῳρον pro adverbio positum. Codices ξυγκρούσει. Scribendum videtur: τῇ . . . ἀμαθίᾳ . . . δοκούσῃ εἶναι ἐς τὸ ἀντίπρῳρον ξυγκρούσει μάλιστ' ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι.

Ibd. 40, 3: ὑπὸ σφῶν αὐτῶν διαμέλλοντας κόπῳ ἁλίσκεσθαι. Videtur scribendum: κόπῳ ἀναλίσκεσθαι, consumi et conteri. Vid. lexx.

Ibd. 42, 5: καὶ ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν. Eodem modo c. 86, 1: ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τήρησιν. Articulum recte annotant apud superlativum prædicati ne ferri quidem posse; sed pronomen demonstrativum subiecti loco ponendum fuisse videtur, genere ad substantivum accommodato (synt. Gr. § 11 not. 1): καὶ ξυντομωτάτην ταύτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν, ἀσφαλεστάτην ταύτην εἶναι νομίσαντες τήρησιν. Et sic Thucydidem scripsisse arbitror; error quam facilis fuerit post litteras τατην, apparet.

Ibd. 43, 2: καὶ τοὺς λιθολόγους καὶ τέκτονας πάντας λαβὼν καὶ ἄλλην παρασκευὴν τοξευμάτων τε καὶ ὅσα ἔδει, ἢν κρατῶσι, τειχίζοντας ἔχειν. Recte Kruegerus τοξευμάτων in muniendi apparatu mentionem miratur; (ad defendenda opera omni exercitu et omni telorum genere usuri erant). Videtur Thucydides μοχλευμάτων posuisse, machinas significans ad pondera movenda et sursum tollenda; etsi μοχλεύω, μοχλευτής, μόχλευσις apud scriptores reperitur, μόχλευμα non reperitur.

Ibd. 47, 2: ἕως ἔτι τὸ πέλαγος οἷόν τε περαιοῦσθαι καὶ τοῦ στρατεύματος ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρατεῖν. Neque στράτευμα (nam partitivum genetivum esse volunt) pro classe simpliciter ponitur, et vel sic inutiliter id nomen primo loco cum pondere poneretur, nec κρατεῖν h. l. ullo modo absolute dici potest. Et cur saltem (γοῦν) navibus postremum advectis superior esse Demosthenes vult, non omnino superior? Itaque mendum

esse in *στρατεύματος* recte statuitur; sed quo id, quod sub illo lateat, spectet, ipsa illa particula *γοῦν* ostendere videtur. Scribendum enim puto: *καὶ τοῦ θεραπεύματος ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρατεῖν*, ut dativus ad substantivum pertineat (synt. Gr. § 34 not. 2): dum ad reficiendas saltem postremum advectas naves necessariis (reficiendi instrumento) potiri liceat. (Cap. 48 extr. aut *χρήμασιν οἷς* aut cum Poppone *χρήμασιν ᾧ* de genere scribendum est. Cap. 50, 1 cum in codicibus bonis sit: *ἡ τοῖς Συρακοσίοις στάσις ἐς φίλια ἐξεπεπτώκει*, Bauerus rectissime scripsit: *ἡ τοῖς Συρακοσίοις στάσις φιλία ἐξεπεπτώκει*. Decepit interpolatorem paulo rarior in adiectivis, in participiis non rarus ordo; vid. synt. Gr. § 9 a n. 1 et quæ in imo margine adduntur. Cfr. Xen. Ages. 1, 10: *τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις Ἑλληνίδας*, Hellen. III, 2, 9: *καταλιπὼν τὰς περὶ ἐκεῖνα πόλεις φιλίας ἐν εἰρήνῃ*, Aristoph. Ach. 1210: *τῆς ἐν μάχῃ συμβολῆς βαρείας*, et ea, ubi pro adiectivo præpositio est, velut Thucyd. VIII, 47: *τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ἐς τὴν πατρίδα*, et I, 18: *μετὰ τὴν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τῆς Ἑλλάδος*. Eiectam esse factionem, quæ Syracusanis faveret, ad rem pertinebat; quo abisset, nihil ad rem.)

Ibd. 57, 4: *Τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνέσποντο.* Hoc *αὐτόνομοι* et historiæ testimonio redarguitur et manifesto ceteris, quæ Thucydides dicit, repugnat; nam post tripertitam illam divisionem (*οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας, εἰσὶ δὲ καὶ οἳ μισθοφόροι*), in primo genere (*τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν*) apertissime cum reliquis ex Eubœa, insulis, Ionia extremo loco Chios ponit (*Μιλήσιοι καὶ Σάμιοι καὶ Χῖοι*). Tantum hoc in Chiis excipit, quod, ut paulo post de Methymnæis dicit, quorum prorsus eadem erat condicio, *ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι* erant, hoc est: *οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες*. Aliquis, qui non animadverterat, verbis

contrarie relatis rem contineri, addidit ex superioribus *αὐτόνομοι*. (Vid. ad III, 12, 2.) Ad *αὐτονόμους* Thucydides pervenit § 6.[1])

Ibd. 75, 3: *ἐπακολουθοῦντες ἐς ὅσον δύναιντο, εἴ τῳ δὲ προλίποι ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ὑπολειπόμενοι*. Absurdum *ὀλίγων*, pro quo ferri contrarium posset *πολλῶν*. Sed tolli sine temeritate nequit. Videtur fuisse: *οὐκ ἄνευ ἀλόγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς*, quales dolore dementes fundunt.[2])

Lib. VIII, 2, 2. Num *ξυμπροθυμηθέντες ἔτι* (pro *ἐπὶ*) *πλέον*?

Ibd. 22, 1: *οἱ Χῖοι . . . οὐδὲν ἀπολείποντες προθυμίας, ἄνευ τε Πελοποννησίων πλήθει παρόντες ἀποστῆσαι τὰς πόλεις καὶ βουλόμενοι ἅμα ὡς πλεί-*

---

[1]) Cap. 56, 4 conieceram *ξυλλόγου*, ignarus idem Heilmanno placuisse; § 3 nihil ultra id movendum, quod Kruegerus vidit, *αὐτοὶ αὖ μόνοι* scribendum esse, nisi ut rectius verba interpungantur; nam cohærent hæc: *καὶ οὐδ' αὐτοὶ αὖ μόνοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν . . . προκόψαντες*, interpositis illis: *ἡγεμόνες τε γενόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ τὴν σφετέραν πόλιν ἐμπαρασχόντες προκινδυνεῦσαί τε καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος*. Ex *ἐμπαρασχόντες* ad *μέγα μέρος* sumitur tantum *παρασχόντες*. Frustra *προκόπτειν ναυτικοῦ μέγα μέρος* nituntur ut enarrent.

[2]) Cap. 63, 3 non abiiciendum puto, quod codices meliores tenent: *δικαίως ἂν αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοιτε*, de *μή* in sententia potentiali posito veritus neglegere similitudinem eorum, quæ ad Euripidis Iph. Aul. 373 commemoravi. Singularis est ratio eorum locorum, in quibus in interrogatione potentiali negationem significante alia est præterea negatio (VI, 18, 1: *τί ἂν λέγοντες . . . μὴ βοηθοῖμεν*; Xen. mem. III, 1, 10, Plat. Cratyl. 429 D: *πῶς ἂν μὴ τὸ ὂν λέγοι*; Eurip. Iphig. Aul. 977); sed tamen eodem pertinent. In Thucydidis loco hoc saltem recte Poppo sensit, *δικαίως* ab imperativo alienum esse; qui iubetur *δικαίως μὴ προδιδόναι*, simul iubetur *ἀδίκως προδιδόναι*.

στους σφίσι ξυγκινδυνεύειν, στρατεύονται αὐτοί τε κ. τ. λ. Participium παρόντες et ad sententiam et ad constructionem ineptum est, πλήθει ad sententiam; nam multitudo quidem adscitis Peloponnesiis maior futura erat. Scribendum: ἄνευ τε Πελοποννησίων πειθοῖ πειρῶνται ἀποστῆσαι τὰς πόλεις καί, βουλόμενοι ἅμα ὡς πλείστους σφίσι ξυγκινδυνεύειν, στρατεύονται αὐτοί τε . . . καὶ ὁ πεζὸς ἅμα Πελοποννησίων . . . παρῄει. Duas res susceperunt Chii, alteram ἄνευ Πελ. sine armis, alteram ipsi cum Peloponnesiis coniuncti armis.

Ibd. 27, 3 scribendum: ᾗ (τῇ πόλει) μόλις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν, ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ, προτέρᾳ ποι ἐπιχειρεῖν, οὐ δὴ (pro πού δή aut σπουδῇ), μὴ βιαζομένῃ γε, πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι (nec vero, nisi cogatur, sponte pericula subire). Adeo sententia perspicua et necessaria, adeo facilis correctio, ut nihil addendum sit, nisi (cavendi erroris causa) οὐ δή ut ante (§ 2) οὐ μόνον recte poni in oratione pendente ab ἔφη.

Ibd. 29, 2 primum necessario retinendum παρὰ πέντε ναῦς πλέον (alioquin enim plane non indicatur, quanto plus Tissaphernes dederit); deinde scribendum est: ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα (sic codd.) τριάκοντα (codd. præter Vatic. τρία) τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός. Triginta talenta stipendium menstruum erat sexaginta navium, si bini oboli in diem darentur; cum igitur hoc in quinquaginta quinque naves daretur, nautæ παρὰ πέντε ναῦς plus accipiebant (um fünf Schiffe mehr), id est, tanto plus, quantum adiiciebat quinque navium stipendium in reliquas quinquaginta quinque distributum. Cum excidisset τριάκοντα post πεντήκοντα, id mendum in Vaticano relictum est, in ceteris occultatum, addito infeliciter τρία.

Ibd. 45, 4 e codicum vestigiis (ἀναίσχυντοι εἶεν

πλουσιώτατοι ὄντες) efficitur *ἀναισχυντοῖεν, εἰ, πλουσιώτατοι ὄντες*. De optativo mira Kruegerus narrat.

Ibd. 46, 4 scribendum videtur: *ἀπὸ δὲ ἐκείνων, ἢν μή ποτε αὐτοὺς ἐξελῶσι* (codd. et edd. *αὐτοὺς μὴ ἐξελῶσι*), *μὴ ἐλευθερῶσαι*, hoc est: a barbaris autem eos non liberare, nisi forte etiam ipsos (barbaros, Persas) sustulerint. Timeri posse Alcibiades significat, ne Lacedæmonii non solum Græcos Asiaticos a Persis liberent, sed fortasse etiam ipsos Persas evertant.

Ibd. 47, 2: *ὥστε μνησθῆναι περὶ αὐτοῦ ἐς τοὺς βελτίστους τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἐπ' ὀλιγαρχίᾳ βούλεται καὶ οὐ πονηρίᾳ . . . κατελθὼν . . . ξυμπολιτεύειν.* Neque *βέλτιστοι* neque *βέλτιστοι τῶν ἀνθρώπων* usquam appellantur optimates, qui satis significati sunt *δυνατωτάτων* appellatione, neque *μνησθῆναι περὶ αὐτοῦ, ὅτι βούλεται* bene dicitur. Scribendum: *περὶ αὐτοῦ ὡς βελτίστου τῶν ἀνθρώπων, ὅτι κ. τ. λ.* Omnium optimum prædicabant, quod *ἐπ' ὀλιγαρχίᾳ* redire vellet. *Ἐς τοὺς* ortum ex eo, quod præcedit, *ἐς τοὺς δυνατωτάτους*.

Ibd. 56, 5 sublata prava geminatione (*τί*) et retracta vocali, quæ post *ἀλλ'* sæpe excidit, scribendum arbitror: *ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι ἀλλ' ἢ ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐξηπατῆσθαι, δι' ὀργῆς ἀπελθόντες κ. τ. λ.*, nihil iam nisi rem sine exitu putantes seque deceptos, cet.

Ibd. 86, 4: *ἐκεῖνος δὲ τοῦ τ' ἐπίπλου ἔπαυσε καὶ τοὺς ἰδίᾳ ὀργιζομένους λοιδορῶν ἀπέτρεπεν.* Cur *ἐλοιδόρει* nihil facientes? et a qua re avertebat? Scr.: *λοιδορίων ἀπέτρεπεν.*

Ibd. 87, 4 adhibitis emendationibus Reiskii (*ἐπιφανείς* pro *ἐπιφανές*) et Dobrei (*διαπολεμῆσαι ἄν*) scribendum est: *Ἐμοὶ μέν τοι δοκεῖ σαφέστατον εἶναι τριβῆς ἕνεκα καὶ ἀνακωχῆς τῶν Ἑλληνικῶν τὸ ναυτικὸν οὐκ ἀγαγεῖν . . ., ἐπεί, εἴγε ἐβουλήθη, διαπολεμῆσαι ἂν ἐπιφανεὶς δήπου οὐκ ἐνδοιαστῶς· κομίσας γὰρ κ. τ. λ.* In altera parte

sententiæ (*ἐπεὶ ... διαπολεμῆσαι ἂν ἐπιφανείς*) auditur tantum *δοκεῖ*, non *σαφέστατον εἶναι*.

Ibd. 89, 3, eiecto *ἔπεμπον*, quod orationem et sententiam turbat quodque tres codices omittunt nec scholiastes habuit, e vestigiis codicum (*οὕτωι*, *οὕτω*, non *οὐ τὸ*) et scholiorum (*ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἀπαλλακτικῶς ἔχουσι τῆς ὀλιγαρχίας*, ubi significari *ἀπαλλαξείειν* pro pravo futuro *ἀπαλλάξειν* Abreschius intellexit) scribendum est: *φοβούμενοι δὲ, ὡς ἔφασαν, τό τ᾽ ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην σπουδῇ πάνυ τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους, μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν, οὔπω ἀπαλλαξείειν ἠξίουν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ μὴ ὀνόματι χρῆναι ἀποδεικνύναι καὶ τὴν πολιτείαν ἰσαιτέραν καθιστάναι.* Excidisse verbum manifestum est, nec ullum aptius est quam *ἠξίουν* facileque id post litteras *αξειειν* omitti poterat. Sententia aperta est. Theramenes sociique eius nondum aperte abrogationem oligarchiæ præ se ferebant, sed expleri promissam oligarchiæ formam postulabant.

Cap. II.

Xenophon.

Thucydidem ætate proximus subsequitur Xenophon, cuius historia Græca quoniam Thucydidi argumento ipso adiungitur, ab ea incipiam. Ut autem omnium Xenophontis operum codices fere satis recentes sunt et in orationis et sententiarum forma facile currenti tamen mendis non ita raro interpolatione tectis depravati, valde antiqui et integritate auctoritateque præstantes nulli, etsi in aliis operibus unus et alter minus mendorum et in mendis plura vestigia veri habet, sic huius operis etiam aliquanto inferiores quam reliquorum esse videntur, lacunis quoque subinde

corrupti[1]). (De I, 2, 1 et 10, II, 2, 8 et 4, 34, VI, 5, 3 vid. pag. 110, 75 et 84, 56, 128, 19.)

Lib. I, 2, 5: *Στάγης δὲ ὁ Πέρσης . . ., ἐπεὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκ τοῦ στρατοπέδου διεσκεδασμένοι ἦσαν κατὰ τὰς ἰδίας λείας, βοηθησάντων τῶν ἱππέων, ἕνα μὲν ζωὸν ἔλαβεν, ἑπτὰ δὲ ἀπέκτεινε.* Scrib.: *βοηθήσας μετὰ τῶν ἱππέων.* Ipse advolavit equites ducens, non nescio unde advectis usus est.

Ibd. 4, 13: *θαυμάζοντες καὶ ἰδεῖν βουλόμενοι τὸν Ἀλκιβιάδην, λέγοντες, οἱ μὲν, ὡς κράτιστος εἴη τῶν πολιτῶν καὶ μόνος ἀπελογήθη, ὡς οὐ δικαίως φύγοι, ἐπιβουλευθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ἔλαττον ἐκείνου δυναμένων.* Et sententia et forma verbi (*εἴη — ἀπελογήθη — φύγοι*) ineptissima sunt illa *καὶ μόνος ἀπελογήθη.* Itaque tolli alii *ἀπελογήθη ὡς* volunt, alii (quod sane necessarium est) etiam *μόνος.* Sed nemini hæc sine ulla, quæ fingi possit, causa ad orationem perturbandam addere in mentem venit. Manifestum est latere aliquid cum *κράτιστος* coniunctum. Scripserat Xenophon: *καὶ μόνος ἁπλοήθης, καὶ ὡς οὐ δικαίως.* Simplex et apertum in Alcibiade ingenium laudant (mores dissolutos et superbiam excusantes), a ceterorum artibus tortuosis (*ποικιλίᾳ*) diversum. *Ἦθος* ipsum *ἁπλοῦν* est; de homine Xenophon novo et composito vocabulo usus est. (Cfr. *κακοήθης*, cet.)

---

[1]) Usus sum, cum hæc edenda describerem, Dindorfii editionibus Oxoniensibus (Hellenic. 1853) et Sauppii. Hellenicorum codices omnes communes habent lacunas III, 4, 5 et 12 et V, 4, 9 et 10 (duplicem), annotationem e margine in orationem receptam VI, 4, 3. Quam pusilli et manifesti errores in omnibus hæreant, exemplo esse potest bis in libro primo (5, 16 et 7, 1) scriptum *δ' ἐν οἴκῳ* pro *οἴκοι* (I, 6, 8, III, 2, 6 et 4, 27, V, 3, 24 et 4, 2, in quibus locis non præcedit *δέ*). Dindorfius una et altera interpolatione codicis V deceptus est.

Ibd. § 14: *ὑπερβαλλόμενοι οἱ ἐχθροὶ τὰ δοκοῦντα δίκαια εἶναι ἀπόντα αὐτὸν ἐστέρησαν τῆς πατρίδος.* Neque *ὑπερβάλλεσθαι τὰ δίκαια* potest significare postulationem differre, neque Alcibiadis postulatio (tum, cum dilata dicitur,) iusta visa est, neque Alcibiadis ulla postulatio dilata est, sed reiecta postulatio de causa statim dicenda iudiciumque primum contra eius voluntatem dilatum, deinde is ad id revocatus. Scribendum: *ὑπερβαλλόμενοι τῷ δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι*, specie iustitiæ superiores.

Ibd. 6, 21 *ἐγειρόμενοι* post *ἀγκύρας ἀποκόπτοντες* de iis, qui subito, cum in terra pranderent, navibus conscensis ad persequendum se pararunt, nihil est. Scribendum videtur: *ἐνειρόμενοι*, remos rudentesque aptantes. (*Ἀνοίγειν*, quod non recte in lexicis exponitur, usu nautico hoc loco dicitur de iis, qui ex sinu et statione interiore navem aliquam promuntorium flectentem in aperto mari conspicere incipiunt: *das Schiff frei haben.*)

Ibd. § 33: *ἐντεῦθεν φυγὴ τῶν Πελοποννησίων ἐγένετο ἐς Χίον, πλείστων δὲ καὶ εἰς Φώκαιαν.* Mire altero loco in exceptione (*καί*) ponuntur *οἱ πλεῖστοι.* Scrib.: *ἐγένετο ἐς Χίον πλείστη, τινῶν δὲ καὶ εἰς Φώκαιαν.*

Ibd. 7, 26 et 27: *ἢ (δεδιότες), μὴ οὐχ ὑμεῖς, ὃν ἂν βούλησθε, ἀποκτείνητε καὶ ἐλευθερώσητε, ἂν (ἣν) κατὰ τὸν νόμον κρίνητε, ἀλλ' οὐκ ἂν παρὰ τὸν νόμον, ὥσπερ Καλλίξενος τὴν βουλὴν ἔπεισεν εἰς τὸν δῆμον εἰσενεγκεῖν, μιᾷ ψήφῳ; ἀλλ' ἴσως ἄν τινα καὶ οὐκ αἴτιον ἀποκτείναιτε, μεταμελήσει δ' ὕστερον.* Prave et cum sententiæ perturbatione illa *ἀλλ' οὐκ ἂν παρὰ τὸν νόμον* adhærent superioribus, manifestissimeque vitiosa sunt *οὐκ ἂν* (pro talibus: *ἀλλὰ μὴ παρὰ τὸν νόμον*). Illi per interrogationem affirmationi, quæ terminatur in verbis: *ἂν κατὰ τὸν νόμον κρίνητε;* (licebit vobis legitima iudicii forma cet.) subiicitur ex altera parte, quid peri-

culi habitura sit violatio legis: ἀλλ' οὐκ (at non licebit), ἂν (ἦν) παρὰ τὸν νόμον, ὥσπερ Καλλίξενος . . ., μιᾷ ψήφῳ, ἀλλ' ἴσως ἄν τινα καὶ οὐκ αἴτιον ἀποκτείναιτε. Hic alteram sententiam subsistere, ostendit modi mutatio (μεταμελήσει, non μεταμελῆσαι δ' ἄν); continuanda autem oratio, quæ in ἀναμνήσθητε vitiose ἀσύνδετος est, sic: Μεταμελήσει δὲ ὕστερον, ὃ ἀναμνήσθητε (in codd. et editt. abest ὅ) ὡς ἀλγεινὸν καὶ ἀνωφελὲς ἤδη ἐστί, πρὸς δ' ἔτι καὶ περὶ θανάτου ἀνθρώπου ἡμαρτηκότας (vulgo ἡμαρτηκότες). Iubet orator cives meminisse, quid in aliis causis senserint, gravioremque eum sensum fore dicit, si in vita hominis aberratum sit. (§ 29 ego quoque ante multos annos ἑαυτῶν ὄντες pro ἑ. ὄντας correxi, sed addebam τέ: τούς τε νόμους.)

Lib. II, 3, 56: ὅτι ταῦτα ἀποφθέγματα οὐκ ἀξιόλογα. Scr.: ὅτι αὐτὰ τὰ ἀποφθέγματα.

Ibd. 4, 15: διὰ τὸ πρὸς ὄρθιον ἰέναι. Imo ἱέναι.

Ibd. 4, 36: καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἄστει ἰδιώτας, Κηφισοφῶντά τε καὶ Μέλητον. Opinor fuisse: καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐν ἄστει ἰδίᾳ ἰόντας.

Lib. III, 1, 7: Ἦν δὲ ἃς ἀσθενεῖς οὔσας καὶ κατὰ κράτος ὁ Θίβρων ἐλάμβανε. Quid infirmitas ad rem pertinet? Contrarium hoc est iis, quæ § 6 scripta sunt de civitatibus sponte Thibronem accipientibus. Scrib.: ἃς ἀντιτεινούσας καὶ κατὰ κράτος ἐλ.

Ibd. 2, 19 ferendum non videtur: δόξαντα δὲ ταῦτα καὶ περανθέντα pro: δοξάντων δὲ τούτων καὶ περανθέντων. Nam ab impersonali δόξαν progressi Græci dicebant etiam ἄλλο τι δόξαν (Thucyd. V, 65, cfr. κυρωθὲν δ' οὐδέν, IV, 125), deinde δόξαν ταῦτα (Xen. anab. IV, 1, 13, Plat. Protag. p. 314 C).[1]) Atque etiam h. l. δόξαν δὲ ταῦτα καὶ περανθέν scripserim, alterum ob sequens τά (τὰ μὲν στρατεύματα) facilius natum putans, et apud Andoc. I, 81

[1]) Qui citatur Aristidis locus I p. 312, reperire non potui.

δόξαν δὲ ὑμῖν ταῦτα pro δόξαντα. (Δόξαντος τούτου legitur hic I, 1, 36, δοξάντων τούτων V, 2, 24.)

Ibd. 3, 2 eiiciendæ formæ Doricæ, quas sine ullo codicum indicio inepte in breve colloquium narrationi interpositum Valckenarius invexit, deinde ipsum colloquium concisis brevissime Spartano more membris sic proxime ad codices scribendum videtur: Εἰπόντος δὲ τοῦ Λεωτυχίδου· Ἀλλ' ὁ νόμος, ὦ Ἀγησίλαε, οὐκ ἀδελφὸν ἀλλ' υἱὸν βασιλέως βασιλεύειν κελεύει. Εἰ δὲ υἱὸς ὢν μὴ τυγχάνοι; Ὁ ἂν ἀδελφὸς δικαίως βασιλεύοι. Ἐμὲ ἂν δέοι βασιλεύειν. Πῶς, ἐμοῦ γε ὄντος; Ὅτι κ. τ. λ.

Ibd. 3, 7 primum exciderunt quædam, cum scriptum esset ad hanc formam: Πάλιν οὖν ἐρωτώντων· Ὅπλα δὲ πόθεν ἔφασαν λήψεσθαι; [αὐτὸς ἔφη τοῦτο ἐρέσθαι,] τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι κ. τ. λ. Deinde ex iis, quæ in codicibus post συντεταγμένοι ἡμῶν αὐτοί adduntur, in editionibus autem omittuntur, ἔφασάν γε, efficitur ἐφ' ὅσον δεῖ, ut sic scribatur: αὐτοὶ ἐφ' ὅσον δεῖ ὅπλα κεκτήμεθα.

Ibd. 4, 5 verba εἰ βούλοιο vitiosissime abundant post initio positum εἰ τοίνυν θέλεις, addita ab aliquo ad significandum, quo referretur, quod sequitur: ἀλλὰ βουλοίμην ἄν. Verum id ad ipsum εἰ θέλεις refertur. Paulo post plura exciderunt ante ἦ μήν quam Dindorfius, qui lacunam vidit, putavit. Nam illa ἡμᾶς μηδὲν τῆς σῆς ἀρχῆς ἀδικήσειν necessario Agesilai orationis pars est.

Ibd. 5, 25 pro κατηγορουμένου δ' αὐτοῦ scribendum κατηγορούμενον δ' αὐτοῦ (κατηγορεῖτο αὐτοῦ, coll. de participii impersonaliter positi accusativo synt Gr. § 182).

Lib. IV, 2, 6: ἐν Χερρονήσῳ, ὅπως εὖ εἰδείησαν, ὅτι τοὺς στρατευομένους δεῖ εὐκρινεῖν. Nihilo magis hoc in Chersoneso quam in Asia scire poterant, et ubique scire possunt, qui eligunt, bene delectum faciendum esse; inusitatum εὐκρινεῖν. Scrib.: ὅτι τοὺς στρατευσομένους μόνους δεῖ ἐγκρίνειν. In Europam ii soli transituri

erant, qui expeditionis participes futuri. *Μόνους* excidit post litteras *μενους*.

Ibd. 3, 3: *ὁ δ' Ἀγησίλαος διαλλάξας Μακεδονίαν εἰς Θετταλίαν ἀφίκετο.* Nihil est *χώραν τινὰ διαλλάττειν*. (Plat. soph. p. 223 D *διαλλαττόμενον* dicitur, quod emendo vendendoque permutatur.) Scrib.: *διάξας*, celeriter transcursa Macedonia.

Ibd. 3, 23 sublato priore *οἱ δέ*, quod additum est non intellecta partitionis ratione, scribendum est: *καὶ ἀποχωροῦντες οἱ μὲν διὰ τὴν δυσχωρίαν ἔπιπτον καὶ* (vulg. *ἔπιπτον, οἱ δὲ καὶ*) *διὰ τὸ μὴ προορᾶν τὰ ἔμπροσθεν, οἱ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν βελῶν, ἐνταῦθα κ. τ. λ.*

Ibd. 4, 17 Lacedæmonii et peltastas contemnebant et suos socios, qui peltastis terga dederant: *καὶ γὰρ οἱ Μαντινεῖς βοηθήσαντές ποτε ἐπεκδραμόντες πελτασταῖς ἐκ τοῦ ἐπὶ Λέχαιον τείνοντος τείχους κ.τ.λ.* Scrib.: *βοηθήσαντές ποτε ἐπ' ἐκδραμόντας πελταστὰς ἐκ τοῦ ἐπὶ Λ. τ. τ.*

Ibd. 5, 5 scrib.: *Οἰνόην τό τε ἐντετειχισμένον τεῖχος αἱρεῖ.* Vulgo omittitur *τέ*.

Ibd. 7, 6: *ἦν δ' ὅτε (Ἀγησίλαος) οἰχομένων τῶν πλείστων Ἀργείων εἰς τὴν Λακωνικὴν οὕτως ἐγγὺς πυλῶν προσῆλθεν, ὥστε κ. τ. λ.* Non poterant in illo rerum statu, qui describitur, plerique Argivorum in Laconicam abire (cum præsertim *οἴχεσθαι εἰς Λ.* expeditionem bellicam non significet). Scrib.: *εἰς τὴν Σαρωνικήν*, intellegendumque de festo die Dianæ *Σαρωνίας* (Pausan. II, 30, 7 et 32, 10.)[1])

---

[1]) Ibd. 8, 5 satis certum est, restituendum esse e codicibus, eiecta Schneideri et Dindorfii interpolatione *ὅτι καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ . . . καὶ Τῆμνος, οὐ μεγάλη πόλις, καὶ Αἰγαιεῖς* (incolæ pro urbe) *καὶ ἄλλα χωρία δύνανται οἰκεῖν οὐκ ὑπήκοοι ὄντες βασιλέως.* Sed quid lateat in *γέ*, quod codices ante *χωρία* addunt, nescio.

Ibd. 8, 31: *καὶ αἱ ἄλλαι Ἑλλησπόντιαι πόλεις φίλου ὄντος αὐτοῖς Φαρναβάζου εὖ ἔχοιεν.* Hoc nihil est nisi: et ceteræ urbes bene constitutæ essent, de quo non agitur. Scr.: *εὐνοοῖεν.*

Lib. V, 1, 19 pro *προσκομιζόμενος* scr. *προκομιζόμενος* (provehens).

Ibd. 4, 21 videtur scribendum: *καὶ οὐ δὴ πάντ' ἐποίησεν ὥστε λαθεῖν* (pro *οὐδὲ ταῦτ' ἐποίησεν*): ac nimirum multum abfuit, ut latere valde studeret. (Volebat enim conspici.)

Lib. VI, 1, 10 scribendum: *πάντες οἱ* (pro *ὅσοι*) *Λακεδαιμονίοις πολεμοῦντες.* (Ex *εσοι* natum *εσοσοι.*)

Ibd. § 13 scribendum: *ἐὰν δέ σοι μὴ δοκῶσιν ἱκανῶς βοηθεῖν, οὐκ ἤδη ἀνέγκλητος ἂν δικαίως εἴης, εἰ* (codd. et edd. *ἐν*) *τῇ πατρίδι, ἥ σε τιμᾷ, καὶ σὺ πράττοις τὰ κράτιστα;*

Ibd. § 15 e codicum vestigiis efficitur: *ἱκανὸς γάρ ἐστι . . ., ὅταν σπεύδῃ, ἄριστον καὶ δεῖπνον ἅμα ποιεῖσθαι*, prandium et cœnam coniungere, semel cibum, non bis capiens.

Ibd. 2, 28 neque *ἐπανάγειν τὸ κέρας* quicquam ad hunc locum aptum significat neque *κατὰ κέρας*. Nam quoniam omnes naves æque longe a terra abire debebant, non *κατὰ κέρας*, sed *κατὰ μέτωπον* enavigandum erat certoque loco omnes naves circumagendæ. Puto Xenophontem dedisse: *ἐπανήγαγεν ἄντικρυς ἀπὸ τῆς γῆς.*

Ibd. § 32. Barbarum *εὕρετο ὅπως μήτε . . . ἀνεπιστήμονας εἶναι . . . μήτε . . . βραδύτερόν τι ἀφικέσθαι*, Græcum *εὕρετο ὥστε μήτε . . . ἀνεπιστήμονας εἶναι κ. τ. λ.* (VII, 4, 11: *καταπρᾶξαι ὥστε τοὺς φυγάδας μένειν.*)

Ibd. 4, 8: *Εἰς δ' οὖν τὴν μάχην τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις πάντα τἀναντία ἐγίγνετο, τοῖς δὲ πάντα καὶ ὑπὸ τῆς τύχης κατωρθοῦτο.* Non omnia ea, quæ contraria (nescio quibus) essent ac diversa, Lacedæmoniis eve-

nerunt, sed omnia adversa, id est: *πάντα ἐναντία ἐγίγνετο.*

Ibd. § 14 in his: *οἱ μὲν ἵπποι* latere videtur altera vox æque rara et ignota atque *συμφορεῖς*, fortasse ipsum *οἱ μένιπποι.*

Ibd. § 23 non Græcum *ἐκγίγνεσθαι τοῦ ζῆν* pro *ἀπογίγνεσθαι* (sine *τοῦ ζῆν*) et ridiculum, qui mori cogantur, cum desperatione pugnaturos. Respondet *εἰ ἀναγκάζοιντο* superiori *ἐπεὶ ἐν ἀνάγκῃ ἐγένεσθε.* Deleto igitur additamento scribendum: *καὶ Λακεδαιμονίους ἄν, εἰ ἀναγκάζοιντο, τοῦ ζῆν ἀπονοηθέντας διαμάχεσθαι,* cum vitæ desperatione. *Ἀπονοεῖσθαι* cum genetivo construitur ut *ἀπογιγνώσκω* apud Lysiam; est enim *μὴ ἀντέχεσθαι μηδὲ φείδεσθαι.*

Ibd. § 24: *εἰ δὲ ἐπιλαθέσθαι, ἔφη, βούλεσθε τὸ γεγενημένον πάθος, συμβουλεύω ἀναπνεύσαντας καὶ ἀναπαυσαμένους . . . οὕτως εἰς μάχην ἰέναι.* Hæc non ad oblivionem damni, sed ad reparationem spectant; nec ferri *ἐπιλαθέσθαι τὸ πάθος* (acc.) potest. Scrib.: *ἐξιάσασθαι.*

Ibd. § 27: *φοβούμενος, μή τινες . . . πορεύσοιντο.* Scr.: *πορεύοιντο* (ut statim *εἴργοιεν*).

Lib. VII, 1, 28: *Λεγόντων δὲ Ἀθηναίων μέν, ὡς χρεὼν εἴη αὐτοὺς* (auxiliares a Dionysio missos) *εἰς Θετταλίαν τἀναντία Θηβαίοις, Λακεδαιμονίων δέ, ὡς εἰς τὴν Λακωνικήν, ταῦτα ἐν τοῖς συμμάχοις ἐνίκησεν.* Desideratur infinitivus, quem Dindorfius ex levissimæ fidei codice Veneto post *αὐτούς* supplevit *ἰέναι.* Nemo tamen Græce dixit *ἰέναι τἀναντία τινί* (cum articulo); sed in hoc ipso *τἀναντία* inest, quod quæritur: *ἐς Θετταλίαν ἀπαντᾶν Θηβαίοις.*

Ibd. 2, 2: *Φλιάσιοι . . . ὅμως ἐβοήθησαν αὐτοῖς* (*τοῖς Λακεδαιμονίοις*), *καὶ διαβαίνειν τελευταῖοι λαχόντες εἰς Πρασιὰς τῶν συμβοηθησάντων,* (*ἦσαν δὲ οὗτοι Κορίνθιοι . . . Σικυώνιοι καὶ Πελληνεῖς, οὐ γὰρ πω*

ιότε ἀφίστασαν,) ἀλλ' οὐδ' ἐπεὶ ὁ ξεναγὸς τοὺς προδιαβεβῶτας λαβὼν ἀπολιπὼν αὐτοὺς ᾤχετο, οὐδ' ὣς ἀπεστράφησαν κ. τ. λ. Apparet, post parenthesin, de cuius terminatione neque per se neque propter § 11 ulla dubitatio est, ante ἀλλ' οὐδ' desiderari aliquid; id huiusmodi fuit: οὐχ ὅπως ἀπέστησαν, ἀλλ' οὐδ' ἐπεὶ κ. τ. λ., etsi verbum aliud fuit (ἀπέλιπον, ἀπῄεσαν, cet.).

Ibd. § 8 scribendum est: τῶν δ' ἔνδοθεν οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ τείχους (sic Leunclavius pro ἐπὶ τὸ τεῖχος), οἱ δὲ καὶ ἔσωθεν (pro ἔξωθεν) ἔτι ἀναβαίνοντες τοὺς ἐπὶ (vulgo: ἀναβαίνοντας ἐπὶ) ταῖς κλίμαξιν ὄντας ἔπαιον, οἱ δὲ cet.: eorum, qui intus ad murum defendendum accurrerant, alii iam in muro stantes, alii etiamtunc ex interiore parte adscendentes eos, qui (ab exteriore parte) ad scalas (quibus evaserant) erant, feriebant, cet. His, qui ἐπὶ ταῖς κλίμαξιν erant (quod apparet non longe separari ab ἐπὶ τῶν κλιμάκων), contrarii sunt οἱ ἀναβεβηκότες in proximo versu.[1])

Ibd. § 17 scriptum fuisse opinor: χαλεπῶς μὲν τιμὴν πορίζοντες, χαλεπῶς δὲ τοὺς κομίζοντας (pro πορίζοντας) διαπραττόμενοι, γλίσχρως δ' ἐγγυητὰς καθιστάντες τῶν ἀξόντων ὑποζυγίων. Difficulter, qui portarent (iumenta portantia regerent et comitarentur), inveniebant.

Ibd. 4, 11: οὐκ ἐδύναντο καταπρᾶξαι ὥστε τοὺς τῶν Φλιασίων φυγάδας μένειν ἐν τῷ Τρικαράνῳ ὡς ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει ἔχοντας. Insolentissimum ἔχω ὡς ἐν τῇ ἐμαυτοῦ πόλει. Scr.: ὡς ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει οἰκοῦντας.

Ibd. § 20: νομίζοντες οὕτως ἂν μάλιστα ἀπολαβεῖν

---

[1]) Ibd. § 16 πρόξενον appellativum esse et ordo verborum ostendit (alioquin dixisset Πρόξενον τὸν Πελλ.) et res. Laudatur enim memoria hospitii in bello servata. Captivos omnino ἄνευ λύτρων dimittere Græcis in mentem non veniebat, ne laudare quidem factum.

τοὺς Ἀρκάδας, εἰ ἀμφοτέρωθεν πολεμοῖντο. Non agebatur de intercipiendis Arcadibus, sed de efficiendo, ut desisterent ab Eleis vexandis. Scribendum videtur: *οὕτως ἂν μάλιστα ἀποκαμεῖν τοὺς Ἀρκάδας* (fatigatum iri).

Ibd. 5, 2 oratio sic interpungenda: *Τί γὰρ δὴ πολεμεῖν ἡμᾶς βούλονται; ἢ* (pro *ἢ*) *ἵνα —;*

Hellenica excipient Cyri **expeditionis** libri, in quibus neque multa et pleraque parva addere potui ceterorum curis, qui eos nuper multi tractarunt, nonnulli quidem paulo severius et curiosius omnia exigentes. Codicum discrimen paulo certius est, ita tamen ut meliores præter multa communia menda et quædam propria (ut V, 7, 22, VII, 6, 41) etiam interpolationem suam habeant (V, 7, 26 annotationem e margine, scriptoris aliquot verbis omissis), et ut in eo, qui præter ceteros eminet, Parisiensi (C) vestigia veri rasura et secunda manus sæpe subtraxerit aut obscurarit (ut I, 9, 29, ubi tenui indicio Dindorfius egregie usus est).

Lib. I, 5, 11: *Ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐνταῦθα τῶν τε τοῦ Μένωνος στρατιωτῶν καὶ τῶν τοῦ Κλεάρχου ὁ Κλέαρχος κρίνας ἀδικεῖν τὸν τοῦ Μένωνος πληγὰς ἐνέβαλεν.* Ex ipsis verbis (*τὸν τοῦ Μέν.*) apparet, unum Menonis militem cum uno Clearchi litigasse. Itaque scribendum: *τῶν τέ του Μένωνος ... καὶ τῶν του Κλεάρχου.* Nec nimis hoc ambiguum; nam contra consuetudinem in prima mentione Menonis et Clearchi (in hac narratione) articulus additur, recte idem additus in narratione de iis persequenda (*ὁ Κλέαρχος*). Ordinis huius (*τῶν τις στρατιωτῶν*), quem Herodotus frequentat, exemplum ex ipsa anabasi (II, 5, 32) et alterum Isocratis posui synt. Gr. § 218 a.

Ibd. 8, 5: *Ἀριαῖός τε ὁ Κύρου ὕπαρχος.* Præfectos (*ὑπάρχους*) plures Cyrum habuisse credo; Ariæus proprie *ἵππαρχος* fuit (c. 9, 31: *τοῦ ἱππικοῦ ἄρχων*), et sic eum hic quoque appellatum puto.

Ibd. § 15: *ὁ δὲ ἐπιστήσας εἶπε κ. τ. λ.* Non puto

tantillæ rei causa Cyrum milites consistere iussisse, sed ipsum paulisper substitisse: *ἐπιστάς*.[1])

Lib. II, 1, 6: *πολλαὶ δὲ καὶ πέλται καὶ ἅμαξαι ἦσαν φερέσθαι ἔρημοι.* Si Xenophon *πέλτας* nominasset, coniunxisset superiore versu cum *τοῖς γέρροις καὶ ταῖς ἀσπίσι*, non cum curribus. Suspicor Xenophontem reliquisse: *καὶ πλεκταὶ ἅμαξαι.* (§ 5 victores universe Græce dicuntur *οἱ μάχῃ νικῶντες*, non *μάχην*, etsi pervagatum est *οἱ τὴν μάχην νικῶντες*, *μεγάλην μάχην νικᾶν.*)

Ibd. 3, 12: *καὶ ἐτάχθησαν μὲν πρὸς αὐτὸ οἱ τριάκοντα ἔτη γεγονότες*, hoc est, ab illo inde anno, qui eum superaverant, etsi fere *οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη γεγ.* appellantur. Sed cur iuniores hoc labore liberi erant? Et sequitur: *προσελάμβανον καὶ οἱ πρεσβύτεροι.* Itaque significari debent *οἱ νεώτεροι* aut *νεώτατοι* (VII, 4, 6), hoc est, qui nondum triginta annos nati erant aut saltem non plus. Hi sunt *οἱ εἰς τριάκοντα ἔτη* (VII, 3, 46), *οἱ μέχρι τριάκοντα ἐτῶν* (VI, 4, 25). Hic quoque igitur aut *οἱ εἰς τρ. ἔτη γεγ.* aut potius *οἱ τριάκοντα ἔτη μὴ γεγ.* scriptum fuit.

Ibd. 4, 1 scrib.: *ἀφικνοῦνται πρὸς Ἀριαῖον . . . καὶ πρὸς τοὺς σὺν ἐκείνῳ Περσῶν τινας* (pro *τινές*) *παρεθάρρυνόν τε κ. τ. λ.*

Ibd. § 10: *ἐστρατοπεδεύοντο δὲ ἑκάστοτε ἀπέχοντες ἀλλήλων παρασάγγην καὶ μεῖον.* Scrib.: *καὶ πλεῖον.* Alterum ridiculum est (aut minus; id est, fortasse prorsus non distantes).

Ibd. 5, 5: *τοὺς οὔτε μέλλοντας οὔτ' αὖ βουλομένους.* Pravum *αὖ*. Scr.: *οὔτ' ἂν βουλομένους.* (*Οὔτε μέλλουσιν οὔτ' ἂν βούλοιντο.*) (§ 18 e codd. et superio-

[1]) Cap. 9, 27 nullam rationem habet hæc varietas: *ὅπου δὲ χιλὸς σπάνιος πάνυ εἴη, αὐτὸς δ' ἐδύνατο παρασκευάσασθαι.* Recte codex C *δὲ δύναιτο.*

ribus edd. revocandum *βουλοίμεθα*. *Ὁπόσοι ἂν βούλωνται, μαχοῦμαι*, de condicione aut rei definitione præcedente dicitur; *ταμιεύομαι, ὁπόσοις βούλομαι* aut *ἂν βουλοίμην*, in deliberando.)

Ibd. 6, 11: *Καὶ γὰρ τὸ στυγνὸν τότε φαιδρὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς προσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι*. Non potest ad ipsum Clearchum referri plurale illud *προσώποις*. Codd. meliores *ἐν τοῖς ἄλλοις πρ.*, recte, opinor: inter ceteros vultus, in quibus timor apparebat.

Lib. III, 1, 26: *ὅτι φλυαροίη, ὅστις λέγοι ἄλλως πως σωτηρίας ἂν τυχεῖν ἢ βασιλέα πείσας, εἰ δύναιτο*. Nemo de sua solius salute loquebatur, sed de exercitus. Scr.: *ἢ βασιλέα πεῖσαι εἰ δύναιντο*.

Ibd. 2, 34 simpliciter recipienda erat scriptura codicis C primæ manus, e qua interpolando ceteræ natæ sunt: *ἀκούσατε, ὧν προσδοκεῖ μοι*: audite, quæ præterea mihi videntur (placent). Attractio est nominativi pronominis relativi neutri generis, quam interdum (quod in neutro genere nominativus et accusativus idem est) accidere dixi synt. Gr. § 103 n. 2. (Add. Plat. de rep. V p. 465 D: *ὧν τούτοις ὑπάρχει*, Demosth. XXIV, 82: *τῶν ὁσίων. ὁπόσων διπλασιάζεται*. Apud Plat. de legg. I p. 644 A scribendum e codicibus: *ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνεται* pro: *ὡς ἐμοί*. In singulari numero idem accidit apud Platonem Phædon. p. 69 A: *ὅμοιόν ἐστι ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο*, apud Herod. V, 92, 16. In Platonis Protag. p. 319 C attractionem patitur accusativus ille quidem, sed pro subiecto positus: *περὶ ὧν οἴονται ἐν τέχνῃ εἶναι*, hoc est: *περὶ τούτων, ἃ οἴ. ἐν τ. εἶναι*, quem locum recte Kroschelius enarravit, secus Sauppius.)

Ibd. 4, 16: *καὶ οὐκέτι ἐσίνοντο οἱ βάρβαροι· μακρότερον γὰρ οἵ τε Ῥόδιοι* (sic codices; edd. om. *τε*) *τῶν Περσῶν ἐσφενδόνων καὶ τῶν πλείστων τοξοτῶν*. Vitium subesse præter *τέ* ostendit res; nam Rhodii funditores recte sua arte Persas adversarios superasse dicuntur, inepte

cum sagittariis et quidem plerisque comparantur; contra prave omittuntur Græcorum sagittarii cum Rhodiis coniuncti. Accedit codicis C indicium, in quo *πλείστων* secunda demum manus addidit. Scribendum ad hanc formam: *μακρότερον γὰρ οἵ τε Ῥόδιοι τῶν Περσῶν ἐσφενδόνων καὶ τῶν τοξοτῶν οἱ Κρῆτες ἐτόξευον.* A *τοξοτῶν* aberravit oculus ad *ἐτόξευον*, quasi id iam scripsisset. Iam recte alia de sagittariis subiunguntur.

Ibd. 4, 21: *Οὗτοι δὲ παρευόμενοι, ὁπότε μὲν συγκύπτοι τὰ κέρατα, ὑπέμενον ὕστεροι, ὥστε μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς κέρασι, τότε δὲ παρῆγον ἔξωθεν τῶν κεράτων· ὁπότε δὲ διάσχοιεν αἱ πλευραὶ τοῦ πλαισίου, τὸ μέσον ἂν ἐξεπίμπλασαν κ. τ. λ.* Primum scribendum *οὗτοι δ' ἐπιπορευόμενοι*, in quo cardo rei vertitur; nam *ἐπορεύοντο* omnes; deinde respondent inter se *ὁπότε μὲν συγκύπτοι* et *ὁπότε δὲ διάσχοιεν*, inter quæ nihil apti loci habet *τότε δέ*. Recte igitur codices meliores: *τοὺς δέ*. Si convergebant cornua, remanebant cohortes illæ subsidiariæ, partem etiam suorum extra latera cornuum convergentium mittebant (liessen einen Theil der Mannschaft ausserhalb der Flanken des Carrés an seiner Seite marschiren).[1])

Lib. IV, 5, 8: *παρατρέχειν τινί* nihil est; nec minus ineptum, si absolute accipitur, prætercurrere. Valde vereor, ne quis hoc addiderit, succurrere accipi volens. Dativus pendet a *διδόντας*.[2])

Ibd. § 18. Inepta et per se causæ significatio in *ἅτε ὑγιαίνοντες*, et satis ex narratione patet, non omnes valuisse. Scripserat Xenophon: *ἔνθα δὴ οἱ ὀπισθοφύλακες*

---

[1]) § 48 e codicibus scribendum: *μόλις ἑπόμενος*, ipse propter gravia arma vix subsequens. Milites vix sequentes Xenophon frustra iussisset *παριέναι*.

[2]) Cap. 2, 13 *καὶ* ante *πάλιν* notaveram. Video iam a Kruegero notatum.

οἵ τε ὑγιαίνοντες ἐξαναστάντες ἔδραμον εἰς τοὺς πολεμίους, οἵ τε (pro *δέ*) *κάμνοντες ἀνακραγόντες . . . τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ δόρατα ἔκρουσαν.*

Ibd. § 28 ex hac meliorum codicum scriptura: *ἢν ἀγαθόν τι τὸ στράτευμα πεζῇ ἡγησάμενος φαίνηται, ἔστ' ἂν ἐν ἄλλῳ ἔθνει γένωνται* (pro qua manifesta interpolatione substitutum est, quod editur ex ceteris: *τῷ στρατεύματι ἐξηγησάμενος φαίνηται*, in quo nihil est *ἐξηγεῖσθαι στρατεύματι ἀγαθόν τι*) efficiendum videtur: *ἢν ἀγαθόν τι τὸ στράτευμα ῥέξῃ ἢ ἡγησάμενος φαίνηται. ἔστ' ἂν κ. τ. λ.* Vetera et poetica verba notum est Xenophontem interdum posuisse, ut in hoc opere *ἀπερύκω* (postea Polybius), *ἀρήγω*, *ἀλέξασθαι* (etiam Herodotus), *ἠλίβατος* (postea Polybius, Strabo), *θαμινά*, *θύρετρα*, *λύειν* pro *λυσιτελεῖν*, *ματεύω*, *μείων* sæpe, *πέπαμαι*, *τελέθειν*, *τλήμων*.

Ibd. § 35. Ridicule equus *παλαίτερος* datur, non ut mactetur, sed ut educatur (*ἀναθρέψαντι*) et mactetur. Dedit eum Xenophon *τῷ κωμάρχῃ ἀναστρέψαντι καταθῦσαι* (cum domum redisset).

Ibd. V, 1, 4: *Φίλος μοί ἐστιν, ὦ ἄνδρες, Ἀναξίβιος, ναυαρχῶν δὲ καὶ τυγχάνει.* Neque adiectio hæc est (*καί*), sed res ipsa, neque *καί* ad *τυγχάνει*, sed ad *ναυαρχῶν* adiungendum erat. Fuitne: *ναυαρχῶν δ' οὐχ ἑκὰς τυγχάνει?* Utitur illo adverbio Thucydides ter.

Ibd. 4, 34: *ἔν τε γὰρ ὄχλῳ ὄντες ἐποίουν, ἅπερ ἂν ἄνθρωποι ἐν ἐρημίᾳ ποιήσειαν.* Homines quidem illi quoque erant. Ex *ἅπερ ἂν οἱ λοιποί* ortum *ἅπερ ἄνθρωποι.* Sic enim codices, non *ἅπερ ἂν ἄνθ.*

Ibd. 6, 2: *καὶ ἠξίουν Ἕλληνας ὄντας Ἕλλησι τούτῳ πρῶτον καλῶς δέχεσθαι, τῷ εὔνους τε εἶναι κ. τ. λ.* Nihil ex iis, quæ ad dativum explicandum afferunt, sufficit. Videtur scribendum *ξενοῦσθαι* pro *δέχεσθαι.*

Ibd. 6, 31: καὶ αὐτός τε παύομαι ἐκείνης τῆς διανοίας καὶ ὁπόσοι πρὸς ἐμὲ προσῆεσαν . . ., ἀναπαύεσθαί φημι χρῆναι. Non requiescere (ἀναπαύεσθαι), sed desistere (παύεσθαι) iubet; et necessario post αὐτός τε παύομαι idem verbum requiritur. Scripsit igitur Xenophon: ἅμα παύεσθαι.[1])

Lib. VI, 1, 11: πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι. Scrib.: αὐλούμενον. Sympos. 9, 3.

Ibd. § 17: καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Ἁρμήνῃ ἔμειναν οἱ στρατιῶται ἡμέρας πέντε. Mire demonstrativum additur, quasi caveatur, ne alia Harmene intellegatur. Scripserat Xenophon: καὶ ἐνταῦθα ἔμειναν κ. τ. λ. Adscriptum declarandi causa ἐν τῇ Ἁρμήνῃ. Hinc natum, quod in codicibus est.

Ibd. § 23: Καὶ ὅτε ἐξ Ἐφέσου ὡρμᾶτο . . ., ἀετὸν ἀνεμιμνήσκετο ἑαυτῷ δεξιὸν φθεγγόμενον, καθήμενον μέντοι, κ. τ. λ. Et usus loquendi (in casu verbi) et codicum meliorum vestigia, in quibus est: ἀετὸν ἀνεμιμνήσκετο ἑαυτὸν δεξιὸς φθεγγόμενος, καθήμενον μέντοι, hanc postulant scripturam: ἀετοῦ ἀνεμίμνησκε τότε ἑαυτὸν δεξιὸν φθεγγομένου, καθημένου μέντοι.

Ibd. § 30 videtur olim fuisse: ὅτι γελοῖον εἴη· ἐπεί, οὕτως ἔχον, ὀργιοῦνται Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐὰν κ. τ. λ.

Ibd. 2, 10. Arcades et Achæi non Lacedæmoniorum causam suscipiebant, sed Chirisophum quoque Lacedæmonium ducem recusabant, quod nullas copias haberet proprias. Itaque scribendum: ὡς αἰσχρὸν εἴη ἄρχειν Ἀθηναῖον (vulgo ἄρχειν ἕνα Ἀθ.) Πελοποννησίων ἢ καὶ Λακεδαιμόνιον μηδεμίαν δύναμιν παρεχόμενον εἰς τὴν στρατιάν (vulgo Πελοποννησίων καὶ Λακεδαιμονίων,

[1]) Cap. 8, 13 necessario e cod. B scribendum δι' ἡμῶν et ob participia arctissime adiuncta et quod significatur nostra opera. Mirus tamen codicum reliquorum error.

μηδεμίαν κ. τ. λ.). Ἕνα, quod sententiam turbat (neque enim de numero agitur, sed de civitatum comparatione), natum est litterarum geminatione.

Ibd. 5, 2 opinor fuisse: ἐθύετο ἐξόδια (hoc est ἐπ' ἐξόδῳ, ut σωτήρια, alia).

Ibd. § 4: Ἐπεὶ δ' οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ στρατιῶται ἀπέλιπον αὐτούς, αἰσχυνόμενοι μὴ ἕπεσθαι, τῶν ἄλλων ἐξιόντων, κατέλιπον αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη. Non αὐτοὺς (τοὺς στρατηγοὺς) deserebant, sed Neonem, quo duce remanere iussi erant. Mendum arguit etiam hic concursus: ἐπεὶ ἀπέλιπον . . ., κατέλιπον. Fuit ἀπέκναιον αὐτοὺς aut simile verbum, obtundendi et precibus fatigandi significationem habens.

Lib. VII, 3, 21. Codices, qui meliores esse solent, et editiones post Schneiderum habent: ἔπειτα δὲ τρίποδες εἰσηνέχθησαν πᾶσιν· οὗτοι δ' ἦσαν κρεῶν μεστοὶ νενεμημένων κ. τ. λ., reliqui codices: ἔ. δ. τ. ε. πᾶσιν, οὗτοι δ' ὅσον εἴκοσι κρεῶν μ. ν., quorum testimonium confirmat Athenæus bis hæc citans (II p. 49 B, IV p. 151 A) et (præterquam quod nemo illum numerum de suo illaturus erat) aperte ipse Xenophon; nam aut suam cuique mensam illatam eum narrasse apparet (quod tamen non satis exprimitur illo πᾶσιν) aut omnibus convivis certum (minorem) mensarum numerum; verum autem hoc posterius esse, ostendunt, quæ sequuntur: μάλιστα δ' αἱ τράπεζαι κατὰ τοὺς ξένους ἀεὶ ἐτίθεντο. Sed tamen alterorum codicum et Athenæi scriptura manifesto vitiosa est in illo οὗτοι δέ. Scripserat Xenophon primum: πᾶσιν . . . ὅσον εἴκοσι. His interiecta erat convivarum numeri indicatio: (. . . δ' ἦσαν); quis numerus sub οὗτοι lateat, nescio.

Ibd. § 47: ἀλλὰ γὰρ ἔρημοι οἱ ἱππεῖς οἴχονταί μοι ἄλλος ἄλλῃ διώκων. Non equites deserti erant, sed rex ipse, a quibus illi discesserant: ἀλλὰ γὰρ ἐρήμῳ οἱ ἱππεῖς οἴχονταί μοι.

Ibd. 6, 30: *Εἰ δὲ δὴ ὁ συμπαρέχων ὑμῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν μὴ πάνυ πολὺν μισθὸν προσετέλει τῆς ἀσφαλείας, τοῦτο δὴ τὸ σχέτλιον πάθημα καὶ διὰ τοῦτο οὐδαμῇ οἴεσθε χρῆναι ζῶντα ἐμὲ ἀνεῖναι;* Non agitur de mercede securitatis, sed præter securitatem mercedem postulabant: *εἰ μὴ . . . μισθὸν προσετέλει τῇ ἀσφαλείᾳ* (dativo ad præpositionem adiuncto). De erroris genere dictum p. 67 et ad Thucyd. II, 83, 1.

In **Cyropædia** quoque haud pauca menda non solum suspicione attingere, sed certis etiam indiciis arguere possis, ad quæ tollenda nihil est satis firmi adiumenti in codicum scriptura interdum mire perturbata et interpolata (velut I, 4, 22, V, 2, 33, cuius loci pravitatem Schneiderus recte notavit). Ab huiusmodi mendo, quod latuit, coarguendo incipiam, post tantum ea persecuturus, quibus aliquid opis afferre possim. Nam

Lib. I, 4, 18 scribitur vitiose: *Ὁ δὲ Κῦρος . . . ἐκβοηθεῖ καὶ αὐτὸς πρῶτον τότε ὅπλα ἐνδύς, οὔποτε οἰόμενος· οὕτως ἐπεθύμει αὐτοῖς ἐξοπλίσασθαι.* Et arma se aliquando sumpturum satis norat et putaverat Cyrus (neque enim verba significant, nondum id fore putasse; et debebat esse *οἰηθείς*), et *οὕτως ἐπεθύμει* (adeo cupiebat) ostendit ante aliquid significatum esse, quod studio se armandi omiserit. Suspicor scriptum fuisse, *οὐ προθεώμενος*, non ante contemplans; nam spectaculo fruendi studium altera cupiditas excludebat.

Ibd. 5, 3: *καὶ πρὸς Παφλαγόνας καὶ Ἰνδοὺς καὶ πρὸς Κᾶρας καὶ Κίλικας.* Alienissimi hinc Indi. Videtur Xenophon *Βιθυνοὺς* nominasse; nam etiam *Σίνδοι* nimis remoti videntur, longe tamen Indis aptiores.

Ibd. 6, 5. Neque *ἀφυλακτοῦντας* (quod solum respondere soli *ἐπιμελομένους* debet) genetivum recte habet et nimis infinite dicitur illud *παρέχοντας τοιούτους ἑαυτοὺς οἵους δεῖ* et prave pondus incumbit in *παρέχοντας*. Scribendum: *καὶ ἐπιμελομένους ἀσφαλέστερον διάγειν*

ἀφυλακτοῦντας, τούτων πέρι παρέχοντας οὖν τοιούτους ἑαυτοὺς οἵους δεῖ κ. τ. λ.[1])

Ibd. § 8: *οὓς, ἔφη, ἐγὼ αἰσθάνομαι ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἡμετέρων φίλων τούτων ἡγουμένους, δεῖν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων διαφέρειν κ. τ. λ.* Si hoc verum esset, apud Platonem de rep. VI p. 498 C legeretur: *οἶμαι μέντοι τοὺς πολλοὺς . . . ἀντιτείνειν, οὐδ' ὁπωστιοῦν πεισομένους, ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενος.* Sed scribitur ibi recte *ἀρξαμένους*, itemque apud Demosthenem IX, 22 non: *ὁρῶ συγκεχωρηκότας ἅπαντας ἀνθρώπους, ἀφ' ὑμῶν ἀρξάμενος*, sed *ἀρξαμένους*. Nam cum aliquid de pluribus ita dicimus Græce, ut aliquem non ex eo numero excipiamus sed comprehendamus et primo loco ponamus (inde ab aliquo), non de nobis iudicantibus *ἀρξάμενοι* dicitur (— et debebat tum esse *ἀρχόμενοι* —), sed de illis, in quibus aliquis numeratur. Exemplorum copiam dabit Matthiæus gr. Gr. § 557 (p. 1298 ed. III) quosque ille citat, aliique (Stallb. ad Plat. Theæt. p. 171 B, ad sympos. p. 173 D). Itaque hic quoque scribendum: *οὓς ἐγὼ αἰσθάνομαι, ἀ ρ ξ α μ έ ν ο υ ς ἀπὸ . . . τούτων, ἡγουμένους.* Idem mendum ex Isocratis orat. de pace 104 sustulit codex Urbinas, *ἀρξαμένους* præbens.

Ibd. § 9 et codices boni et sententia scribi iubent: *ὅτι δὲ πολλῶν μὲν σοὶ δεήσει, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα νῦν ἀνάγκη δαπανᾶν ἐκεῖνον, οὐ γιγνώσκεις;*

Ibd. § 11 tollendum est alterum *ἔχοντα*, errore ex superiore versu ante *πειρᾶσθαι* repetitum, ut scribatur: *ἔχοντα δύναμιν, ᾗ ἔστι μὲν φίλους εὖ ποιοῦντα ἀντωφελεῖσθαι, ἔστι δὲ ἐχθροὺς πειρᾶσθαι τίσασθαι.*

Lib. II, 1, 9 interroganti Cyaxaræ: *Τί μὴν ἄλλο ἐνορᾷς ἄμεινον τούτου;* Cyrus respondet: *Ἐγὼ μὲν ἄν,*

---

[1]) Cap. 6, 1 quod correxeram, præcepit Klotzius: *ὡς οὐδέν' ἂν λύσαντα.* Non agitur de animadvertendis ostentis, sed confidebant, quod nemo ea irrita facturus esset.

ἔφη ὁ **Κῦρος**, εἰ ἔχοιμι ὡς τάχιστα ὅπλα πᾶσι Πέρσαις τοῖς προσιοῦσιν, οἵαπερ κ. τ. λ. Cum non intellegeretur audiri ex interrogatione ἐνορῶ ἄμεινον (ἂν γιγνόμενον), additum est ἐποιούμην inter ὅπλα et πᾶσι, quod debebat esse ἐποιούμην ἄν, et tamen pravum est: εἰ ἔχοιμι, ἐποιούμην ἄν, et ridiculum, Cyrum, si haberet arma, facturum; neque enim aliter hic ἔχοιμι accipi potest. (Simile additamentum notabo III, 1, 24.)

De II, 2, 11 vid. p. 119. Ibd. § 25 verbo ζημιοῦν adiungendum esse accusativum, aut τὰς κοινωνίας, societates, aut τοὺς κοινωνούς aut fortasse, quoniam cod. G in ultima syllaba correctus est, κοινῶνας, video iam Hertleinium intellexisse.

Ibd. 3, 3: ἐν ἑαυτοῖς ἕκαστοι ἔχωσιν pro eo, quod est: ἐν ἑαυτοῖς τὰς ἐλπίδας ἔχωσιν, aut pro eo, quod est: οὕτως τὴν γνώμην ἔχωσιν, dici nequit. Puto scribendum: ἐν ἑαυτοῖς ἕκαστοι ἐ λ π ί ζ ω σ ι ν, εἰ μὴ . . ., ὡς οὐδὲν ἐσόμενον. Mox (§ 4) sic interpungenda oratio est: καὶ ὁ θεὸς οὕτως πως ἐποίησε τοὺς μὴ θέλοντας . . . ἐκπονεῖν τἀγαθά· ἄλλους αὐτοῖς ἐπιτακτῆρας δίδωσι (sic agit cum iis, qui cet.).

Ibd. 4, 17 e codd. (ἐξαγγείλῃ δή, ἐξαιτῇ δή) efficitur ἐξαγγείλῃ ἤδη.

Ibd. § 24: ἢν δ' αὖ ὑποχωρῇ τοῦ πεδίου, δῆλον ὅτι μεταθεῖν δεήσει. Quoniam significantur, qui ita cedant, ut in planitie tamen maneant, non ea excedant (nam de iis mox dicitur εἰς τὰ ὄρη φεύγειν), scribendum: ὑποχωρῇ τοῦ πεδίου π ο ι (που?), δῆλον ὅτι κ. τ. λ.

Lib. III, 1, 24. Tria genera timoris eundem effectum habere dicuntur, ut cibum somnumque capere homines nequeant, in ipsis autem tribus malorum generibus hic effectus desinere, ut iam edant dormiantque. Hæc sententia sic rectissime exprimitur: ὅτι οἱ μὲν φοβούμενοι, μὴ φύγωσι πατρίδα, καὶ οἱ μέλλοντες μάχεσθαι δεδιότες, μὴ ἡττηθῶσι, καὶ οἱ δουλείαν καὶ δεσμὸν φοβούμενοι,

οὗτοι μὲν οὔτε σίτου οὔθ' ὕπνου δύνανται λαγχάνειν διὰ τὸν φόβον, οἱ δὲ ἤδη μὲν φυγάδες, ἤδη δ' ἡττημένοι, ἤδη δὲ δουλεύοντες . . . δύνανται . . . ἐσθίειν τε καὶ καθεύδειν. Corrupit hæc aliquis interpositis post *μὴ ἡττηθῶσι*, de effectu scilicet timoris, duobus verbis *ἀθύμως διάγουσιν* cum manifesta tautologia et ita ut de exsilium clademve timentibus omnino non dicatur, quod dici debet, prætereaque his de quarto timoris genere: *καὶ οἱ πλέοντες, μὴ ναυαγήσωσι*, quod a Xenophonte non significatum esse apparet. Memorabile hoc est exemplum additamenti propter membrorum cohærentiam satis facilem non intellectam.

Ibd. 3, 21 scribendum e codd. A et G (ut in hoc opere, optimis): *καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, οὓς ἡγεῖτο, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς ὄντας ἡγεμόνας γενέσθαι.* Alioquin saltem scripsisset *καὶ ᾐτεῖτο ἵλεως*, non *οὕς*. (Cfr. § 22: *καὶ εἴτις ἄλλος θεὸς ὢν ἐφαίνετο.*)

Ibd. § 59: *ἅμα πορευόμενοι οἱ ὁμότιμοι φαιδροί, πεπαιδευμένοι, καὶ παρορῶντες εἰς ἀλλήλους . . . παρεκάλουν ἀλλήλους ἕπεσθαι.* Codd. duo optimi (A G) *φαιδροί τε.* Scrib. geminatis duabus litteris: *οἱ ὁμότιμοι φαιδροὶ οἵ τε πεπαιδευμένοι*: et illi, qui præter ipsos *ὁμοτίμους* disciplina adhibita in numerum recepti erant.

Ibd. § 62 scr.: *καὶ διὰ πάντων δὴ ὥσπερ παρεγγύῃ οὕτως ἐχώρει* pro: *ὥσπερ παρηγγύα.* Neque enim proprie *παρηγγύα* Cyrus, sed comparatio hæc est.

Ibd. § 66: *πρὸς τὰς εἰσόδους τοῦ ἐρύματος ἐτράποντο καὶ ἀπὸ τῶν κεφαλῶν τῶν ἔνδον.* Ineptum *καὶ* nec ullæ erant *κεφαλαὶ αἱ ἔνδον.* Desiderari verbum senserunt librarii, qui *ἔφευγον* (D) aut *ἔφυγον* (G mg.) addiderunt. Scr.: *καὶ ἀπὸ τῶν κεφαλῶν ἐπήδων* (*κατεπήδων*?).

Ibd. § 69: *παρηγγύησεν ἐπὶ πόδ' ἀνάγειν ἔξω βελῶν καὶ πείθεσθαι.* Nihil erat, cur iuberet obedire, quasi imperium recusassent. Scribendum certissime: *καὶ ὅπλα θέσθαι* (und eine Stellung zu nehmen).

Lib. IV, 2, 13 scr.: *Τί δ'; οὐκ ἄρ'* (pro *οὐ γάρ*)

ἀναμενεῖς, ἔφασαν, τοὺς ὁμήρους ἕως ἂν ἀγάγωμεν; (Omisso *τί δέ;* poterat dici: *Οὐ γὰρ ἀναμενεῖς;* Illo præmisso pravum est.)

Ibd. 3, 14 scribendum puto: *ὅ γε μὴν μάλιστ' ἄν τις φοβηθείη, μὴ δεήσει ἐφ' ἵππου κινδυνεύειν ἡμᾶς πρότερον πρὶν ἀκριβοῦν τὸ ἔργον τοῦτο, κἄπειτα μήτε πεζοὶ ἔτι ὦμεν μήτε πω ἱππεῖς ἱκανοί*, sublato *εἰ*, quod inter *μὴ* et *δεήσει* interponitur; neque enim rectum videtur: *μή, εἰ δεήσει . . ., κἄπειτα κ. τ. λ.*

Lib. V, 2, 5: *βοῦς, αἶγας, οἶς, σῦς, καὶ εἴ τι βρωτόν.* Debebat saltem dici *τι ἄλλο βρωτόν.* Sed codices A G a prima manu *ἄρρητον.* Latet: *καὶ εἴ τι ἀγρευτόν. Ἄγρευμα* et *ἀγρευτικός* pro *θήρευμα, θηρευτικός* (*θηρεύω* enim in prosa oratione frequentatur) Xenophon etiam alibi dixit.

Ibd. 3, 9: *καὶ πρῶτον μὲν οὕτω ποίει ὅπως ἂν* (sic ϶: *ἃ ἂν* pro *ἂν* Dind.) *αὐτὸς λέγῃ, εἰδῆτε· ἐπειδὰν δὲ συγγένῃ αὐτῷ κ. τ. λ.* Perversum plurale verbum *εἰδῆτε*, quoniam solus Gobryas explorare animum alterius iubetur, perversum *ἂν λέγῃ* (neque enim de verbis agebatur), perversissimum Gobryam iuberi scire, quid alter dicat, deinde cum eo colloqui (*ἐπειδὰν δὲ συγγένῃ αὐτῷ*). Accedunt in codicibus manifestissima interpolationis vestigia. Xenophon scripserat: *ὅπως ἂν αὐτοὶ ἦτε*: cura primum, ut soli sitis; deinde, cum hoc tibi contigerit, cet. Reliqua accesserunt ab iis, qui *αὐτοί* quid esset, non intellegebant. (Cfr. ad II, 1, 9, III, 1, 24.)

Ibd. § 12: *ὅτι ἐπὶ στράτευμα ἀπέρχονται καὶ κλίμακας.* Mira coniunctio exercitus et scalarum, et aderat exercitus. Apertius mendum § 16 propter pluralem numerum: *ὅπως ἄγοιεν τὰ στρατεύματα καὶ τὰς κλίμακας κομίζοιεν.* Suspicor *σκαφεύματα* utroque loco scriptum fuisse, fodiendi instrumenta.

Lib. VI, 2, 41: *πρὸς ἐμὲ πάντες συμβάλλετε.* Vix quisquam sic *συμβάλλειν* dixit; opinor fuisse: *συναλίζεσθε.*

Ibd. 3, 20 scribendum: *ἀλλ' οὔτοι* (pro *οὗτοι*) *ἂν εἰδεῖεν, εἰ οἱ κυκλούμενοι κυκλωθεῖεν* (nesciunt fortasse, num). Neque enim in minando poni potest *εἰδεῖεν ἂν* (fortasse cum suo malo scient).

Lib. VII, 1, 36: *εἰσπεσόντες παίουσιν ἀφορῶντας καὶ πολλοὺς κατακαίνουσιν. Ἀφορᾶν*, quod est e longinquo videre, pro eo, quod est aversum esse, dici posse prorsus fingitur. Scr.: *ἀποροῦντας*. Contra § 40, ubi est: *οὗτοι δὲ ἐπειδὴ ἠποροῦντο, παντόθεν κύκλον ποιησάμενοι . . . ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν ἐκάθηντο*, et res et adverbium *παντόθεν*, quod apud *κύκλον ποιησάμενοι* vitiose abundat, ostendunt, opinor, scribendum esse: *ἐπειδὴ ἠρημοῦντο παντόθεν, κύκλον ποιησάμενοι.*

Ibd. 5, 9 scribendum: *διαμετρησαμένους δὲ χρὴ ὡς τάχιστα τὸ μέρος ἑκάστους ἡμῶν ὀρύττειν τάφρον* pro *ἑκάστου*. Neque enim de singulorum parte, sed de populorum agitur; et solet dici absolute *τὸ μέρος* de sua cuiusque parte.

Ibd. § 25. Codices meliores: *οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τοῦ βασιλείου εἶεν ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ* (unus *κωμοδοκεῖ γὰρ ἡ*) *πόλις πᾶσα τῇδε τῇ νυκτί*. Videtur subesse: . . . *εἶεν ὡς ἐν κώμῳ· εὐωχεῖται γὰρ ἡ πόλις*. Certe, qui *γὰρ* tollunt aut *εἶναι* addunt, non probandi.

Ibd. § 56. Codices meliores: *νῦν δὲ ἐπεὶ οὖν τρόπῳ μόνῳ ἔχεις* (alii *οὐχ οὕτω τρόπον μόνον ἔχεις*), *ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἀνακτᾶσθαι δύνασαι οὓς καιρὸς εἴη, ἤδη καὶ οἰκίας σε τυχεῖν ἄξιον*. Non agitur de aliis conciliandis, sed de iis, quos placuerit, et moribus et aliis rebus conciliandis. Scrib.: *νῦν δ' ἐπεὶ οὐ τρόπῳ μόνῳ, ὃν ἔχεις, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἀνακτᾶσθαι δύνασαι οὓς καιρὸς, εἴη ἂν ἤδη . . . ἄξιον.*

Lib. VIII, 3, 8: *Ἤν μου κατηγορήσῃς, ὅτι αἵρεσίν σοι ἔδωκα, εἰς αὖθις ὅταν διακονῶ, ἑτέρῳ μοι χρήσει διακόνῳ*. Pro *ἑτέρῳ*, quod insolenter pro *ἑτεροῖος* dicitur

nec satis significanter, codex D, non raro veri index, ἐνῷ vel ἐρῷ. Fuitne ὅταν διακονῶ, νωθρῷ μοι χρήσει διακόνῳ, bis scripta syllaba νω?

Ibd. § 25. Mirifice in enumeratione, quis e quoque populo in certamine equestri vicerit, in ceteris nomen ponitur, de Syris sic scribitur: Σύρων δὲ ὁ προστατῶν. Sed codices D et M, cum Apostolio (proverb. XX, 18) consentientes, Σύρων δὲ τῶν πάντων Γαδάτας. Sed ne hoc quidem verum, sed: Σύρων δὲ τῶν ἀποστάντων Γαδάτας. Hinc natum et προστατῶν et τῶν πάντων. Nec erant apud Cyrum ex Syris nisi ea pars, quæ cum Gadata ad eum defecerat.

In **commentariis de Socrate,** quæ memorabilia appellari solent, perpauca et parva emendavi, quæ non alii præceperint.[1])

Lib. II, 1, 1 tollendum δέ post γνούς (præcedente τοιαῦτα).

Ibd. § 12: εἰ μέντοι . . . μήτε ἄρχειν ἀξιώσεις μήτε ἄρχεσθαι μήτε (sic codd., non μηδέ) τοὺς ἄρχοντας

---

[1]) Difficile est interdum legem eam tenere, quam mihi dixi, ne veteres et notas scripturas disputando attingerem, velut cum edi hic I, 3, 7 videam nunc ab omnibus ἀποσχόμενον τὸ . . . ἅπτεσθαι et ad hoc defendendum ex aliis Xenophontis locis proferri ὁ ἐμὸς ἔρως τὸ . . . ἐμὲ πιστὸν γενέσθαι et τὸ μὴ . . . σφάλλεσθαι ἐπιμέλεσθαι et cum his confundi, quod toto genere diversum est: οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐλθεῖν. Sed vincendus est animus et ad ea ablegandi lectores, quæ supra de numerandis et ponderandis exemplis in probabilitate æstimanda dixi, tum ad ea, quæ in libello antea commemorato (Bemerkungen zur griechischen Wortfügungslehre) p. 47 sqq. de hoc syntaxis loco exposui, de τὸ μὴ οὐκ p. 50 sqq. et (exempla ponens) p. 60 sqq.

ἑκὼν θεραπεύσεις. Tollenda arbitror μήτε ἄρχεσθαι, ut duo inter se eadem forma componantur, quorum alterum id ipsum continet ad hunc locum apte elatum, quod aliquis memor pervagatæ coniunctionis ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι addendum putavit.

Ibd. 5, 4 et 5. Apparet in τὰ τοιαῦτα πάντα σκοπῶ non cohærere orationem cum superioribus. Restituetur sententiarum nexus una addita littera: ἐγὼ γάρ τοι, ἔφη, πολλάκις ἀκούων (pro ἀκούω) τοῦ μὲν, ὅτι . . ., τοῦ δὲ ὅτι . . . ὃν ᾤετο φίλον εἶναι, τὰ τοιαῦτα πάντα σκοπῶ, κ. τ. λ. Sed restat mendum aliud; neque enim τὰ τοιαῦτα πάντα pertinere ad ea, quæ sequuntur post σκοπῶ, possunt, quoniam una sequitur et (verbis quidem) brevis quæstio. Excidit καὶ post εἶναι scribendumque: ὃν ᾤετο φίλον εἶναι, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, σκοπῶ, μὴ κ. τ. λ. Multa eiusdem generis, cuius exempla posuit, audiens Socrates ad quærendum excitabatur.

Ibd. 6, 25: εἰ δέ τις ἐν πόλει τιμᾶσθαι βουλόμενος, . . ., διὰ τί ὁ τοιοῦτος ἄλλῳ τοιούτῳ οὐκ ἂν δύναιτο συναρμόσαι; Græcum non est: εἰ δέ τις ἐν πόλει pro eo, quod est εἰ δέ τίς ἐστιν ἐν πόλει. Nec tamen addendum ἐστί, sed scribendum: Εἴη δέ τις ἐν πόλει . . . πειρᾶται· διὰ τί . . . συναρμόσαι; (Sit aliquis; fingamus aliquem esse.)

Ibd. 9, 5 de uno ex iis, qui Critonem calumniabantur, deterrendi ceteros causa arrepto et in ius vocato agi ea, quæ sequuntur, ostendunt. Scribendum igitur: καὶ εὐθὺς τῳ τῶν (τῶν τῳ) συκοφαντούντων τὸν Κρίτωνα ἐνευρίσκει πολλὰ μὲν ἀδικήματα, πολλοὺς δ' ἐχθρούς. (Vulgo deest τῳ et scribitur ἀνευρίσκει.) § 4 vereor, ut Archedemus facillimum dixerit esse a sycophantis accipere, nec hoc optime congruit cum φιλόχρηστος. Fuitne: καὶ ἔφη ἐραστὸν εἶναι ἀπὸ τῶν συκοφαντῶν λαμβάνειν? Sed non confido.

Lib. III, 5, 3 tollendum τέ post προτρέπονται,

deinde § 4 scrib.: ὅτε Βοιωτοὶ μόνοι ἐγίγνοντο (pro ἐγένοντο), quoties soli erant.[1])

Lib. IV, 4, 16 recte Reiskius sensit in his: τοῖς αὐτοῖς ἥδωνται substantivum excidisse; nam et ἥδωνται inepte de poetis additur post αἱρῶνται et οὐδ' ἵνα novam rem significat. Videtur fuisse: τοῖς αὐτοῖς σιτίοις ἥδωνται.

Ibd. 6, 9 et sententia et codicum vestigia postulant: Τὸ δὲ καλὸν ἔχοις ἄν πως ἄλλως εἰπεῖν; ἦ ἔστιν, ὃ ὀνομάζεις καλὸν ἢ σῶμα ἢ σκεῦος ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν, ὃ οἶσθα πρὸς πάντα καλὸν ὄν; Primum universe interrogat, eodemne modo de pulchro se res habeat, deinde explicatius, sitne quicquam ex iis, quæ pulchra nominentur, pulchrum ad omnia. Inciderat in verum Ernestius, sed non firmiter tenuit.

Ex minoribus Xenophontis libellis ad Œconomicum et Hieronem, quos ante multos annos legi, nihil reperio novi annotatum, ad convivium unum in cap. 6, 7, ubi cum Socrates, μετεώρων φροντιστὴς a Syracusano appellatus, id ad deorum curam rettulisset, subiicit Syracusanus: Ἀλλ' οὐ μὰ Δί', οὐ τούτων σε λέγουσιν ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλὰ τῶν ἀνωφελεστάτων, quæ ridicula est correctio; neque enim, cum μετεώρων φροντιστὴν Socratem invidiose appellabant, inutilium ei curam obiiciebant nec hoc deorum curæ contrarium ponitur. Et alio spectasse Syracusani verba ostendunt, quæ respondet Socrates, sic quoque deorum curam significari: Ἄνωθεν μέν γε ὕοντες

[1]) III, 6, 12 scribendum, quod in codice aliquo annotatum est, σκήπτομαι (excusatione utor). Nondum se ludi Glauco sentit. Nec σκώπτομαι, sed σκώπτεις dixisset. III, 9, 5 rectissime Reiskius vidit pro ἀρετῇ requiri σοφίᾳ, nisi ipse Xenophon dormitavit.

ὠφελοῦσιν, ἄνωθεν δὲ φῶς παρέχουσιν. Itaque τὰ ἄνω Syracusanus nominarat, idque tam apertum est, ut ultra fidem ridicule Socratem ἀνωφελής ab ἄνω et ὠφελεῖν ducere putent. Scripsit Xenophon: ἀλλὰ τῶν ἄνω ἐν νεφέλαις τ' ὄντων, aperte, ut in iis, quæ sequuntur de ψύλλης ἅλμασιν, Aristophanis etiam fabulam significans.

Paulo plura tentavi et effeci postea in libellis de officio magistri equitum et de re equestri, tum in iis, qui sub Xenophontis nomine de rep. Lacedæmoniorum et Atheniensium et de vectigalibus feruntur; nam de venatione libellum tantum percurri festinanter. Codicibus in his libellis et recentibus et corruptissimis utimur.

De mag. equitum 5, 4: εἰ προσέχοι τὸν νοῦν, οἷα ἀποβαίνουσιν ἐκ τῶν διώξεών τε καὶ φυγῶν. Codices οἷαι. Scribendum: τοῖς ἀποβαίνουσιν.

Ibd. § 8: θαρροῦσι δὲ μάλιστα πολέμιοι, ὅταν τοῖς ἐναντίοις πράγματα καὶ ἀσχολίας πυνθάνωνται. Scr.: ὅταν ὄντα τοῖς ἐναντίοις κ. τ. λ. (Cobetum video οὔσας post ἀσχολίας addi iubere.)

Ibd. 6, 3: χρὴ καὶ χιλοῦ καὶ σκηνῶν καὶ ὑδάτων καὶ φυλακῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων φανερὸν εἶναι ἐπιμελούμενον. Perverse φυλακαί inter res ad usum necessarias numerantur. Scr.: φρυγάνων. His pro lignis utebantur nec raro eorum collectio in re militari commemoratur. (Thucyd. III, 111: ἐπὶ φρυγάνων ξυλλογὴν ἐξελθόντες, id. VII, 4: ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξελθεῖν.)

Ibd. § 5 de motu, quo quis per clivum descendat, non καταίρειν (devertere), sed ἀπ' ὄχθων καταρρεῖν Xenophontem dixisse puto, comparoque, quæ in lexicis ponuntur, Aristoph. Ach. 26, Polyb. VIII, 16, 6. De re equ. 3, 7 est ἀπ' ὄχθων καθάλλεσθαι.

Ibd. 7, 10, ut recte superioribus adiungi possit προνοοῦντα, scribendum: τὰ . . . ἁμαρτήματα οὐ χρὴ παριέναι ἀκόλαστα, εἴ γε μὴ ὅλη ἡ χώρα στρατόπεδον

ἔσται, ἐκεῖνο καλῶς προνοοῦντα. (Vulgo: εἰ δὲ μή, ὅλη . . . ἔσται· ἐκεῖνο.)[1])

Ibd. § 12 scrib.: ἄοπλοι οἱ στρατιῶται (pro ἄοπλοι στρ.).

Ibd. 8, 9. Codices ἵπποις δυσβατοποιουμενον. Scr.: δύσβατα ποιούμενον (synt. Gr. § 7 b not. 2).

Ibd. § 14 nihil est καὶ ἐξ αὐτῶν διαφεύγειν. Scr.: ἐξ ἀναντῶν, ex angustis et difficilibus rebus et locis.

Ibd. 9, 1 pro ποιεῖν δὲ τὸ παρατυγχάνον ἀεὶ scrib.: ἐννοεῖν δὲ τ. π. ἀ.

Ibd. § 2 et 3 scrib., retractis verbis, quæ sedem mutarunt: ὡς ἂν ταῦτα σὺν θεοῖς περαίνηται. Φημὶ δ' ἐγὼ καὶ τὸ πᾶν ἱππικὸν ὧδ' ἂν πολὺ θᾶττον ἐκπληρωθῆναι κ. τ. λ. Indicium erroris facit pronomen ταῦτα simul transpositum, quod altero loco orationem prorsus turbat.

Ibd. § 5: Ridiculum est de iis, qui militiam subterfugiunt, σφόδρα ἀπέχεσθαι μὴ ἱππεύειν, quasi abstinentia hæc sit. Nec minus aperte vitiosa, quæ sequuntur: ὅτι καὶ οἷς καθίστησι τὸ ἱππικόν. Scrib.: καὶ παρὰ τῶν σφόδρα ἀπευχομένων μὴ ἱππεύειν (qui valde detestantur et vitant), ὥστε καὶ τοῖς καθιστᾶσι τὸ ἱππικὸν ἐθέλουσι τελεῖν ἀργύριον. (Τοῖς καθιστᾶσιν iam C. F. Hermannus.)

De re equestri 4, 3. Codices: τὰ μὲν τοίνυν ὑγρά τε καὶ λεῖα τῶν σταθμῶν λυμαίνεται καὶ ταῖς εὐφυέσιν ὁπλαῖς· τὰ δέ, ὡς μὲν μὴ ὑγρὰ εἶναι ἀπόρρυτα κ. τ. λ. Recte Schneiderus μὴ ᾖ ὑγρά, sed violenter δεῖ pro τά. Scriptum fuerat: ἄριστα δέ. Litteras αρισ hauserunt præcedentes αις.

Ibd. 6, 3 pro πλεῖστα δ' ἂν ἵππῳ scr.: λῷστα δ' ἂν ἵππῳ. De facili et commodo usu, non de multo agitur.

---

[1]) § 9 recte in margine Castalionis scribitur ἄνευ ἐπιμελείας. Initium erroris ex α semel scripto (ἐπιτήδειανευ).

Ibd. 9, 6: *Καὶ αἵ τε μακραὶ ἐλάσεις... πραΰνουσι τοὺς ἵππους καὶ αἱ ἡσυχαῖαι πολὺν χρόνον καθέψουσι κ. τ. λ.* Codices *καὶ αἱ ἡσυχαῖαι μέν.* Scrib.: *καὶ αἱ ἡσυχαῖαι μέν, πολυχρόνιοι δὲ καθέψουσι κ. τ. λ.* Vox longior distracta.

Ibd. 10, 2: *ὥστε τεταράχθαι καὶ κινδυνεύειν.* Nihil hic est *κινδυνεύειν.* Scrib.: *καὶ ἰδίειν.*

De rep. Lacedæm. 2, 6 scrib.: *καὶ εἰς μῆκος ἂν τὴν ῥαδινὰ τὰ σώματα ποιοῦσαν τροφὴν μᾶλλον συλλαμβάνειν ἡγήσατο ἢ τὴν διαπλατύνουσαν τῷ σίτῳ.* Qui non attenderat, cohærere *εἰς μῆκος συλλαμβάνειν,* addidit *αὐξάνεσθαι* inter *ἂν* et *τήν.*

Ibd. 5, 8 scrib.: *ἐπέταξε τὸν ἀεὶ πρεσβύτατον ἐν τῷ γυμνασίῳ ἑκάστῳ ἐπιμελεῖσθαι ὥστε* (pro *ὡς*) *μήποτε αὐτὸ ἔλαττον* (pro *αὐτοὶ ἐλάττους*) *τῶν σιτίων γίγνεσθαι.* Lycurgus maximos natu in unaquaque exercitatione curare iussit, ne exercitatio minor quam pro ciborum copia esset.

Ibd. 10, 4: *ὃς ἐπειδὴ κατέμαθεν, ὅτι ὅπου οἱ βουλόμενοι ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρετῆς, οὐχ ἱκανοί εἰσι τὰς πατρίδας αὔξειν, ἐκεῖνος ἐν τῇ Σπάρτῃ ἠνάγκασε δημοσίᾳ πάντας πάσας ἀσκεῖν τὰς ἀρετάς.* Sic codices. Initium emendationis vidit Haasius, qui *ἐπιμέλονται* scripsit, a librario ad *βουλόμενοι* infinitivum accommodatum putans. Sed deest aliquid ad sententiam videturque voluntarium virtutis studium vituperari. Post *βουλόμενοι* excidit *μόνοι,* ut sit: *ὅπου οἱ βουλόμενοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλονται.*

Ibd. 11, 7 videndum, ne scriptor posuerit: *Τὸ μέντοι, κἂν ταραχθῶσι, μετὰ τοῦ παρατυχόντος ὁμοίως μάχεσθαι καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τάξιν, οὐκέτι ῥᾴδιόν ἐστι μαθεῖν.* (Vulgo *μάχεσθαι ταύτην.*)

Ibd. 12, 2 et 3 scribendum videtur: *τούς γε μὴν πολεμίους ἱππεῖς φυλάττουσιν ἀπὸ χωρίων ὧν ἂν ἐκ*

πλείστου προορῶεν, εἴ τις προσίοι (pro προΐοι)· νύκτωρ δ' ἐνόμισεν ὑπὸ Σκιριτῶν προφυλάττεσθαι. Vulgo est: προορῷεν. Εἰ δέ τις προΐοι νύκτωρ ἔξω τῆς φάλαγγος, ἐνόμισεν κ. τ. λ. Verba ἔξω τῆς φάλαγγος addita ab interpolatore sunt, qui non intellexerat superioribus illis πρὸς τὰ ὅπλα εἴσω βλεπούσας respondere iam τοὺς δὲ πολεμίους et ἀπὸ τῶν χωρίων ὧν κ. τ. λ. Noctu ex castris exire aliquis poterat, non ἔξω τῆς φάλαγγος, quæ nulla est nisi acie instructa, nec ad noctu exeuntes pertinet προφυλάττεσθαι.

De rep. Atheniensium 1, 5 scripsitne libelli auctor: ἔνι τοῖς (codd. ἐνίοις) τῶν ἀνθρώπων? Nam ἔνι ἐνίοις aptum non est, sed aut universe τοῖς ἀνθρώποις aut τούτοις τοῖς ἀνθρώποις dicendum erat. Plurali numero eius nominis usus est Aristophanes.

Ibd. 2, 1. Cetera alii emendarunt, reliquerunt τῶν δὲ συμμάχων ... κράτιστοί εἰσι, quod inepte Athenienses sociorum tributum ferentium numero includit. Scribendum videtur: τῶν δὲ συμμάχων . . . καὶ κατὰ γῆν κρατεῖν οἷοί τ' εἰσι, καὶ νομίζουσι τὸ ὁπλιτικὸν ἀρκεῖν, εἰ τῶν συμμάχων κρείττονές εἰσιν. Saltem κρατεῖν verbum latet.

Ibd. § 17 forma orationis huiusmodi fuit: ἡ ἀπὸ τοῦ (codd. ἡ ὑφ' ὅτου) ἀδικεῖν [ἀδοξία] νομίζεταί που τῶν ὀλίγων (codd. ἀδικεῖν ὀνόματα ἀπὸ τῶν ὀλίγων), οἳ συνέθεντο. Plus præstari nequit, nisi et verbis et sententia absonum esse, quod nuper e G. Hermanni coniectura editum est.

Ibd. 3, 3 ex his: χρηματιεῖται· ἐγὼ δὲ τούτοις ὁμολογήσαιμ' ἄν, in quibus vitiosa est media verbi forma, fit: χρηματιεῖ· καὶ ἐγὼ δὲ κ. τ. λ.

Ibd. 3, 9. Manifesto vitiosum μέν (μὲν εἶναι) post δημοκρατίαν. Scrib.: ὥστε μέντοι ὑπάρχειν, δημοκρατίαν μένειν, ἀρκούντως [δὲ] τοῦτο ἐξευρεῖν, ὅπως δὴ βέλ-

τιον πολιτεύσονται, οὐ ῥᾴδιον (ita ut, i. e., ea condicione, ut pro fundamento sit, democratiam manere, difficile est idoneam rationem invenire reip. emendandæ). *Δέ* post *ἀρκούντως* utrum tollendum an in *ἤδη* mutandum sit, nescio.

Ibd. § 11 lacunæ forma sic notari debet: *ἀλλὰ* [*τοῦτο μέν, ὅτε* . . .] *ἐντὸς ὀλίγου χρόνου ὁ δῆμος ἐδούλευσεν ὁ ἐν* (vulgo *ὁ μὲν*) *Βοιωτοῖς· τοῦτο δὲ κ. τ. λ.*

De vectigalibus 2, 1 scr.: *εἰ δὲ πρὸς τοῖς αὐτοφυέσιν ἀγαθοῖς πρῶτον μὲν τῶν μετοίκων ἐπιμέλεια γένοιτο, αὕτη γ' ἄν* (pro *γένοιτο· αὕτη γὰρ*) *ἡ πρόσοδος τῶν καλλίστων ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι.*

Ibd. 3, 6 non *προσδαπανῆσαι* scribendum erat, sed *προδαπανῆσαι*, de ea, quæ statim nominatur, *ἀφορμῇ*. Cfr. § 9: *ἀφ' οὗ ἂν προτελέσωσιν εἰς τὴν ἀφορμήν.*

Ibd. § 8 manifestum est in his: *ὅτι οὐδέποτε ἀπολήψονται ἃ ἂν εἰσενέγκωσιν οὐδὲ μεθέξουσιν ὧν ἂν εἰσενέγκωσιν*, variatum fuisse verbum etiam relativæ sententiæ. Altero loco scrib. *ἐξενέγκωσιν* de fructu et reditu.

Ibd. 4, 40: *καὶ διὰ τὸ ἐν λιμένι καὶ τὰς ἀγορὰς αὐξάνεσθαι.* Cur *ἐν λιμένι* sine articulo? Cur *καί* (etiam)? Cur in portu ac non etiam in urbe augentur *αἱ ἀγοραί*? Scrib.: *διὰ τὸ τὰ ἐλλιμένια καὶ τὰς ἀγορὰς αὐξ.*

Ibd. 5, 1: *πολὺ γὰρ ἂν καὶ αὕτη αἱρεθεῖσα ἡ ἀρχὴ προσφιλεστέραν καὶ πυκνοτέραν εἰσαφικνεῖσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσειε τὴν πόλιν.* Scrib.: *προσφιλεστέραν καὶ εὐκτοτέραν εἰσαφικνεῖσθαι.*

Ibd. § 9: *οἵτινες ἐκλιπόντων Φωκέων τὸ ἱερὸν καταλαμβάνειν ἐπειρῶντο.* Si res iam facta significaretur, dicendum erat *πεπείρανται.* Sed significatur (*οἵτινες*) incertus futuri temporis casus: *πειρῷντο.*

Cap. III.

Plato.

Platonem legi adolescens perstudiose et iam tum in legum maxime libris, in quibus magna coniecturæ materia nec multum ab aliis effectum erat, haud ita pauca emendavi. Redii ad eum legendum, sed celeriter et ut in dubiæ scripturæ locis non diu insisterem, a. 1843 proximoque; deinde, cum post a. 1852 Platonica quædam interdum philologiæ studiosis ad se exercendos proponerem, plerosque dialogos severiore et intentiore cura ante paucos annos pertractavi. Omisi hac lectione Parmenidem, Cratylum, Timæum, legum libros inde a quinto, qui non satis ad relegendum invitabant, tum parvos quosdam et incertissimæ notæ (vel potius certissimæ) dialogos.

Platonis codices longe supra ceteros antiquitate et integritate eminent duo, in sua quisque parte orationis constituendæ dux, Oxoniensis (Clarkianus) seculi noni et Parisiensis, quem Bekkerus A littera notavit, seculi decimi ineuntis, de quorum utriusque auctoritate recte ad rei summam C. F. Hermannus scripsit præf. vol. I p. IV, vol. IV p. III. Sed hi codices, quibus comites genere et auctoritate proximi adiunguntur Vaticani Θ et Δ, Veneti Π et Ξ et alii quidam, ut Byzantinæ infimi temporis interpolationis expertes sæpissime, ubi vulgares aberrant, partim verum ipsum præbent (cuius rei exempla iam supra posui p. 100 e Theæteto p. 175 C, p. 27 e lib. VII de rep. p. 519 B), partim mendum simplex et vero propinquum (ut VII de rep. p. 529 C, quem locum p. 17 emendavi), ita ostendunt, in Platonis libris iam aliquanto ante seculum nonum menda permulta perspicuæ originis pervagata per omnes codices fuisse (velut, ut omittam communem Oxoniensis et ceterorum lacunam in Theæt. p. 156 D, illud in VIII de rep. p. 568 D ἀποδομένων pro ἀπολομένων, quod p. 17 sustuli, aut in Menone p. 81 E ἀλλ' ἁπλῶς pro ἀλλὰ πῶς aut in

Philebo p. 48 A πότοις pro πόθοις), quædam etiam ad grammaticos propagata (ut illud in Phileb. p. 30 D γενούστης), alia iam deflexa longius et interpolando quoque obscurata (illud quidem, quod supra p. 78 attigi, in Euthyd. p. 293 D, valde), nec raro ab hominibus ad sententiam aut orationis formam et artificium parum attentis vocabula explicandi causa addita, interdum prorsus contra sententiam (cuius generis exempla ex uno Phædone, qui cod. Oxoniensi continetur, posui p. 83, e libris de rep., quos Parisiensis habet, duo p. 62, duo alia p. 84, quibus adiicio εἴη in libro I p. 337 E, quod rectissime Bremius et Astius additum iudicarunt, cum non intellegeretur ἀπειρημένον impersonaliter pro duobus genetivis positum esse. Alia et huius et ceterorum generum infra colligam). Ex his mendis quæ ab aliis non animadversa aut non recte tractata videor mihi certa aut saltem probabili coniectura correxisse, iam exponam, ordinem dialogorum eum tenens, quem Hermannus secutus est.[1]) Notare, quibus opem ferre nequeam, parum habet utilitatis, velut statim in Euthyphrone p. 4 A (ὅπῃ ποτ' ὀρθῶς ἔχει) excidit verbi infinitivus eam rem significans, quæ qualis sit aut quomodo recte fiat, Socrates negat vulgo intellegi, Euthyphronem acerbe irridens, qui, cum patrem accuset, id se intellegere scilicet ostendat; nam neque ex superioribus audiri potest verbi ἔχει subiectum neque, quod sequitur, ὀρθῶς αὐτὸ πρᾶξαι, quo referatur, habet. Fieri etiam potest, ut in locum vocis extrusæ (sive ea εὐσεβεῖν sive alia fuit) successerit huc ex proximo versu retractum ὀρθῶς. Sed ad ea convertamur, in quibus efficere aliquid videamur posse.

---

[1]) Adhibui in omnibus dialogis Bekkerum, Stallbaumium (in uno et altero non novissimam editionem), Hermannum, in quibusdam alios. In Stallbaumio utinam diligentiam et consuetudinis Platonicæ cognitionem iudicii subtilitas æquasset. Hermannus vellem rectos duces paulo interdum liberiore iudicio secutus esset.

Euthyphr. p. 6 A: *Ἆρά γε, ὦ Εὐθύφρον, τοῦτ' ἐστὶν οὗ ἕνεκα τὴν γραφὴν φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἐπειδάν τις περὶ τῶν θεῶν λέγῃ, δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι; δι' ἃ δή, ὡς ἔοικε, φήσει τίς με ἐξαμαρτάνειν.* Hæc extrema et in ἃ nusquam relato et in causæ significatione (δι' ἃ) et tautologia (τοῦτ' ἐστὶν οὗ ἕνεκα . . . δι' ἃ . . .) adeo sunt vitiosa, ut Hermannus plane delenda iudicaverit, prorsus, ut sæpe dixi, improbabili via rem expediens. Una littera semel scripta, quæ bis debuerat, deinde ceteræ male divisæ omnem hanc difficultatem creaverunt. Nam interrogatione terminata in ἀποδέχομαι, Socrates, hoc accusationis fonte suspicione reperto, ἐπιφώνημα adiungit quasi admirans: Ἴδια δὴ φήσει τίς με ἐξαμαρτάνειν: Singularia sane (igitur) nec communia aut vulgaria aliquis mihi (in iudicio) crimina obiiciet.[1])

Ibd. p. 11 E et audax est δεῖξαι tollere neque satis rectum et loco aptum hoc: αὐτός σοι ξυμπροθυμήσομαι, ὅπως ἄν με διδάξῃς περὶ τοῦ ὁσίου. Nam hoc studuerat Socrates inde ab initio sermonis. Venit in mentem: αὐτός σοι ξυμπροθυμήσομαι δῆσαι, ὅπως ἄν με διδάξῃς . . . καὶ μὴ προαποκάμῃς: tecum studebo orationem sententiasque Dædaleo more fugientes et eludentes vincire, ut . . . ne defatigere.

Apolog. Socr. p. 22 A: ὥσπερ πόνους τινὰς πονοῦντος, ἵνα μοι καὶ ἀνέλεγκτος ἡ μαντεία γένοιτο. Quæ

---

[1]) P. 5 B revocandum quantocius: ὡς τοὺς πρεσβυτέρους διαφθείροντι, . . . ἐμὲ μὲν διδάσκοντι, ἐκεῖνον δὲ νουθετοῦντί τε καὶ κολάζοντι, pro quo in codice nostrorum principe διδάσκοντα . . . νουθετοῦντα καὶ κολάζοντα effectum est eo accommodandi ad proxima errore, de quo dixi p. 52 sqq. Recentiores codices coniectura emendati verum habent. Frustra in talibus sanæ rationi repugnatur. Hoc unum mihi exempli causa pro multis dictum esto.

sentententia requiratur, et ab aliis et ab Hermanno intellectum est; sed in eius correctione (*κἂν ἐλεγκτὸς*) et *κἂν* pravum est et *ἐλεγκτὸς . . . γένοιτο* pro *ἐλεγχθείη*. Excidit *μή* ante *μοί*, scribendumque: *ἵνα μή μοι καὶ ἀνέλεγκτος ᾖ μ. γ.* Sed residet scrupulus in *καί*, quod aptum non est.

Ibd. p. 32 A: *ἵν' εἰδῆτε ὅτι οὐδ' ἂν ἑνὶ ὑπεικάθοιμι παρὰ τὸ δίκαιον δείσας θάνατον, μὴ ὑπείκων δὲ ἅμα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην.* Sic optimi codices, quorum indicium corrumpunt et tollunt, qui *καί* transponunt, nec minus, qui *ἅμα καὶ* simpliciter delent. Videtur fuisse: *μὴ ὑπείκων δὲ ἄρα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην.*

Ibd. p. 41 A, B non recte sententiæ distinguuntur; primum enim hæc legitime absolvitur: *ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι . . ., ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων.* Huic deinde proxime adiungitur hæc confirmatio: *ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη*, vel potius cum aliquot codd. (nec tamen Oxon.) *ἀηδὴς* (*ἡ διατριβή*) *εἴη*. Tum formulæ *καὶ δὴ τὸ μέγιστον* (quæ appositione adiuncta præponitur) usus pervertitur sententia post *ἔστι δ' οὔ* terminata, ut sic intellegi hæc debeant: *καὶ δὴ τὸ μέγιστον* (*ἐστι*) *τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα . . . διάγειν.* Sublato *δέ* post *ἐπὶ πόσῳ*, quod propter ipsam hanc interpunctionem additum est, sic continuanda oratio est: *καὶ δὴ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα . . . διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστι δ' οὔ, ἐπὶ πόσῳ ἄν τις . . . δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιὰν ἢ Ὀδυσσέα . . . γυναῖκας;* Incipit Socrates universe de toto genere: *ἐξετάζοντα διάγειν*, deinde pro sententiæ exitu ad hoc initium accommodato (*ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτο;*) transit ad singulos commemorandos.

Criton. p. 44 B: *ἀλλὰ χωρὶς μὲν σοῦ ἐστερήσομαι*

τοιούτου ἐπιτηδείου, ..., ἔτι δὲ καὶ πολλοῖς δόξω ..., ὡς οἷός τε ὢν σε σώζειν . . . ἀμελῆσαι. Frustra alii χωρὶς τοῦ ἐστερῆσθαι scribi voluerunt, alii, ut nuper Hermannus, articulum omitti potuisse apud infinitivum a præpositione pendentem defendunt exemplis paucissimis et incertis[1]); nam χωρίς adverbium esse certissime ostendit membrorum particulis μέν — δέ distinctio, nisi quis Græcum putat: πρὸς μὲν Ἡροδότῳ ἔτι δὲ καὶ Θουκυδίδης λέγει. Scribendum: χωρὶς μὲν σοῦ ἐστερήσομαι ...., ἔτι δὲ καὶ πολλοῖς δόξω. Infinitivus ex ipso illo in χωρίς errore ortus est.

Ibd. p. 48 B: οὗτός τε ὁ λόγος, ὃν διεληλύθαμεν, ἔμοιγε δοκεῖ ὅμοιος εἶναι τῷ καὶ πρότερον. Et ὁ πρότερον pro ὁ πρότερος aut ὁ πρότερον εἰρημένος minus usitate dicitur et καί, in comparando frequentissimum, in hac tamen orationis forma insolenter ponitur, nec agitur de similitudine huius et alterius orationis, sed de oratione sui simili et eandem nunc veritatis notam præbente. Itaque scribendum videtur: ὅμοιος εἶναι καὶ πρότερον (similis atque antea).[2])

Ibd. p. 51 D certa orationis lex scribi iubet: οὐδεὶς ἡμῶν τῶν νόμων . . . ἀπαγορεύει, ἐάν τέ τις βούληται ὑμῶν εἰς ἀποικίαν ἰέναι, εἰ μὴ ἀρέσκομεν ἡμεῖς τε καὶ ἡ πόλις, ἐάν τε μετοικεῖν ἄλλοσέ ποι

[1]) Sympos. p. 209 C scribendum est: περὶ ἀρετῆς καὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθόν (codd. et edd. καὶ περὶ οἷον, repetita interpretando præpositione); de rep. X p. 598 B πρὸς τὸ ὂν per se coniungitur cum πεποίηται (πότερα πρὸς τὸ ὂν πεποίηται ἡ γραφική), tum laxiore nexu, ut sæpe, superadditur ὡς ἔχει, μιμήσασθαι (ad id, quale est, imitandum; synt. Gr. § 153).

[2]) Quod Hermannus p. 48 E πείσας σε (ἀλλὰ μὴ ἄκοντος) edidit e Buttmanni coniectura, idem ego a. 1846, Buttmanni coniecturæ oblitus, Wiehio, amico et olim discipulo, persuaseram, ut scriberet in exemplo tum Hauniæ impresso. Etiam de rep. I p. 333 E rectissime Stallbaumius ἐμποιήσας pro ἐμποιῆσαι restituit.

ἐλθὼν, ἰέναι κ. τ. λ. Codd. et edd. *εἰ μὴ ἀρέσκοιμεν*; qui optativus in hac certæ et definitæ condicionis forma locum non habet. Similes errores notabo ad Theæt. p. 164 A (*εἰ σώσοιμεν*).[1])

Phædon. p. 67 E scribendum: *Εἰ γὰρ διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, αὐτὴν δὲ καθ' αὐτὴν ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, τούτου δὴ* (pro *δὲ*) *γιγνομένου εἰ φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ μὴ . . .;* Non continuatur ordo condicionum, sed posito concessoque fundamento transitur ad id, quod tum (igitur), si certa res acciderit, mirum videatur (würde es nicht ganz ungereimt sein, wenn sie, wenn nun dieses einträte, sich fürchteten?).

Ibd. p. 74 D e codicum scriptura, quæ huiusmodi est: *ἆρα φαίνεταί ἡμῖν οὕτως ἴσα εἶναι ὥσπερ αὐτὸ ὃ ἔστιν ἴσον ἢ ἐνδεῖ τι* (Oxon. et a pr. manu alius *τῷ*) *ἐκείνου τῷ τοιοῦτον εἶναι, οἷον τὸ ἴσον, ἢ οὐδέν;* efficitur: *ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνῳ τῷ τοιοῦτον εἶναι οἷον τὸ ἴσον ἢ οὐδέν;* (an deest aliquid illi qualitati, quæ exprimitur verbis *τοιοῦτον εἶναι οἷον τὸ ἴσον*, an nihil?) Ad exprimendam eam rationem, qua res ceteræ æqualitatis participes sunt,

[1]) P. 52 D ex Oxon. restituendum *ὡμολογηκέναι πολιτεύσεσθαι* pro *πολιτεύεσθαι*, et ad eandem formam scribendum p. 50 C *ὡμολόγητο ἐμμενεῖν* et p. 51 E cum Buttmanno *ὡμολογήσας ἡμῖν πείσεσθαι* et p. 52 C *ὡμολόγεις πολιτεύσεσθαι*. Sed si hanc causam peragere velim excutereque, quæ contra dicuntur (velut a Stallbaumio ad p. 52 C), incidam in similem disputationem ei, quam lib. I c. 4 persecutus sum. Itaque tantum dicam breviter, certo fine discerni *ὁμολογῶ ποιεῖν* (confiteor me facere) et *ὁμ. ποιήσειν* (promitto me facturum) nec hunc finem fere perturbari, nisi ubi futurum a præsenti aut solo accentu (*ἐμμένειν*) aut littera *σ* (*πορεύεσθαι, πορεύσεσθαι*) distet, perraro in *πείθεσθαι, πείσεσθαι*, similibus, fere nusquam in *ποιεῖν, ποιήσειν, ἀκούειν, ἀκούσεσθαι*, similibus. Alius generis est *ξυντίθεμαι ποιεῖν*, paciscor facere.

pro substantivo ponitur *τοιοῦτον εἶναι οἷον τὸ ἴσον* (quasi dicas: die Beschaffenheit der Gleichartigkeit mit dem Gleichen) eique præponitur *ἐκεῖνο τὸ*, quod cum flectitur, ipsum *τοιοῦτον* non mutatur casu, ut cum dicimus *τῷ δοκοῦντι εἶναί τι* aut *μηδέν* et similia. Vulgo, addito contra codices *μή* (*τῷ μὴ τοιοῦτον*), et sententia et oratio corrumpitur. Quod Hermannus scripsit *ἐνδεῖ τι ἐκείνου τὸ μὴ οὐ τοιοῦτον εἶναι*, prorsus aberravit ab usu particularum *τὸ μὴ οὐ* (*ἐκείνου τ. μ. οὐ*).

Ibd. p. 75 B: *ὅτι πάντα τὰ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν ἐκείνου τε ὀρέγεται, ὃ ἔστιν ἴσον, καὶ αὐτοῦ ἐνδεέστερά ἐστιν.* Non omnia, quæ in sensibus sunt, sed tantum omnia, quæ in sensibus (imperfecte et participando) æqualia sunt et iudicantur, ad veram et absolutam æqualitatem nituntur. Scribendum necessario: *πάντα τὰ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν ἴ σ α ἐκείνου τε ὀρέγεται.* Facile id vocabulum excidit post *ἐσιν.*

Ibd. p. 78 D: *Αὐτὴ ἡ οὐσία, ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι.* Puto Platonem posuisse: *ἧς λόγον δίδομεν τ ὸ εἶναι*, quam ita definimus, ut esse dicamus.

Ibd. p. 82 D: *οἷς τι μέλει τῆς αὐτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι.* Recte improbatur *σώματα πλάττειν* de iis, qui corporibus obnoxii vivunt, cum præsertim optimi codices, Ox et Ven. *Π*, *σώματι* habeant eumque numerum flagitet præcedens *ψυχῆς*. Quoniam *λατρεύοντες* nimis discedit, credo Platonem eadem forma a *τοῦ πελάτου* nomine finxisse *σώματι π ε λ α τ ε ύ ο ν τ ε ς.*[1])

[1]) P. 83 B e codd. restituendum est: *ἀπ' αὐτῶν ὧν ἄν τις οἰηθείη* (ab ipsis illis, a quibus quis eum malo affici putet). Non agitur de magnitudinis opinione, sed in qua re posita sit vera mali perpessio. Alia plura huiusmodi (velut p. 82 A *ἑκάστη* pro *ἕκαστα*) recte Wohlrabius revocavit (1866), nonnulla etiam iure contra codices emendata defendit, ut p. 81 A, ubi *μεταχειριζομένην* accommodatione depravatum erat.

Ibd. p. 84 A: καὶ οὐκ ἂν (ψυχὴ ἀνδρὸς φιλοσόφου) οἰηθείη τὴν μὲν φιλοσοφίαν χρῆναι ἑαυτὴν λύειν, λυούσης δὲ ἐκείνης αὐτὴν παραδιδόναι ταῖς ἡδοναῖς καὶ λύπαις ἑαυτὴν πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν. Debebat esse αὐτὴν πάλιν αὖ παραδιδόναι, nec ἐγκαταδεῖν, sed καταδεῖν dicendum erat de voluptatibus et doloribus animum constringentibus. Sublato παραδιδόναι scribendum: αὐτὴν ταῖς ἡδοναῖς καὶ λύπαις ἑαυτὴν πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν, ut animus ipse se iis constringere dicatur. (Vid. p. 83.) (De p. 84 D vid. p. 174 n.)

Ibd. p. 90 B: ἀλλ' ἐκείνῃ ᾗ, ἐπειδάν τις πιστεύσῃ λόγῳ τινὶ κ. τ. λ. Non sequitur, quod expleat sententiam relativam pronomine ᾗ significatam. Ortum id est prava geminatione scribendumque: ἐκείνῃ, ἐπειδάν τις (sed illa ratione, cum quis ɔ: quæ tum efficitur, cum quis). (De p. 93 D vid. supra p. 83.)

Ibd. p. 101 D: εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐῴης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο. Neque per se ἔχεσθαι de oppugnando aggrediendoque dici potest neque post ἐχόμενος proxime ante cum eodem genetivo prorsus contrario significatu positum. Scribendum: ἔφοιτο (ἐφεῖτο, *peteret*). Paulo post videndum, ne scribi debeat ἅμα δ' οὐκ ἂν φύροις pro φύροιο de omnia miscente.

Ibd. p. 102 C: ἐν μέσῳ ὢν ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν τῷ μεγέθει ὑπερέχειν τὴν σμικρότητα ὑπερέχων, τῷ δὲ τὸ μέγεθος τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπερέχον. Aperte pravum est ὑπερέχων, nec tamen tolli id æqualitas membrorum studiose et lusu quæsita sinit. Scripsit Plato ὑπέχων: alterius magnitudini exiguitatem suam superandam subministrans, alteri magnitudinem exiguitatem superantem præbens. Apte de minoris ad maius ratione ὑπέχω ponitur.

Ibd. p. 104 E admodum vereor, ne post ὁρίσασθαι exciderit δεῖ (ὃ τοίνυν ἔλεγον, ὁρίσασθαι δεῖ), non δεῖν, quod in codicibus aliquot additur. Nam neque λέγω apud

Platonem est iubeo et ea, quæ narrantur de *δεῖν* omisso post *φημί*, *οἶμαι*, similia, finguntur. (*Ἀξιῶ τι γίγνεσθαι*, *æquum puto et flagito aliquid fieri*, prorsus separandum est.)

Ibd. p. 112 B: *Ὅταν τε οὖν ὑποχωρήσῃ τὸ ὕδωρ εἰς τὸν τόπον τὸν δὴ κάτω καλούμενον, τοῖς κατ' ἐκεῖνα τὰ ῥεύματα διὰ τῆς γῆς εἰσρεῖ τε καὶ πληροῖ αὐτὰ ὥσπερ οἱ ἐπαντλοῦντες· ὅταν τε αὖ κ. τ. λ.* Aperte *ὕδωρ* subiectum (ut grammatici loquimur) est, *ῥεύματα* obiectum; neque enim in his: *καὶ πληροῖ αὐτὰ* alio referri *αὐτὰ* nisi ad *ῥεύματα* potest; (cfr. mox *τὰ ἐνθάδε πληροῖ αὖθις*). Itaque activum verbum requiritur, idemque flagitat etiam quod additur: *ὥσπερ οἱ ἐπαντλοῦντες*, quoniam hi cum *ῥεύμασιν* sponte influentibus comparari nequeunt. Et adest verbum et litteris simillimum et mutationi, quod minus tritum erat, obnoxium, significatione aptissimum, *εἰσφρεῖ*.

Ibd. p. 115 D: *ταῦτα μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν, παραμυθούμενος ἅμα μὲν ὑμᾶς, ἅμα δ' ἐμαυτόν.* Frustra sibi Socrates (*ἄλλως*) dixisse videri poterat, quæ ex animi sententia dixerat, nec tamen dixisse tantum *παραμυθούμενος* amicos et se ipsum; nec Critoni soli aut maxime dixerat (*αὐτῷ λέγειν*). Sublato *μοι* scribendum: *ταῦτα δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν κ. τ. λ.* Crito me hæc dicis causa (Criton. p. 46 D) dixisse credit, tantum ut vos meque consolarer.

Theætet.[1] p. 144 A: *Τὸ γὰρ εὐμαθῆ ὄντα, ὡς ἄλλῳ χαλεπὸν, πρᾶον αὖ εἶναι διαφερόντως κ. τ. λ.* Hoc si vere scriptum esset, significaret: docilem, quomodo alteri difficile (est docilem esse), miro loquendi genere pro eo, quod usitate diceretur *ὡς μηδένα ἄλλον*. (Stallbaumius prave enarrat.) Scribendum: *εὐμαθῆ ὄντα, ὧν ἄλλῳ χαλεπόν*, h. e., qui facile ea discat, quæ alteri

[1]) Wohlrabii Theæteti editione uti non potui.

difficile sit discere. Legitime enim εὐμαθής τινος et δυσμαθής τινος dicitur.

Ibd. p. 149 D in codicum corrupta scriptura (καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ) videtur latere: καὶ ἐὰν ἄμεινον δόξῃ. (Syllaba αμ post αν intercidit.)

Ibd. p. 155 B: ἢ ὅταν φῶμεν ἐμὲ τηλικόνδε ὄντα μήτε αὐξηθέντα μήτε τοὐναντίον παθόντα ἐν ἐνιαυτῷ σοῦ τοῦ νέου νῦν μὲν μείζω εἶναι, ὕστερον δὲ ἐλάττω, μηδὲν τοῦ ἐμοῦ ὄγκου ἀφαιρεθέντος ἀλλὰ σοῦ αὐξηθέντος. Nihil est ἐν ἐνιαυτῷ, quoniam certum temporis spatium ad rem non pertinet et, si pertineret, scribendum esset: ἐν ἐνιαυτῷ δὲ (pro ὕστερον δὲ) ἐλάττω. Scribendum: μήτε τοὐναντίον παθόντα ἐν ἐμαυτῷ, σοῦ τοῦ νέου κ. τ. λ. Paulo post (E) αὐτῶν post συνεξερευνήσωμαι iure non ferendum Hermanno visum est; sed ζητοῦντα ἐρευνᾶν tautologiam manifestam habet. Suspicor scriptum fuisse συνεξερευνήσωμαι ἰών, geminatione (αυ ex αι) ortum αὐτῶν.

Ibd. p. 157 B: τὸ δ᾽ οὐ δεῖ . . . οὔτε τι ξυγχωρεῖν οὔτε του οὔτ᾽ ἐμοῦ οὔτε τόδε οὔτ᾽ ἐκεῖνο οὔτε ἄλλο οὐδὲν ὄνομα ὅ τι ἂν ἱστῇ. Neque genetivi (του, ἐμοῦ) ullam habent rationem neque primæ personæ pronomen; nemo enim res appellabat ἐμέ aut ἡμᾶς. Scribendum, effecta ex ἐμοῦ voce necessaria: οὔτε τοῦτ᾽ εἶναι οὔτε τόδε. Nocuit ου syllaba tam sæpe repetita.

Ibd. p. 162 E: ᾧ (τῷ εἰκότι) εἰ ἐθέλοι Θεόδωρος ἢ ἄλλος τις τῶν γεωμετρῶν χρώμενος γεωμετρεῖν, ἄξιος οὐδ᾽ ἑνὸς μόνου ἂν εἴη. Mirum in vilissimo ac nullo pretio significando ἓν μόνον. Sine dubio scribendum: οὐδ᾽ ἑνὸς μνοῦ, ne unius capilli quidem, non flocci, etsi alibi μνοῦν sic positum nunc non reperio.

Ibd. p. 164 A: Δεῖ γε μέντοι, εἰ σώσοιμεν τὸν πρόσθε λόγον. Scribendum esse σώσομεν neque aliter unquam dici in significatione eius, cuius consequendi causa aliquid necessarium sit, dixi in libello observationum de syntaxi

Gr. p. 27, comparato εἰ μέλλομεν, Latinoque si servaturi sumus (synt. Gr. § 116 n. 1, opusc. ac. II p. 281). Cfr. Theæt. pp. 168 D, 182 C, 203 D, de rep. II p. 375 A, V p. 459 E, VIII p. 567 C, de legg. III p. 693 D, Phileb. p. 62 C, soph. pp. 239 A, 240 E, polit. p. 292 C, Lach. p. 192 C. In εἰ μέλλω (μέλλει. μέλλομεν) errores sustulerunt Heindorfius ad Parmen. p. 164 C, Stallb. ad politic. p. 268 D. Apud Plutarchum quoque de aud. poet. c. 6 p. 22 et, an seni sit ger. resp. c. 1 p. 783 male editur εἰ μέλλοιμεν, εἴ γε δὴ μὴ μέλλοιμεν pro μέλλομεν (recte in lib. non posse suaviter cet. c. 16, 2 et 25, 3, de Stoic. repugn. 9, 4). Etiam Luciano Hermot. 49 reddendum εἰ μέλλομεν pro μέλλοιμεν. (Paucis versibus post simpliciter ex Oxon. et duobus aliis bonis tenendum erat ὁρῶν.)

Ibd. p. 165 D: καὶ ἄλλα μυρία, ἃ ἐλλοχῶν ἂν πελταστικὸς ἀνὴρ μισθοφόρος ἐν λόγοις ἐρόμενος, ἡνίκ' ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν ταὐτὸν ἔθου, ἐμβαλὼν ἂν εἰς τὸ ἀκούειν καὶ . . . τὰς τοιαύτας αἰσθήσεις ἤλεγχεν ἂν ἐπέχων κ. τ. λ. Nihil est ἐν λόγοις ἐρόμενος. Si forma impetus significaretur, coniungendum saltem participium esset cum ἐμβαλών et ἐρωτῶν dicendum. Scribendum: πελταστικὸς ἀνὴρ μισθοφόρος ἐν λόγοις ἐρρωμένος[1]), fortis et strenuus in disputando.

Ibd. p. 173 E: ἡ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον. Et καὶ οὐδέν displicet (neque enim memini

[1]) In transcursu duobus e vicino exemplis significabo, cur in Hermanno libertatem rectæ auctoritatum æstimationis sociam me interdum desiderare supra dixerim. Nam p. 167 B sine ulla dubitatione contra Oxon. restituendum est πονηρᾷ ψυχῆς ἕξει δοξάζοντα συγγενῆ αὐτῆς χρηστὴ ἐποίησε δοξάσαι ἕτερα τοιαῦτα (non enim de diversis animis, sed de diversis eiusdem animi in uno homine ἕξεσιν agitur) et p. 169 C ἀλλ' ἄγε. Etiam p. 168 E recipienda erat Schleiermacheri coniectura αὐτοῦ τὸν λόγον.

dici *ἡγεῖσθαί τινα μηδέν*) et superadditum sic per se *ἀτιμάσασα*. (Nam quod ante Bekkerum coniungebatur *καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα*, sententiæ repugnat.) Opinor scribendum esse: *ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ κατ' οὐδὲν ἀτιμάσασα.*

Ibd. p. 174 D: *Τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον ἕνα τῶν νομέων, οἷον συβώτην ἢ ποιμένα ἤ τινα βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον πολὺ βδάλλοντα.* Hæc intellegerem, si post *ἐγκωμιαζόμενον* additum *ἀκούων* legeretur; nunc neque cohæret oratio neque anacoluthi ulla est excusatio. Scriptum fuisse opinor *ἐγκωμιαζόντων* idque, cum, pronomine (*αὐτῶν*) omisso, minus appareret structuræ ratio, mutatum.

(De p. 175 C vid. supra p. 100.)

Ibd. p. 181 B: *Οὐδὲν μὲν οὖν ἀνεκτόν, ὦ Σώκρατες, μὴ οὐ διασκέψασθαι, τί λέγουσιν ἑκάτεροι τῶν ἀνδρῶν.* Parum aptum videtur, tanquam de re gravi et intolerabili, *ἀνεκτόν*, scribendumque potius *ἀνετέον*, non desistendum nec remittendum, quin consideremus. Sophist. p. 254 B: *οὐκ ἀνετέον, πρὶν ἂν ἱκανῶς αὐτὸν θεασώμεθα.* Polit. p. 291 C.

Ibd. p. 182 B: *ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συγγιγνομένων τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰ αἰσθητὰ ἀποτίκτοντα τὰ μὲν ποιά ἄττα γίγνεσθαι, τὰ δὲ αἰσθανόμενα.* Non video, qui ferri possit activum *ἀποτίκτοντα*, cogorque *ἀποτεχθέντα* scribere, etsi is aoristus tantum inferioris ætatis testes habet.

Ibd. p. 182 D prave Theodori et Socratis partes separantur. Neque enim Theodori est amplificare, quæ Socrates dixerit, et argumentum addere. Itaque Theodori hæc tantum sunt: *Καὶ τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες;* deinde Socrates suam continuat orationem.

Ibd. p. 184 D, E: *εἴ τινι ἡμῶν αὐτῶν τῷ αὐτῷ διὰ μὲν ὀφθαλμῶν ἐφικνούμεθα λευκῶν τε καὶ μελάνων, διὰ δὲ τῶν ἄλλων ἑτέρων αὖ τινῶν, καὶ ἕξεις ἐρωτώμενος πάντα τὰ τοιαῦτα εἰς τὸ σῶμα ἀναφέρειν;*

Necessario tollendum καὶ positum initio apodosis in apertissima et simplicissima oratione. Proxime ante scribendum videtur: Τοῦ δέ τοι ἕνεκα *ταῦτά* σοι (vulgo αὐτά σοι) διακριβοῦμαι; (hac diligentia utor?). Tum proxime post: ἴσως δὲ βέλτιον σὲ λέγειν *αὐτὸν* (pro αὐτά) ἀποκρινόμενον μᾶλλον ἢ ἐμὲ ὑπὲρ σοῦ πολυπραγμονεῖν.

Ibd. p. 191 E: Ὁ τοίνυν ἐπιστάμενος μὲν αὐτά, σκοπῶν δέ τι ὧν ὁρᾷ ἢ ἀκούει. Pronomen αὐτά non habet, quo referatur; scribendum, quod apertissime sententia flagitat, *ἄττα*.[1])

Ibd. p. 195 D: λέγεις, ὅτι αὖ τὸν ἄνθρωπον, ὃν διανοούμεθα μόνον, ὁρῶμεν δ' οὔ, ἵππον οὐκ ἄν ποτε οἰηθείημεν εἶναι. Particula αὖ nihil loci habet; scrib. *ἄν*.

Ibd. p. 198 D: ὧν πάλαι ἐπιστῆμαι ἦσαν αὐτῷ μαθόντι καὶ ἠπίστατο αὐτά. Particula καί non reperitur nisi in perpaucis et recentibus codicibus, atque in eorum quoque pluribus a secunda manu. Scribendum est: ἐπιστῆμαι ἦσαν αὐτῷ *μαθών τε* ἠπίστατο αὐτά.

Ibd. p. 201 C: Οὐκ ἄν, εἴ γε ταὐτὸν ἦν δόξα τε ἀληθὴς καὶ δικαστήρια καὶ ἐπιστήμη, ὀρθά ποτ' ἂν δικαστὴς ἄκρος ἐδόξαζεν ἄνευ ἐπιστήμης. Quoniam substantivi nominativo (δικαστήρια) nihil omnino est loci, eam vocem prorsus tollunt; verum eam nemo tam fatuus additurus erat, nec ex nota marginali orta esse potest. Scribendum *δικαστηρία*. Finxit hoc adiectivum Plato,

---

[1]) P. 190 C (ἐατέον δὲ καὶ σοὶ κ. τ. λ.) ne quid frustra tentetur, verba rectius enarranda sunt, quam a Stallbaumio fit; hoc enim Socrates dicit, nomen alterius relinquendum esse in singulis rebus et de iis intellegendum, quæ inter se diversa sint; nam verbo quidem diversum et diversum idem esse; **abstractam diversi notionem appellationemque unam esse.**

ut *φυλακτήριος* de legg. VIII, p. 842 D, lepideque sententiam veram et iudici convenientem dixit.

Ibd. p. 204 A verum esse nequit verbum activum *ἐχέτω* in hac orationis forma: *ἐχέτω . . . μία ἰδέα γιγνομένη ἡ συλλαβή.* Scribendum videtur: *ἔχε· ἔστω δὴ μία ἰδέα ἐξ ἑκάστων τῶν συναρμοττόντων στοιχείων γιγνομένη ἡ συλλαβή.* Quanquam solet fere dici: *ἔχε δή· ἔστω.*[1])

Sophist. p. 216 C: *καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντός.* Nemo, quod sciam, adiectivum *τίμιος*, quod absolutæ et plenæ significationis est, cum genetivo pretii coniunxit (*τίμιός τινος*, pretio aliquo dignus, æstimandus). Tollendum vocabulum, additum, cum non intellegeretur *ἄξιοι* ad utrumque genetivum pertinere.

Ibd. p. 221 E: *Δίχα που νῦν διείλομεν τὴν ἄγραν πᾶσαν, νευστικοῦ μέρους, τὸ δὲ πεζοῦ τέμνοντες.* Quid sit *τέμνειν ἄγραν νευστικοῦ μέρους*, cum agatur de captura in *τὸ νευστικὸν* et *τὸ πεζὸν* dividenda, nemo facile dicat; nam *τέμνομεν μέρη* (*εἰς μέρη*), non *μερῶν*. Et ipsum *μέρος* in *τὸ δὲ* auditur. Ferri potest: *νευστικοῦ* (*θηρευτοῦ*), *τὸ δὲ πεζοῦ τέμνοντες.* Sed fortasse scribendum est: *νευστικὸν μέρος, τὸ δὲ πεζὸν τέμνοντες.* Et est *πεζὸν* in cod. Oxon. et *Δ*.

---

[1]) P. 204 C servanda erat codicum scriptura. Primum Socrates quærit: *Οὐκοῦν ἐφ' ἑκάστης λέξεως πάντα τὰ ἓξ εἰρήκαμεν;* Nonne in unaquaque dictione (quicquid ex his diximus sive bis trina sive ter bina sive cetera) omnia diximus, quæ coniunctim sex sunt (sex, ut ita dicam, singulatim)? Deinde: *Πάλιν δὲ οὐδὲν λέγομεν τὰ πάντα λέγοντες;* Nihilne sic dicimus, ut hæc omnia (has omnes numeri senarii formas) significemus (coniunctim et una voce)? P. 207 D recte Stephanus non tulit *ὁτὲ μὲν . . . τότε δέ*, quod et barbarum hoc est et quod in hoc membro necessario eadem forma, qua in proximo, varietas temporis significari debet. Error ortus ex concursu syllabæ *το* geminatæ (*αὐτοτοτε*).

Ibd. p. 223 B: *Κατὰ δὴ τὸν νῦν ... λόγον ... ἡ τέχνης οἰκειωτικῆς, χειρωτικῆς, θηρευτικῆς, ζωοθηρίας, χερσαίας, ἀνθρωποθηρίας . . . νέων πλουσίων καὶ ἐνδόξων γιγνομένη θήρα προσρητέον . . . σοφιστική.* Omnes hos genetivos ludicrorum artium nominum non intellego; neque enim venatio artis est nec ars venatur, sed sophistica est ea venatio adolescentium, quæ his artibus fit. Itaque genetivis dativos substituendos dico scribendumque: *ἡ τέχνῃ οἰκειωτικῇ, χειρωτικῇ, ..., δοξοπαιδευτικῇ νέων πλουσίων καὶ ἐνδόξων γιγνομένη θήρα*, quod qui nimis audacter in tot nominibus fieri putaverit, meminerit, cum in primo aberratum esset, ut pro *τέχνῃ* scriberetur *τέχνης*, necessario eandem in ceteris mutationem factam esse. Quam facilis autem ille error fuerit, dictum est supra p. 67 et ad Thucyd. II, 83, 1. (De p. 224 A dictum est illo ipso loco p. 67.)

Ibd. p. 228 C: *ὅσα κινήσεως μετασχόντα καὶ σκοπόν τινα θέμενα τούτου τυγχάνειν καθ' ἑκάστην ὁρμὴν παράφορα αὐτοῦ γίγνεται καὶ ἀποτυγχάνει.* Verba *τούτου τυγχάνειν*, quod cum reliquis nullo modo coeunt, prorsus tolli volunt; addi qui potuerint, non significant. Scribendum est optima sententia, minima mutatione: *καὶ σκοπόν τινα θέμενα ἀντὶ τοῦ τυγχάνειν καθ' ἑκάστην ὁρμὴν κ. τ. λ.* Semel scripto *α*, ex *ντιτου* factum *τούτου*.

Ibd. p. 229 A: *Οὐκοῦν καὶ περὶ μὲν ὕβριν καὶ ἀδικίαν καὶ δειλίαν ἡ κολαστικὴ πέφυκε τεχνῶν μάλιστα δὴ πασῶν προσήκουσα δίκη.* Hæc prorsus nugatorie dicuntur, *τὴν κολαστικὴν* maxime esse *δίκην* et *δίκην προσήκουσαν* nescio cui. Omnia recta et elegantia erunt, iota subscripto: *τεχνῶν μάλιστα δὴ πασῶν προσήκουσα Δίκῃ.* Ut præcipuam hanc esse iustitiæ partem hospes Eleates significet, maxime eam deæ Iustitiæ cognatam et propriam dicit.

Ibd. p. 231 A, B: *ὅμως δὲ ἔστωσαν* (hi, quos signifi-

cavimus, sophistæ)· *οὐ γὰρ περὶ σμικρῶν ὅρων τὴν ἀμφισβήτησιν οἴομαι γενήσεσθαι τότε, ὁπόταν ἱκανῶς φυλάττωσιν.* Quæ sit hæc, quam hospes futuram exspectet, idonea custodia, a sophistis agenda, frustra, opinor, quæremus. Stallbaumii quidem enarratio prorsus prava est. Ne *φυλαχθῶσι* quidem rectum sensum efficit, etsi aoristus præsenti præstat. Scribendum opinor: *τότε, ὁπόταν ἱκανῶς φωραθῶσιν*: tum, cum satis deprehensi inventique fuerint, qui sint.

Ibd. p. 234 C adhibitis Schleiermacheri et Stallbaumii inventis (*ἦ* et *τυγχάνει*) scribendum est: *περὶ τοὺς λόγους ἆρ' οὐ προσδοκῶμεν εἶναί τινα ἄλλην τέχνην, ἦ ὂν δυνατὸν αὖ τυγχάνει τοὺς νέους . . . διὰ τῶν ὤτων τοῖς λόγοις γοητεύειν;* Codices *τέχνην, ἢ οὐ δυνατὸν αὖ τυγχάνειν.*

Ibd. p. 235 A: *Εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον τινά (τὸν σοφιστήν).* Opinor scribendum: *Ὡς γόητα.*[1])

Ibd. p. 236 E: *Ὅπως γὰρ εἰπόντα χρὴ, ψευδῆ λέγειν ἢ δοξάζειν ὄντως εἶναι, καὶ τοῦτο φθεγξάμενον ἐναντιολογίᾳ μὴ συνέχεσθαι, παντάπασιν .. χαλεπόν.* Inter *εἰπόντα* et alterum *τοῦτο φθεγξάμενον*, quo illud revocatur et renovatur (*cum igitur sic dixeris*), non potest interponi *καί*, quod ortum est ex altera syllaba verbi *εἶναι.*

Ibd. p. 239 D (de sophista, quem hospes dixit *πανούργως εἰς ἄπορον τόπον καταδεδυκέναι*): *Τοιγαροῦν εἴ τινα φήσομεν αὐτὸν ἔχειν φανταστικὴν τέχνην,*

[1]) P. 236 B restituenda codicum scriptura temere ab Hermanno mutata: *διὰ τὴν οὐκ ἐκ καλοῦ θεάν*, propter conspectum e loco non apto et idoneo (ex eo, unde extrema minora veris videntur). *Οὐ* non „aliquot codices" ad fulciendam corruptelam addiderunt, sed tenen tomnes præter tres, boni prorsus omnes.

ῥᾳδίως ἐκ ταύτης τῆς χρείας τῶν λόγων ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν εἰς τοὐναντίον ἀποστρέψει τοὺς λόγους κ. τ. λ. Neque quid h. l. sit *χρεία λόγων*, intellegitur (quæ rectissime dicitur politic. p. 272 D de usu sermonum et disserendi), et ineptissime certe *ἐκ τῆς χρείας τῶν λόγων* sophistes in eos, qui illum sectantur et comprehendere student, impetum facere dicitur. Et *τῶν λόγων* quidem, quod etiam ob proxime sequens *ἀποστρέψει τοὺς λόγους* suspectum fit, prorsus coarguunt codices tres optimi (Oxon., *Δ*, *Π*), in quibus est *τὸν λόγον*. Videat nunc mihi aliquis, quam facili mutatione ex his vestigiis veritas emergat. Nam hospes elegantissima imagine, sophistam cum serpente aliave bestia noxia comparans, fieri posse dicit, ut ille ex latibulo, quo se condiderit, se ei insidiantes et capere eum conantes subito impetu petat et perturbet: *ῥᾳδίως ἐκ ταύτης τῆς χειᾶς τοῦ λόχου ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν εἰς τοὐναντίον ἀποστρέψει τοὺς λόγους*. Usus est Plato Homerico vocabulo (*χειά*), quod post eum in prosa oratione Plutarchus posuit de def. orac. c. 15 p. 418 A et quod fortasse sermo populi semper tenuit in re apud scriptores raro appellata.

Ibd. p. 240 B sic orationem distribuendam scribendamque puto: *Ξέ. Οὐκ ὄντως οὐκ ὂν ἄρα λέγεις τὸ ἐοικός, εἴπερ αὐτό γε μὴ ἀληθινὸν ἐρεῖς. Ἀλλ' ἔστι γε μήν πως. Θεαίτ. Οὐκ ὂν ἀληθῶς γε, ἔφην.* (Sic codices optimi Ox., *Δ*, *Π*, non *οὐκοῦν* nec *φῄς*). *Ξέ. Οὐ γὰρ οὖν. Θεαίτ. Πλήν γ' εἰκὼν ὄντος.*

Ibd. p. 241 A Plato nihil scripsit nisi hæc: *ἢ τίς μηχανὴ συγχωρεῖν τινὰ τῶν εὖ φρονούντων, ὅταν προσδιωμολογημένα ᾖ τὰ πρὸ τούτων ὁμολογηθέντα;* Illa *ἄφθεγκτα καὶ ἄρρητα καὶ ἄλογα καὶ ἀδιανόητα*, quæ orationem et sententiam omnino evertunt (significant enim, cum simul convenerit ea, quæ antea convenerint, esse *ἄφθεγκτα καὶ ἄρρητα*, quo nihil ineptius et alienius esse potest), adscripta sunt in margine (sed prava forma) ex p.

238 C ad significandum, quæ essent *τὰ πρὸ τούτων ὁμολογηθέντα.*

Ibd. p. 244 D scribendum (ut perficiatur ea sententia, quæ præcedit: *συμβήσεται τὸ ὄνομα ὀνόματος ὄνομα μόνον, ἄλλου δ' οὐδενὸς ὄν*): *καὶ τὸ ἓν γε ἑνὸς ἓν μόνον* (pro *ἓν ὂν μόνον*), *καὶ τοῦ ὀνόματος* (sic Oxon. pro *τοῦτο ὀνόματος*) *αὖ τὸ ἓν μόνον.* (Hermannus aberravit.)

Ibd. p. 245 B: *Πότερον δὴ πάθος ἔχον τὸ ὅλον τοῦ ἑνὸς οὕτως ἕν τε ἔσται καὶ ὅλον ἢ παντάπασι μὴ λέγωμεν ὅλον εἶναι τὸ ὄν;* Recte Schleiermacherus vidit subiectum esse non *τὸ ὅλον*, sed *τὸ ὄν*. Itaque scripsit *ἔχον τὸ ὂν τοῦ ἑνός.* Sed ut illud de subiecto verum est, ita non minus certum videtur (ex *ἕν τε καὶ ὅλον* et ex *μὴ ὅλον*) simul cum *τῷ ἑνί* nominatum fuisse *τὸ ὅλον.* Itaque Plato scripsisse videtur: *Πότερον δὴ πάθος ἔχον* [*τὸ ὂν*] *τοῦ ὅλου καὶ τοῦ ἑνὸς οὕτως ἕν τε ἔσται καὶ ὅλον . . ;* Quæritur, qua ratione (num *πάθει*) ens totum et unum fiat. Cum ob bis positas litteras excidisset *τὸ ὄν*, mutatum est *τοῦ ὅλου καί.*

Ibd. p. 248 C: *ὅτι γενέσει μὲν μέτεστι τοῦ πάσχειν καὶ ποιεῖν δυνάμεως, πρὸς δὲ οὐσίαν τούτων οὐδετέρου τὴν δύναμιν ἁρμόττειν φασίν.* Aut scribendum: *μέτεστι τῆς τοῦ πάσχειν καὶ ποιεῖν δυνάμεως* aut tantum: *μέτεστι τοῦ πάσχειν καὶ ποιεῖν*, sublato *δυνάμεως*, quod potuit ad orationem explendam et exæquandam addi.

Ibd. p. 248 E: *τὴν οὐσίαν δὴ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον γιγνωσκομένην ὑπὸ τῆς γνώσεως . . . κινεῖσθαι διὰ τὸ πάσχειν.* Infinita oratio non habet, unde pendeat. Itaque Hermannus hac sententia superiori adnexa, *ὥστε* ante *τὴν οὐσίαν* addidit (effictum ex *ὡς τό*, quod duobus versibus ante prave sustulit). Scribendum est: *Τὴν οὐσίαν δὴ δεῖ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον κ. τ. λ.* (Cfr. ad Thucyd. VI, 21, 2.)

Ibd. p. 249 A necessario in membris contrarie relatis

scribendum: *Ἀλλὰ δῆτα νοῦν μὲν καὶ ζωὴν καὶ ψυχὴν ἔχειν, ἀκίνητον μέντοι τὸ παράπαν ἔμψυχον ὂν ἑστάναι.* Vulgo deest *ἔχειν*, quod excidit post *χην.*[1])

Ibd. p. 251 E personarum partes sic distribuendæ sunt: *Θεαίτ. Ἐγὼ μὲν . . . ἀποκρίνασθαι. Ξέ. Τί οὖν οὐ καθ' ἓν ἀποκρινόμενος . . . ἐσκέψω; Θεαίτ. Καλῶς λέγεις, καὶ τιθῶμέν γε . . . μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν κοινωνίας εἰς μηδέν. Ξέ. Οὐκοῦν κίνησίς τε . . . μεθέξετον οὐσίας. Θεαίτ Οὐ γὰρ οὖν.*

Ibd. p. 253 C: *καὶ δὴ καὶ διὰ πάντων εἰ συνέχοντα ταῦτα ἔστιν, ὥστε συμμίγνυσθαι δυνατὰ εἶναι.* Hermannus *συνέχοντα ἄττ' ἐστίν.* Debuerat: *συνέχοντα ἄττ' αὐτὰ ἐστίν.*

Ibd. p. 253 E: *Τὸν μὲν δὴ φιλόσοφον . . . ἀνευρήσομεν, ἰδεῖν μὲν χαλεπὸν ἐναργῶς καὶ τοῦτον, ἕτερον μὴν τρόπον ἥ τε τοῦ σοφιστοῦ χαλεπότης ἥ τε τούτου.* Græcum non est: *ἡ χαλεπότης ἕτερον τρόπον ἐστίν.* Scribendum: *ἑτέρου μὴν τρόπου ἥ τε τοῦ σοφιστοῦ χαλεπότης ἥ τε τούτου.* (Synt. Gr. § 54 not. 1; Aristoph. av. 109, Eurip. Med. 808, Herod. I, 107.)

Ibd. p. 256 A ridicule, postquam dixit hospes: *Οὐ ταὐτὸν ἄρα ἐστὶν ἡ κίνησις*, statim subiicit: *ἀλλὰ μὴν αὕτη γ' ἦν ταὐτόν*, prava etiam demonstratione (*αὕτη*), quasi diligenter ab alia re separetur. Scr.: *ἀλλὰ μὴν ἑαυτῇ γ' ἦν ταὐτὸν διὰ τὸ μετέχειν αὖ πᾶν ταὐτοῦ* (pro *πάντ' αὐτοῦ*, quod debebat esse *πάντα ταὐτοῦ*). Cfr. B: *διὰ τὴν μέθεξιν ταὐτοῦ πρὸς ἑαυτήν.* (Ipsa sibi eadem est.)

Ibd. p. 257 D sic scribendum: *Θεαίτ. Τάχ' ἄν. Ξέ. Ἀλλ', ὅπῃ δή, λέγωμεν. Ἔστι τῷ καλῷ τι θάτερον*

---

[1]) P. 251 A rectum est, quod mutant, *διωσόμεθα*: si neutrum videre poterimus, quæstionem decentissime deponemus et a nobis reiiciemus sic utriusque simul.

μόριον ἀντιτιθέμενον; Codices (præter Ξ) ἄλλο πῃ, litteris male divisis. Soli hospiti convenit illa exhortatio.

Ibd. p. 258 B: Πότερον οὖν (τὸ μὴ ὂν) ἔστιν οὐδενὸς τῶν ἄλλων οὐσίας ἐλλειπόμενον..; Scrib. οὐσίᾳ: nullo alio essentia inferius. Alioquin esset: οὐδεμιᾶς ἄλλης οὐσίας. Deinde (C) potius tollenda hæc: καὶ τὸ μὴ μέγα καὶ τὸ μὴ καλὸν quam quicquam addendum. Nam cum essentiis positivis (ὥσπερ τὸ μέγα ἦν μέγα) comparatur negativa: οὕτω δὲ καὶ τὸ μὴ ὂν . . . ἔστι μὴ ὄν. Id non intellexit, qui illa interposuit, tanquam aptiora scilicet ad τὸ μὴ ὄν.

Ibd. p. 267 C: σφόδρα ἐπιχειροῦσι πολλοὶ τὸ δοκοῦν σφίσι τοῦτο ὡς ἐνὸν αὐτοῖς προθυμεῖσθαι φαίνεσθαι ποιεῖν. Tollendum esse προθυμεῖσθαι ridicule post ἐπιχειροῦσι abundans cum molestissimo trium infinitivorum concursu, etiam eo evincitur, quod necessario hæc continuari debent ὡς ἐνὸν αὐτοῖς φαίνεσθαι. Paulo post (D) pro παλαιά τις ... αἰτία, pro quo Bœckhius ἀήθεια scribebat, videtur potius fuisse ἀργία.

Ibd. p. 268 A scrib.: Πάνυ μὲν οὖν ἔστιν ἑκάτερον γένος ὧν εἴρηκας pro ἑκατέρου γένους. Non unus quidam utriusque esse generis dicitur, sed utrumque genus reperiri.

Politic. p. 258 B, C sic distribuenda verba videntur: Νέ. Σω. Τί μήν; κατ' ἄλλο; Ξέ. Ἔοικέ γε. Τὴν οὖν κ. τ. λ.

Ibd. p. 261 D: Φαίνεταί γε δὴ ῥηθὲν νῦν. Mire, quod alter proximis superioribus verbis dixit, confirmatur dictum videri nunc. Scrib.: ῥηθὲν εὖ.

Ibd. p. 264 E e codicum vestigiis (τὸ πολιτικὸν ὥσπερ τὸ πεζὸν) videtur effici: Τί δέ; τὸ πολιτικόν, ἐν ᾧπερ τὸ πεζόν, ζητητέον; in ea parte, in qua τὸ π. est?

Ibd. p. 267 A: τούτου δὲ ἀπεικασθὲν τὸ μόριον αὐτεπιτακτικὸν ἐρρήθη. Nulla hic assimulatio locum habet. Ex toto separata frangendo pars significatur: ἀποκλασθέν.

Ibd. p. 271 A: *τὸ δὲ γηγενὲς εἶναί ποτε γένος λεχθὲν τοῦτ' ἦν τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐκ γῆς πάλιν ἀναστρεφόμενον.* Nulla erat *ἀναστροφή* (nec hoc de resurgentibus dicitur). Scrib.: *ἀνατρεφόμενον.*

Ibd. B omnis difficultas evanescit recepto e *ΔΠ*, quod licet suspicari etiam in Ox. fuisse, quocum illi contra ceteros conspirare solent, *τὸ τοὺς πρεσβύτας* pro *τῷ τ. πρ.* sublatoque ante *τῇ τροπῇ*, quod iam Hermannus sustulit, ceteroquin longe a vero aberrans, *ἕπεσθαι*, quod tres illi certi testes omittunt. Sic enim locus scribendus est: *ἐχόμενον γάρ ἐστι* (proximum et consequens est) *τὸ τοὺς πρεσβύτας ἐπὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἰέναι φύσιν, ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὖ, κειμένων δ' ἐν γῇ, πάλιν ἐκεῖ ξυνισταμένους καὶ ἀναβιωσκομένους, τῇ τροπῇ συνανακυκλουμένης εἰς τἀναντία τῆς γενέσεως* (*generatione una cum terræ conversione in contrarium se vertente*; perverse Stallbaumius et Hermannus *συνανακυκλουμένους*).

Ibd. D: *τότε γὰρ αὐτῆς πρῶτον τῆς κυκλήσεως ἦρχεν ἐπιμελούμενος ὅλης ὁ θεός, ὡς νῦν κατὰ τόπους ταὐτὸν τοῦτο ὑπὸ θεῶν ἀρχόντων πάντῃ τὰ τοῦ κόσμου μέρη διειλημμένα.* Manifesto prava esse verba *ὡς νῦν*, si ad sequentia referantur, satis, ne plura dicam, ostendunt, quæ p. 273 A leguntur, e quibus apparet nunc alium rerum ordinem esse dici, olim cum summo deo coniunctos dæmones singulis partibus præfuisse, quas postea reliquerint (p. 272 E). Perturbata est etiam totius loci cohærentia. Scribendum est: *ὁ θεὸς ὡς νῦν, καὶ κατὰ τόπους, ταὐτὸν τοῦτο, ὑπὸ θεῶν ἀρχόντων πάντ' ἦν τὰ τοῦ κόσμου μέρη διειλημμένα.* Pro *καί*, quod facillime ante *κατά* excidere poterat, potest etiam scriptum fuisse *εἶτα* (*εἶτα κάτα*). *Ταὐτὸν τοῦτο* appositione pro adverbio interponitur. *Πάντα ἦν* Stallbaumio debetur.[1])

[1]) P. 273 D ὁ τῆς ἀνομοιότητος ἄπειρος ὢν τόπος, in quo Stallbaumius hæret, chaos est, ubi omnia eandem habent faciem.

Ibd. p. 276 A verba: *ζητῶ δὲ αὖ τί τὸ μετὰ τοῦτο;* hospitis sunt, se ipsum commoventis.

Ibd. p. 282 B in codicum scriptura, quam Hermannus transpositione vocis *ἥμισυ* corrupit, una littera mutanda est, ut nihil desideretur: *Τὸ μὲν ξαντικὸν καὶ τὸ τῆς κερκιστικῆς ἥμισυ, καθ᾽ ὅσα* (pro *καὶ ὅσα*) *τὰ ξυγκείμενα ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀφίστησι, πᾶν τοῦτο ὡς ἓν φράζειν τῆς τε ταλασιουργίας ἐστί που, καὶ μεγάλα τινὲ κατὰ πάντα ἡμῖν ἤστην τέχνα, ἡ συγκριτική τε καὶ διακριτική*: dimidia artis *κερκιστικῆς* pars, quatenus composita separat, ɔ: dimidia illa pars, quæ cet. (Ibd. C Hermannus præcepit, quod ante triginta annos emendaveram, *μεθίωμεν* pro *μετίωμεν*, sed non recte *αὐτόθι* superioribus adiunxit.)

Ibd. p. 284 D incredibile est, in apertissima reciprocationis figura neminem vidisse scribendum esse: *τούτου τε γὰρ* (*τοῦ μετρίου*) *ὄντος ἐκεῖναι εἰσὶ* (*αἱ τέχναι*, pro *ἐκεῖνα ἔστι*) *κἀκείνων οὐσῶν ἔστι καὶ τοῦτο κ. τ. λ.* Paulo ante rectissime Cornarius: *Ἔτι δὲ* (Etiamnunc) *πρὸς τὰ νῦν καλῶς καὶ ἱκανῶς δείκνυσθαι δοκεῖ μοι βοηθεῖν μεγαλοπρεπῶς ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος.* Pervagatum mendum *δείκνυται*, de quo dixi supra p. 26 n., mire defenditur.

Ibd. p. 285 E scribendum est: *τοὺς πλείστους λέληθεν, ὅτι τοῖς μὲν τῶν ὄντων ῥᾳδίως κατάμαθεῖν τινὲς ὁμοιότητες πεφύκασιν, ἃς οὐδὲν χαλεπὸν δηλοῦν . . ., τοῖς δὲ αὖ μεγίστοις οὖσι . . . οὐκ ἔστιν εἴδωλον οὐδὲν κ. τ. λ.* sublato, quod declarandi causa ante *τινές* prava forma adscriptum est *αἰσθητικαί* (hoc enim codices habent, non *αἰσθηταί*). In *ῥᾳδίως καταμαθεῖν πεφύκασιν* brevitas quædam orationis est talis, ut *πεφύκασιν* significet et esse in rebus illas similitudines et sic inesse, ut *ῥᾳδίως* animadvertantur (facile ad animadvertendum). Qui *ῥᾳδίοις* scripserunt, errarunt. Nam si adiectivo Plato usus esset, *ῥᾴδιοι* scripsisset, de *ὁμοιότησι*, non de rebus.

Ibd. p. 286 B: *Ταύτης τε οὐχ ἥκιστα αὐτῆς ἕνεκα*

τῆς δυσχερείας κ. τ. λ. Non solum τε (in quo solo Stallbaumius hæsit) perversum est in hac scriptura, quod nullum aliud membrum cum hoc coniungitur, sed ipsa tota sententia; nam propter illum molestiæ sensum (δυσχέρειαν) neque dictum quicquam est neque quicquam in memoriam revocatur, sed eius ipsius nunc meminisse hospes iubet, ut admonitionem adiungat. Tollendum est igitur ἕνεκα, additum (ex superiore χάριν sumpto initio), cum non animadverteretur, unde genetivus penderet, scribendumque, sublata etiam incommoda Socratis iuvenis personæ interpositione, sic: Ὧν τοίνυν χάριν ἅπανθ' ἡμῖν ταῦτ' ἐρρήθη, περὶ τούτων μνησθῶμεν τινῶν ταύτης τ' οὐχ ἥκιστα αὐτῆς τῆς δυσχερείας, ἥνπερ (sic Herm. pro ἣν περὶ, fort. ἧπερ) τὴν μακρολογίαν τὴν περὶ τὴν ὑφαντικὴν ἀπεδεξάμεθα δυσχερῶς καὶ τὴν περὶ τοῦ παντὸς ἀνείλιξιν καὶ τὴν τοῦ σοφιστοῦ περὶ τῆς τοῦ μὴ ὄντος οὐσίας, ἐννοοῦντες κ. τ. λ. Sic enim codices sequens τὴν περὶ τοῦ παντὸς ἀνείλιξιν scribo, ut intellegatur longa explicatio. Bekkerus e duobus perexiguæ auctoritatis codicibus scripsit τὴν περὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀνείλιξιν, ut ad prius τὴν audiatur μακρολογίαν, ἀνείλιξις autem mundi generatio et, ut nunc loquimur, evolutio intellegatur, quod nec ipsum recte fit et incommodissime in tertio membro ad τὴν τοῦ σοφιστοῦ auditur μακρολογίαν, quod tum fieri necesse est.

Ibd. p. 286 E pro ἀποδεχόμενον, quod, quo referatur, non habet, scribendum videtur ἀποδεχόμενος, quod redit ad παραγγέλλει (D).

Ibd. p. 289 B: παραλείπομεν δὲ εἴ τι μὴ μέγα λέληθεν εἴς τι τούτων δυνατὸν ἁρμόττειν. Mira hæc oratio est, prætermittere se, nisi quid magnum fefellerit. Neque enim dicitur, quid prætermittant. Præcedit θρέμμα. Scribendum vocali geminata: ἃ παραλείπομεν δὲ, εἴ τι μὴ μέγα λέληθεν, εἴς τι τούτων δυνατὸν ἁρμόττειν.

Ibd. p. 289 E: Τί δέ; τῶν ἐλευθέρων ὅσοι τοῖς νῦν

δὴ ῥηθεῖσιν εἰς ὑπηρετικὴν ἑκόντες αὑτοὺς τάττουσι. Vitium sententiæ Stallbaumius et alii notarunt. Videtur inter *ὅσοι* et *τοῖς* excidisse *ἐναντίοι* (contrarii servis proxime commemoratis).

Ibd. p. 293 C vix fieri potest, ut non scribi oporteat: *ἐν ᾗ τις ἂν εὑρίσκοι τοὺς ἄρχοντας ἀληθῶς ἐπιστήμονας καὶ οὐ δοκοῦντας μόνον· ἐὰν δὲ* (pro *ἐάν τε*) *κατὰ νόμους ἐάν τε ἄνευ νόμων . . ., τούτων ὑπολογιστέον οὐδὲν κ. τ. λ.*

Ibd. p. 294 A: *νῦν δὲ ἤδη φανερὸν, ὅτι τοῦτο βουλησόμεθα τὸ περὶ τῆς τῶν ἄνευ νόμων ἀρχόντων ὀρθότητος διελθεῖν ἡμᾶς.* Prorsus prave dicitur *βουλησόμεθα διελθεῖν ἡμᾶς* pro solo *διελθεῖν* et plane mire (in hac forma sententiæ) *ἡμᾶς* in finem sententiæ reiicitur. Scribendum: *ὅτι τοῦτ' οὐ βουλησόμεθα . . . διαλαθεῖν ἡμᾶς.*

Ibd. p. 296 E et rectior fit sententia, omisso toto hoc: *μὴ ξύμφορα ἢ ξύμφορα* quam retento solo *ξύμφορα*, et facilius mihi intellegi posse videtur, qui totum addi potuerit (ut significaretur, quo spectare iudicium deberet), quam qui ad *ξύμφορα* adiici *μὴ ξύμφορα ᾖ.*

Ibd. p. 297 E: *ἐπειδὰν τὸ πρῶτόν τις μεταθῇ τὸ νῦν δὴ ῥηθέν.* Non agitur de mutatione. Scrib.: *μεθῇ*, si quis omisit neque persequi audet.

Ibd. p. 301 E: *τοιαύτης τῆς κρηπῖδος ὑποκειμένης αὐταῖς. τῆς κατὰ γράμματα καὶ ἔθη μὴ μετὰ ἐπιστήμης πραττούσης τὰς πράξεις, ἑτέρα προσχρωμένη παντὶ κατάδηλος ὡς πάντ' ἂν διολέσειε τὰ ταύτῃ γιγνόμενα.* Sic codices, oratione non cohærente, nec obscurum est, relativo pronomine hæc vinciri debere; sed nemo dixit, quo referretur *ἑτέρα* femininum; neque enim quæritur, quid alia sive *κρηπίς* sive *πολιτεία* factura sit, sed quid hæc tam prava in aliis rebus. Scribendum igitur: *πράξεις, ἢ εἰς ἕτερα προσχρωμένη παντὶ κατάδηλος ὡς πάντ' ἂν διολέσειε τὰ ταύτῃ γιγνόμενα* (quam, si ad alia adhibeatur,

apparet omnia perdituram esse). Quomodo ἢ εἰς exciderit post πράξεις, manifestum est. Προσχρωμένη Plato brevitatis causa passive dixit, ut alibi, ne βιαζόμενος commemorem, ἐπιφθεγγόμενος sophist. p. 257 C, ὠνούμενος Phædon. p. 69 B, μιμούμενος de rep. X p. 604 E.

Ibd. p. 304 A scribendum interrogative: ἃ δὴ τίνι τρόπῳ ῥᾷστά τις ἀπομερίζων δείξει γυμνὸν καὶ μόνον ἐκεῖνον..; Neque enim, si hospes facillime hoc factum iri ipse affirmaret, Socrates minor recte responderet, πειρατέον.

Ibd. p. 306 C prorsus non intellego, unde pendeat αὐτῶν, scribendumque puto: ἢ παντὸς μᾶλλον ἓν αὐτῶν ἔχει διαφορὰν τοῖς ξυγγενέσιν ἔς τι.

Ibd. p. 307 C: οἷον πολεμίας διαλαχούσας στάσιν ἰδέας. In altero vitiosa abundantia est, quod ἰδέαι πολέμιαι dicuntur, in altero defectus, quod διαλαχοῦσαι στάσιν (quoniam στάσις in hac coniunctione stationem et locum necessario significat); ipse ordo verborum admonet, scribendum esse: οἷον π ο λ ε μ ί α ν διαλαχούσας στάσιν ἰδέας. Initio sententiæ e codicibus tribus optimis restituendum: ὡς τὸ πολὺ αὐτά τε (pro ταῦτά τε): ipsas actiones.

Ibd. p. 308 B: Οὐδαμῶς ὡς οὐ φήσομεν. Manifestum est, hoc dici: Nullo modo negabimus; fieri non poterit, ut negemus. Id Græce dicitur: οὐδαμῶς οὐ φήσομεν (synt. Gr. § 209 a); ὡς quid agat, nescio et geminando ortum puto. Longe enim aliter dicitur θαυμασίως ὥς, ὑπερφυῶς ὡς quæque eius generis sunt.[1])

Ibd. p. 311 B: Τοῦτο δὴ τέλος ὑφάσματος εὐθυπλοκίᾳ ξυμπλέκειν γίγνεσθαι φαμὲν πολιτικῆς πράξεως

[1]) P. 308 D recte in duobus recentioribus codicibus scribitur, coniectura videlicet: ὅτι παιδία πρῶτον βασανιεῖ, pro παιδιᾷ. Primum pueros natos ἡ πολιτική explorabit (sintne tollendi), deinde educationi eorum prospiciet. Παιδιά nihil hic habet, quod agat.

τὸ τῶν ἀνδρείων καὶ σωφρόνων ἀνθρώπων ἦθος, ὁπόταν κ. τ. λ. Quam Stallbaumius posuit huius loci enarrationem, in qua Hermannus acquievit, in ea ipse „structuram verborum admodum difficilem et impeditam esse“ non diffitetur, „audaciusque et insolentius hyperbaton inesse;“ ego nego aut Platonem aut quemquam Græcum verba sic confundere ac miscere potuisse. Redeundum videtur ad ceterorum codicum scripturam coniectura natam: *Τοῦτο δὴ τέλος ὑφάσματος εὐθυπλοκίᾳ ξυμπλακὲν γίγνεσθαι φαμὲν πολιτικῆς πράξεως, τὸ τῶν κ. τ. λ.*, hac sententia: Hunc operis textorii finem recta textura compactum effici dicimus civilis actionis, fortium et moderatorum hominum ingenium moresque (qui existunt et apparent), cum cet.[1])

Phileb.[2]) p. 12 E: *πῶς γὰρ ἡδονή γε ἡδονῇ μὴ οὐχ ὁμοιότατον ἂν εἴη;* Ab usu loquendi prorsus abhorret *μὴ οὐ* non infinitivo adiunctum, sed in interrogando de eo, quod fieri possit, positum. (Stallbaumius sic defendit, quasi scriptum sit: *πῶς γὰρ δυνατὸν ἡδονὴν . . . μὴ οὐχ ὁμοιότατον εἶναι.*) Tollendum *μή* natum ex *νή*.

Ibd. p. 13 A: *Ὅτι προσαγορεύεις αὐτὰ ἀνόμοια ὄντα ἑτέρῳ, φήσομεν, ὀνόματι.* Requiritur *ἕν*. Neque

---

[1]) Paucis ante versibus, ubi sic scribitur: *Τὰ δ' ἀνδρεῖά γε αὖ πρὸς μὲν τὸ δίκαιον καὶ εὐλαβὲς ἐκείνων ἐπιδεέστερα, τὸ δ' ἐν ταῖς πράξεσι τὸ μὲν διαφερόντως ἴσχει*, nihil est certius Astii iudicio, hominis alioquin parum acuti et prudentis, in *τὸ μέν* latere adiectivum contrarium illis *τὸ δίκαιον καὶ εὐλαβές*, idque esse *ἰταμόν*. Stallbaumium et Hermannum in hac tam perspicua oppositionis forma audiri posse iudicasse *πρός* et contraria poni *τὸ δίκαιον* et *τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν* mirum est, magis mirum, quod *τὸ μέν* errore nata putarunt. Quali?

[2]) In hoc dialogo orationis duritia anacoluthorumque libertate molesto difficilique nec, ut mihi videtur, tota compositione notionumque et argumentorum tractatione inter optimos numerando codices non pauca gravia et antiqua vitia habent, quorum multa incurata iacent iacebuntque.

enim in eo reprehenditur Protarchus, quod alio nomine voluptates appellet, sed quod, cum diversæ ipsæ sint, aliud iis commune nomen (prædicatum) imponat. Tum φήσομεν aperte vitiosum vel ipso loco arguitur. Fuit fortasse: ἑτέρῳ ὡς ἓν ὀνόματι.

Ibd. p. 14 B: κατατιθέντες δὲ εἰς τὸ μέσον, τολμῶμεν, ἄν πῃ ἐλεγχομένω (codd. ἐλεγχόμενοι) μηνύσωσι, πότερον ἡδονὴν τἀγαθὸν δεῖ λέγειν ἢ φρόνησιν' κ. τ. λ. Excidit infinitivus post τολμῶμεν. Nam artificia defendentium prorsus absurda sunt. Fuitne τολμῶμεν μετιέναι, ἄν πῃ . . .?

Ibd. p. 15 A: περὶ τούτων τῶν ἑνάδων καὶ τῶν τοιούτων ἡ πολλὴ σπουδὴ μετὰ διαιρέσεως ἀμφισβήτησις γίγνεται. Frustra explicare Stallbaumius conatur; Hermannus tria verba delet. Lenior adest medicina: ἡ πολλῇ σπουδῇ μετὰ διαιρέσεως ἀμφισβήτησις γίγνεται.

Ibd. p. 16 B: οὐ μὴν ἔστι καλλίων ὁδὸς οὐδ' ἂν γένοιτο ἧς ἐγὼ ἐραστὴς μέν εἰμι ἀεί κ. τ. λ. Scribendum: γένοιτο ἢ ἧς. Neque enim unquam genetivus relativi simul et præcedenti comparativo et sequenti nomini genetivum flagitanti parere potest.

Ibd. p. 17 A: οἱ δὲ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοὶ ἓν μέν, ὅπως ἂν τύχωσι, καὶ πολλὰ (prave Hermannus: τύχωσι, τὰ πολλὰ) θᾶττον καὶ βραδύτερον ποιοῦσι τοῦ δέοντος, μετὰ δὲ τὸ ἓν ἄπειρα εὐθύς· τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύγει. Lentitudinis reprehensio neque cum celeritate congruit neque cum re; celerrima enim et brevissima via isti homines ab initio ad extremum transilire insimulantur. Scripserat Plato βραχύτερον (nimis celeriter et nimis exiguis finibus); sed præterea tollendum δέ post μετά videtur; hæc enim appositione ad ποιοῦσι adiunguntur: μετὰ τὸ ἓν ἄπειρα εὐθύς, deinde additur, quod illi ἓν μὲν καὶ πολλά respondeat: τὰ δὲ μέσα κ. τ. λ. (De p. 17 D vid. p. 34.)

Ibd. p. 18 B. Nihil est (de eo, qui ab infinito incipit)

μὴ ἐπὶ τὸ ἓν εὐθὺς, ἀλλ' ἐπ' ἀριθμόν τινα κατανοεῖν. Aut κατανύειν, in quod Stallbaumius incidit, sed deseruit, aut κάταθεῖν, imagine a navi sumpta, scribendum. Paulo post e cod. Oxon. scribendum: ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεύθ τινα τοῦτον γενέσθαι, λέγων, ὡς πρῶτος (pro: γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος).

Ibd. p. 26 D, quemadmodum τὸ ἄπειρον et multa præbuisse genera et tamen in his unum apparuisse dicitur, sic etiam τὸ πέρας dici debet utrumque aliquo modo habere; itaque in his: καὶ μὴν τό γε πέρας οὔτε πολλὰ εἶχεν οὔτ' ἐδυσκολαίνομεν ὡς οὐκ ἦν ἓν φύσει, vitiose in priore membro omnino negatur multa habuisse. Scribendum videtur: οὔτε πολλὰ εἶργεν. Est aliquis lusus in hoc verbo cum τὸ πέρας coniuncto.

Ibd. p. 27 D non ex μικτὸς ἐκεῖνος faciendum μικτὸν ἐκεῖνο. sed prorsus tollendum additamentum adscriptum, cum non intellegeretur subiectum esse τὸ τρίτον γένος. (Non minus pravum illud p. 47 E: τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς.)

Ibd. p. 28 A recipienda est codicis Π (ex optimis tribus) prima scriptura ᾧ (pro ὡς) παρέχεταί τι μέρος ταῖς ἡδοναῖς ἀγαθοῦ, ut παρέχεται passive intellegatur idemque efficiatur sensus, quem Stallbaumius ὅ scribendo efficiebat.[1])

Ibd. p. 37 B. Neque hæc verborum forma: Τῷ ποτὲ οὖν δὴ τρόπῳ . . . φιλεῖ rectæ interrogationi admodum convenit (Τίνι ποτ' οὖν τρόπῳ) neque apte huic Socratis interrogationi Protarchus ita respondet, ut tantum quærendum affirmet. Codices non τῷ, sed ὅτῳ habent. Scribendum igitur videtur, voce una geminata: Ὅτῳ ποτὲ οὖν δὴ τρόπῳ ... ὁμοίως εἴληφεν, σκεπτέον. ΠΡ. Σκεπτέον

---

[1]) P. 30 E ne quis ex τῆς post γένους (γενούστης) extundere aliquid conetur (velut γένους ἕτης), animadverti velim etiam p. 52 C τῆς prorsus prave additum esse.

γάρ. Hoc γάρ facillime excidere poterat, quod sequitur ἄρ'.

Ibd. p. 41 E: τίς τούτων πρὸς ἀλλήλας μείζων καὶ τίς ἐλάττων καὶ τίς μᾶλλον καὶ τίς σφοδροτέρα. Neque per se dici posse: τίς μᾶλλον, ubi de duobus, uter maior sit, quæratur, neque in hac cum reliquis adiectivorum comparativis coniunctione, manifestum est. Videtur fuisse: καὶ τίς μαλακωτέρα aut ὁμαλωτέρα.

Ibd. p. 44 B in scriptura trium optimorum codicum (ὄναρ ἅπαν ἡδονὰς) videtur potius latere: φύσιν· τὸ γὰρ ἅπαν, quam quod editur: οἳ τὸ παράπαν.

Ibd. p. 45 A: Ἆρ' οὖν αἱ πρόχειροι, αἵπερ καὶ μέγισται τῶν ἡδονῶν . . . αἱ περὶ τὸ σῶμά εἰσιν αὗται; Neque id, quod caput est, maximas esse has voluptates (ut in iis spectari voluptatis natura debeat), sic in relativam sententiam tanquam appendix coniici potest, neque simpliciter affirmari, paratissimas voluptates etiam maximas esse; tantum hoc primum experimenti loco ponitur, deinde, aliæne sint maximæ, quæritur. Scribendum igitur: Ἆρ' οὖν, αἱ πρόχειροι εἴπερ καὶ μέγισται τῶν ἡδονῶν, . . . αἱ π. τ. σ ε. αὗται; (Quærendum est in maximis; si igitur promptissimæ etiam maximæ sunt, nonne corporis voluptates hæ, ɔ: promptissimæ, sunt?)

Ibd p. 47 C postquam Socrates de voluptatibus e solius corporis contrariis affectibus (desiderio et eius expletione) ortis dixit, ad eas transit, quæ ex contrario animi et corporis affectu oriuntur: περὶ δὲ τῶν ἐν ψυχῇ σώματι τἀναντία ξυμβάλλεται, λύπην τε ἅμα πρὸς ἡδονὴν καὶ ἡδονὴν πρὸς λύπην . . ., ταῦτα κ. τ. λ. Ad orationis structuram efficiendam una littera mutanda est: περὶ δὲ τῶν, εἰ ψυχὴ σώματι τἀναντία ξυμβάλλεται (de iis voluptatibus, si, ɔ: quæ oriuntur, si). De brevitate orationis et articulo præposito toti sententiæ cfr. synt. Gr. § 15 b not. 1. (In proximis Hermannus frustra errorem optimorum codicum, ταῦτα δὴ τότε μέν pro ταῦτα δὲ adiuvare

conatus est interposito *δέ* inter *ὡς* et *ὁπόταν*. Aperte contraria sunt: *ταῦτα ἔμπροσθε μὲν διήλθομεν, ὡς, ὁπόταν . . ., ταῦτα δὲ . . . τότε μὲν οὐκ . . ., νῦν δέ.* Sed tollendum *αὖ* post *ὁπόταν*, ortum ex ultima coniunctionis syllaba.)

Ibd. p. 48 D multo aptius Protarchus dubitet (*μὴ γὰρ οὐ δυνατὸς ὦ*, vereor, ne non possim), quam neget, se ullo modo posse (*οὐ γὰρ μὴ δ. ὦ*).

Ibd. p. 48 E: *Πολὺ δὲ πλεῖστοι, οἶμαι, περὶ τὸ τρίτον εἶδος τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς διημαρτήκασιν.* Scribendum: *τὸ τρίτον εἶδος, τὸ τῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς, διημαρτήκασιν*, tertium genus, rerum ad animum pertinentium.

Ibd. p. 51 D: *Λέγω δὲ τὰς τῶν φθόγγων τὰς λείας καὶ λαμπράς, τὰς ἕν τι καθαρὸν ἱείσας μέλος.* Sic codices. Sed neque adiectiva feminina substantivo congruunt neque in dividendo dici potest (etiamsi *φωνῶν* cum Stallbaumio et Hermanno scribas) *αἱ τῶν φωνῶν αἱ λεῖαι* pro *τῶν φ. αἱ λ.* Itaque Hermannus *καὶ* pro *τὰς* scripsit, valde improbabiliter. Videtur Plato poetica et antiqua voce (quam Herodotus quoque posuit) in circumloquendo usus esse: *λέγω δὲ ἰὰς τῶν φθόγγων τὰς λείας κ. τ. λ.*

Ibd. p. 51 E ineptum est *λεγομένων ἡδονῶν*. Significandum est id genus voluptatum, in quo dividendo et persequendo Socrates versatur. Scr.: *ταῦτα εἴδη δύο λέγομεν ἀμίκτων ἡδονῶν* aut *ὅλων ἡδονῶν.*

Ibd. p. 52 B restituenda codicum scriptura, tantum commate translato: *Οὔτι φύσει γε, ἀλλ' ἔν τισι λογισμοῖς, τοῦ μαθήματος ὅταν τις στερηθεὶς λυπηθῇ διὰ τὴν χρείαν.* Quod interpungebatur post *μαθήματος*, iam in uno et altero codice recenti partim supra versum, partim in ordine scriptum est *ἔν τισι λογισμοῖς τοῦ παθήματος.* Nulli sunt *τοῦ παθήματος λογισμοί τινες.*

Ibd. p. 54 B scribendum videtur: *Πρὸς θεῶν ἆρ' ἐπανερωτᾷς με;* Miratur Protarchus se de tam perspicua re interrogari.

Ibd. p. 58 A: *Πρ. Τίνα δὴ ταύτην αὖ δεῖ λέγειν (τὴν διαλεκτικήν); Σω. Δῆλον ὅτι ἡ πᾶσαν τήν γε νῦν λεγομένην γνοίη.* Vitium manifestum est non solum in omisso ἄν, sed multo magis in tota sententia; nam neque dialectica (cuius vis postea demum explicatur) definiri potest, quæ reliquas artes noverit, neque omnes artes supra commemoratæ significari possunt his verbis: *πᾶσα ἡ γε νῦν λεγομένη*. Longe etiam aliud dictum fuisse ostendit id, quod per γάρ subiicitur, confirmans non difficilem esse inventu artem ante significatam. Scripserat Plato: *Δῆλον ὅτι πᾶς ἂν τήν γε νῦν λεγομένην γνοίη.* Cum conflando factum esset *πᾶσαν*, additum est ἡ ante nostrorum codicum originem.[1])

Ibd. p. 62 B. Vitiosum esse *χρώμενος ἐν οἰκοδομίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως κανόσι καὶ τοῖς κύκλοις*, præter articulum in altero nomine additum, in altero omissum ostendit ipsa sententia; neque enim id ridiculum futurum erat, quod is, de quo agitur, regulis et circulis uteretur, sed quod non iis, qui huius mundi rebus apti essent. Recte hactenus Heindorfius *κανόσι θείοις καὶ κύκλοις*, sed a vestigiis codicum nimis discedit, e quibus oritur *κανόσι καινοῖς καὶ κύκλοις*. Corrupto *καινοῖς* necessario *καί* extrusum est.

Ibd. p. 66 C: *Πέμπτας τοίνυν, ἃς ἡδονὰς ἔθεμεν ἀλύπους ὁρισάμενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας, ταῖς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας.* Omnia hæc perversa, primum ipsæ *ἐπιστῆμαι* in hoc genere positæ, quæ in quarto sunt (B), deinde voluptates animi scientiæ appellatæ, postremo scientiæ sensus sequentes. Quid scribendum sit, e p. 51 B sqq. intellegitur: *καθαρὰς ἐπονομάσαντες τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἐπιστήμαις, τὰς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας*, hoc est, *τὰς μὲν ἐπιστήμαις, τὰς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπ.* (Vid. huius ipsius dial. p. 36 E, Stallb.

[1]) Hanc emendationem prodidi in annal. philol. Danic. I p. 40 et 174.

ad Protag. p. 330 A, Phædr. p. 266 A, Theæt. p. 181 D, soph. p. 248 A, cet.) Vitii aliquid esse alii senserant, in corrigendo aberrarant.

Conviv. p. 173 D: ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις ἀεὶ τοιοῦτος εἶ. Neque μέν neque γάρ aptum. Scrib.: ἐν μέντ' ἄρα τοῖς λόγοις. (De p. 175 A vid. p. 75.)

Ibd. p. 187 C: οὐδὲ ὁ διπλοῦς ἔρως ἐνταῦθά πως ἔστιν. Ineptum πως in hac negatione certæ rei (ἐνταῦθα). Scribendum πω (nondum hic). Iam subiicitur aptissime: ἀλλ' ἐπειδὰν δέῃ κ. τ. λ., ubi pervenitur ad διπλοῦν illum.

Ibd. p. 194 D. Neque ὁπηοῦν . . . ὁτιοῦν γίγνεσθαι potest significare: quicquam ullo modo fieri, neque hæc sententia apta est, Socratem non curare, quicquam fieri; non curare dici debet, quomodo quidlibet fiat. Scrib.: οὐδὲν ἔτι διοίσει αὐτῷ, ὁπηοῦν τῶν ἐνταῦθα ὁτιοῦν γίγνεται (pro γίγνεσθαι). (Cfr. p. 26 n.)

Ibd. p. 197 E: ᾧ (τῷ Ἔρωτι) χρὴ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καλῶς ᾠδῆς μετέχοντα, ἣν ᾄδει. Sic codices, non καλῶς καλῆς. Scrib.: ἐφυμνοῦντα καὶ ᾠδῆς μετέχοντα. Ex καιω ortum καλῶς. Pulchritudinem cantus nil opus erat significari.

(De p. 200 A vid. p. 19.)

Ibd. p. 201 E scrib.: Ἦ καὶ ὃ ἂν μὴ σοφὸν, ἀμαθές; Vulgo omittitur ὅ. (Alii: Ἦ ὅτι ἄν.)

Ibd. p. 205 D: πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν, ὁ μέγιστός τε καὶ δολερὸς ἔρως παντί. Δολεροῦ appellationem hinc alienam esse, manifestum est et ab aliis etiam intellectum. Scribendum videtur: καὶ ὁλόκληρος. Cfr. paulo post: οἱ δὲ κατὰ ἕν τι εἶδος ἰόντες τὸ τοῦ ὅλου ὄνομα ἴσχουσιν.

Ibd. p. 210 C: ὥστε . . . καὶ ἐρᾶν καὶ κήδεσθαι καὶ τίκτειν λόγους τοιούτους καὶ ζητεῖν, οἵτινες ποιήσουσι βελτίους τοὺς νέους. Minus recte τῷ τίκτειν superponi videtur καὶ ζητεῖν. Puto fuisse tantum: καὶ τίκτειν τοιούτους λόγους ζητεῖν.

Ibd. p. 212 E: ἵνα ἀπὸ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὴν τοῦ σοφωτάτου καὶ καλλίστου κεφαλήν, ἐὰν εἴπω, οὑτωσὶ ἀναδήσω. Ineptum esse ἐὰν εἴπω recte intellectum est; sed, quod e Winckelmanni coniectura Hermannus edidit κεφαλὴν ἀνειπὼν οὑτωσί, neque ἀνειπεῖν κεφαλήν tolerabiliter dicitur neque hoc tanquam condicio poni potest, qua effecta, tum demum (οὑτωσί) Alcibiades ἀναδήσει. Scribendum: ἐὰν εἰσίω, οὑτωσί. Cfr. mox: ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω ἢ μή;

Ibd. p. 216 E simpliciter e codicibus recipienda hæc scriptura est: ἡγεῖται ... ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι (λέγω ὑμῖν), εἰρωνευόμενος δὲ καὶ παίζων . . . διατελεῖ. Hoc enim παρεντίθησι Alcibiades: (dico vobis admoneoque, ne ignoretis et falsa opinione ludamini).

Ibd. p. 222 E: οὐ δή που ἐμὲ πάλιν ἐπαινέσεται, πρὶν ὑπ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐπαινεθῆναι. Nihil est μᾶλλον. Scribendum: πρὶν ὑπ' ἐμοῦ ἄλλον ἐπαινεθῆναι.

Phædri p. 230 B: καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης. Opinor: καί πως ἀκμὴν ἔχει τ. ἄ.

Ibd. p. 232 B. Scribendum: καὶ ἄλλῳ μὲν τρόπῳ διαφορᾶς γενομένης κοινὴν ἂν ἀμφοτέροις (vulgo κοινὴν ἀμφ.) καταστῆναι τὴν συμφοράν, προειμένου δέ σου ἃ περὶ πλείστου ποιεῖ, μεγάλην ἄν σοι βλάβην γενέσθαι. Neque enim ullo modo in oratione sic per μέν et δέ dispertita ἄν ex inferiore membro retrahi ad prius potest.[1]

[1]) P. 231 C exempli causa notandus semel Hermanni error in apicibus codicis Ox. nimis hærentis. Nam in ceteris codicibus scribitur (etiam mediocribus): λέγουσιν ὅτι ὅσον ἂν ὕστερον ἐρασθῶσιν, ἐκείνους αὐτῶν περὶ πλείονος ποιήσονται, contra sententiam, quæ aperte postulat ὅσων, in Oxon. ὅποσον, contractis in unam Π litteris T I. Quid Hermannus? Pro ὅσον correctionem in reliquis supra scriptam (ὅσων) sequitur, sed ex illo in Ox. ὅπ efficit οἵ γ', pessumdata sententia, quæ in hoc ipso vertitur, quod, si amatores vera de iis, quos nunc ament, loquantur, facile intellegatur, multo magis idem eventurum (ῥᾴδιον γνῶναι, ὅτι) in iis, quos postea adamaverint.

Ibd. p. 234 C: *Οὔτε γὰρ τῷ λόγῳ λαμβάνοντι χάριτος ἴσης ἄξιον.* Ex *λόγῳ* nihil effici potest ad sententiam aptum neque, si deleri velis, quæ addendi fuerit causa, excogitari. Fuitne *τῷ πολλοστῷ λαμβάνοντι*, ei, qui unus e multis, una cum multis aliis accipit (quod poterat etiam dici: *τοῖς συμπόλλοις λαμβάνουσιν*)?

Ibd. p. 235 B: *Τῶν γὰρ ἐνόντων ἀξίως ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν.* Novi, quomodo dicantur *τὰ ἐνόντα ῥηθῆναι*, hoc est, *ἃ ἔνεστι ῥηθῆναι* (synt. Gr. § 165 a not.). Verum h. l. non agitur de digne dicendo, sed de dictu dignis. Scribendum igitur: *τῶν γὰρ ἐνόντων ἀξίων ῥηθῆναι.* (De p. 235 D dictum p. 174.)

Ibd. p. 237 D scr.: *καὶ οἱ μὴ ἐρῶντες* (pro: *καὶ μὴ ἐρ.*).

Ibd. p. 239 A. Non inesse necessario in eo, qui ametur, vitia, sed amator lætari debere dicitur, si insint. Scribendum igitur: *Τοσούτων κακῶν ... κατὰ τὴν διάνοιαν ἐραστὴν ἐρωμένῳ ἀνάγκη γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνόντων μὲν ἥδεσθαι, τὰ δὲ παρασκευάζειν, ἢ στέρεσθαι τοῦ παραυτίκα ἡδέος.* Codd. et editt.: *ἐνόντων, τῶν μὲν ἥδεσθαι*, quod aut geminandi errore ortum est aut quod *τὰ μέν* propter *τὰ δέ* requirebatur. Scribendum præterea tum fuerat *τοῖς μέν*. Nam post *τοσούτων ἐνόντων* prave in partitione ad *τῶν* iterum auditur *ἐνόντων*. Neque *ἐραστὴν ἀνάγκη* illo loco poni poterat. [Sic etiam Nutzhornium emendasse amicus indicat.]

Ibd. p. 247 B: *ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτα καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν, ἄκραν ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα πορεύονται πρὸς ἄναντες ἤδη· τὰ μὲν θεῶν ὀχήματα ἰσορρόπως εὐήνια ὄντα ῥαδίως πορεύεται, τὰ δ' ἄλλα μόγις κ. τ. λ.* Debebat saltem ad vinciendam orationem aut: *τὰ μὲν δὴ θεῶν ὀχήματα* aut: *καὶ τὰ μὲν θεῶν ὀχ.* Sed ne sic quidem tolleretur inelegans repetitio *πορεύονται ... πορεύεται* aut molesta temporis et loci in eadem re separatio: cum ad cœnam eunt, sub ipsum altissimum fastigium

meant. Scribendum, sublato additamento, quod ex non animadversa periodi ratione natum est: ὅταν δὲ δὴ π. δ. καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν ἄκραν ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἀψῖδα πρὸς ἄναντες ἤδη, τὰ μὲν θεῶν ὀχήματα κ. τ. λ. (Comparari velim, quæ supra de Platonis oratione additamentis aucta dixi, et in hoc dialogo, præter p. 235 D, conferri pp. 229 C, 242 A, 247 C ψυχῆς, 264 B δεῖν, 268 D συνισταμένην.)

Ibd. p. 247 C sic nunc editur: Ἡ γὰρ ἀχρώματός τε καὶ ἀναφὴς οὐσία ὄντως ψυχῆς οὖσα κυβερνήτῃ μόνῳ θεατὴ νῷ· περὶ ἣν τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος τοῦτον ἔχει τὸν τόπον. Primum sic oratio interpungenda est: οὖσα, . . . θεατὴ νῷ, περὶ ἣν τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος, τοῦτον ἔχει τὸν τόπον. Neque enim de scientiæ loco agitur, sed ideo difficile esse dicitur de τῷ ὑπουρανίῳ τόπῳ digne dicere, quia hunc locum teneat pura illa et vera essentia, circa quam versetur veræ scientiæ genus. Sed gravius alterum. Pravissime enim hoc loco ψυχῆς οὐσία appellatur; agitur enim de vera et summa essentia (hoc est, de ideis), quæ sola mente cerni possit, primum deorum, deinde etiam animorum, cum eo evehantur. Neque, quod editur, in ullo est codice, sed Oxon. cum Δ Π Τ habent ψυχῇ (sic!) οὖσα, ceteri omnes οὖσα ψυχῆς, ut recte οὐσία ὄντως οὖσα dicatur, ψυχῆς coniungatur cum κυβερνήτῃ, quemadmodum fit apud eos, qui hunc locum citant, Proclum, Damascium, Clementem Alexandrinum, Origenem, qui νοῦν a Platone ψυχῆς κυβερνήτην appellari testantur. Atque hoc tenendum esset, nisi meliores illi codices suspicionem facerent, duplicem in hoc loco versatam esse interpolationem, alteram alicuius, qui οὐσίαν ὄντως οὖσαν prave definierit adscripto ψυχή (etsi in codicibus est ψυχῇ), alteram alicuius, qui, cuius rei κυβερνήτης νοῦς diceretur, genetivo addito significandum putarit, Platonem ipsum nihil scripsisse nisi: ὄντως οὖσα, κυβερνήτῃ μόνῳ θεατὴ νῷ. Si hoc ita est, antiquissima est hæc interpolatio, illorum scriptorum ætatem superans.

Ibd. p. 247 D: *Ἆτ' οὖν θεοῦ διάνοια νῷ τε καὶ ἐπιστήμῃ ἀκηράτῳ τρεφομένη καὶ ἁπάσης ψυχῆς, ὅσῃ ἂν κ. τ. λ.* Scribendum: *Ἡ τ' οὖν θεοῦ διάνοια . . . καὶ ἁπάσης ψυχῆς.* Nihil agit *ἆτε* (dicendum saltem erat: *ἡ οὖν θεοῦ διάνοια, ἆτε . . .*); articulo carere non possumus in hac distinctione cogitationis dei et omnis animi.

Ibd. p. 248 B. Frustra Græci sermonis consuetudo relativæ sententiæ iudicium aliquod de eo, quod dicitur, continentis cum ipsa primaria sententia conflandæ' (synt. Gr. § 197) advocatur ad hanc barbariem defendendam: *Οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδή, τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὗ ἐστίν*, ut primum audiatur *ἐστίν* (*σπουδή ἐστιν*), deinde solum *ἰδεῖν* sit pro sententia primaria: *σπουδή ἐστιν* (*σπουδάζουσιν*) *ἰδεῖν*. Scribendum est, omisso *οὗ* post *πεδίον*, ex cuius ultimis litteris natum est, sic: *Οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον ἐστίν, ἥ τε δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομὴ ἐκ τοῦ ἐκεῖ λειμῶνος τυγχάνει οὖσα ἥ τε τοῦ πτεροῦ φύσις . . . τούτῳ τρέφεται.*

Ibd. p. 253 A: *κἂν ἐκ Διὸς ἀρύτωσιν, ὥσπερ αἱ βάκχαι ἐπὶ τὴν τοῦ ἐρωμένου ψυχὴν ἐπαντλοῦντες ποιοῦσιν ὡς δυνατὸν ὁμοιότατον τῷ σφετέρῳ θεῷ.* Deest obiectum verborum *ἀρύτωσιν* et *ἐπαντλοῦντες* (ne dicam, quod subtilius fortasse videbitur, *εἴ τε ἀρύτουσιν*, non *ἐάν* dicendum fuisse); id aderit, si scripserimus: *χἂν*, hoc est *καὶ ἄν*. De hac crasi (*ἂν*) dixit L. Dindorfius ad Xenoph. Cyrop. V, 5, 35 (de V, 3, 9 falsus) et ad memorab. I, 6, 7; eam Platoni restituemus de rep. X p. 606 C; restitui debet Thucydidi VI, 9, 2: *οὔτε νῦν ἄλλ' ἢ ἂν γιγνώσκω βέλτιστα.* Nam *ἃ ἂν* ibi requiri Reiskius intellexit. Apud Platonem paulo post sic scribendum est: *ἐάν γε διαπράξωνται ὃ προθυμοῦνται ᾗ λέγω, οὕτω καλή τε κ. τ. λ.* (pro *ἣν λέγω*. Cod. Oxon. *ἦ δ' ἐγώ*).

Ibd. p. 258 A: *ἐν ἀρχῇ ἀνδρὸς πολιτικοῦ συγγράμματι πρῶτος ὁ ἐπαινέτης γέγραπται.* Aut *ἐν ἀρχῇ ἐν ἀνδρὸς*

π. συγγράμματι scribendum aut, quoniam nihil aliud est ἐν ἀρχῇ nisi πρῶτος, tantum ἐν ἀνδρὸς, ut ἀρχῇ aliena manu additum putetur.

Ibd. p. 264 B: οὐ χύδην δοκεῖ βεβλῆσθαι τὰ τοῦ λόγου; ἢ φαίνεται τὸ δεύτερον εἰρημένον ἔκ τινος ἀνάγκης δεύτερον δεῖν τεθῆναι ἤ τι ἄλλο τῶν ῥηθέντων. Tollendum δεῖν. Non quæritur h. l., quid fieri debeat, sed qualis sit illa, de qua iudicatur, oratio, necessitate an casu quidque quoque loco positum sit.

Ibd. p. 265 C pro ῥηθέντων vereor, ne scribi debeat εὑρεθέντων. Paulo post (D) oratio sic interpungenda: ὥσπερ τὰ νῦν δὴ περὶ Ἔρωτος, ὃ ἔστιν, ὁρισθὲν, εἴτ' εὖ εἴτε κακῶς ἐλέχθη, τὸ γοῦν σαφὲς . . . διὰ ταῦτ' ἔσχεν εἰπεῖν ὁ λόγος. Nam ὁρισθέν est: constituto. Vulgo post ἐλέχθη plene interpungitur aut saltem ita enarratur, tanquam ibi sententia grammatice finiatur.

Ibd. p. 265 E: Τὸ πάλιν κατ' εἴδη δύνασθαι τέμνειν, κατ' ἄρθρα, ᾗ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνύναι μέρος μηδέν. Non agitur de dividendo κατ' εἴδη, sed de ipsis εἴδεσιν, sub quæ τὰ διεσπαρμένα εἰς μίαν ἰδέαν collecta sunt, rursus contraria ratione partiendis. Mendum arguunt etiam hæc ἀσυνδέτως iuncta κατ' εἴδη, κατ' ἄρθρα. Scrib.: Τὸ πάλιν καὶ τὰ εἴδη δύνασθαι τέμνειν κατ' ἄρθρα.

Ibd. p. 266 C necessario scribendum videtur: Τὰ δὲ νῦν παρὰ σοῦ τε καὶ Λυσίου τοὺς μαθόντας εἰπὲ τί χρὴ καλεῖν. Vulgo omittitur τούς.

Ibd. p. 268 D: εἴ τις οἴεται τραγῳδίαν ἄλλο τι εἶναι ἢ τὴν τούτων σύστασιν πρέπουσαν, ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ συνισταμένην. Nihil est σύστασις ἀλλήλοις συνισταμένη, sed σύστασις πρέπουσα ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ. Extremum participium adeo abundat, ut tollendum putem.

Ibd. p. 272 C: εἴ τινα βοήθειαν ἔχεις . . ., πειρῶ λέγειν ἀναμιμνησκόμενος. ΦΑΙΔ. Ἕνεκα μὲν πείρας

ἔχοιμ' ἄν, ἀλλ' οὔτι νῦν γ' οὕτως ἔχω. Scribendum: ἐθέλοιμ' ἄν.

Ibd. p. 275 A: Τοῦτο γὰρ τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει μνήμης ἀμελετησίᾳ. Prorsus et abundat et vitiosum est μέν. Scrib.: τῶν μαθόντων λήθην ἡμῖν ἐν ψυχαῖς παρέξει. (Dativus est ethicus.)[1])

Alcibiadem (priorem) legi celeriter[2]), hæc tamen annotavi, ab aliis, quantum reperio, prætermissa. P. 120 B scrib.: Πρὸς τούτους σε δεῖ, οὔσπερ λέγω, βλέποντα σαυτοῦ δὴ (pro δὲ) ἀμελεῖν κ. τ. λ.

Ibd. p. 133 A scrib.: πλὴν εἰς ἐκεῖνο, ᾧ αὐτὸ τυγχάνει ὅμοιον (pro τοῦτο). (P. 133 C interp. sic: εἰς τοῦτο βλέπων καὶ πᾶν τὸ θεῖον, γνοὺς θεόν τε καὶ φρόνησιν, οὕτω καὶ ἑαυτὸν γνοίη ἂν μάλιστα.)

Ibd. p. 135 A: νοσοῦντι . . . νοῦν ἰατρικὸν μὴ ἔχοντι, τυραννοῦντι δὲ ὡς μηδὲ ἐπιπλήττοντι ἑαυτῷ. Sic codices tres optimi, pro quo Hermannus scripsit: τυραννοῦντι δὲ καὶ μηδὲ ἐπ. ἑαυτῷ, non recte hic et alibi scribens καὶ et ὡς in codicibus sæpe permutari. Verum inepta sententia est; neque enim minimum, sed maximum hoc est, aliquem se ipsum obiurgare. Ex optimorum scriptura effi-

[1]) P. 277 E λεχθῆναι ὅσοι ῥαψῳδούμενοι . . . ἐλέχθησαν scripseram nondum cognita Schleiermacheri coniectura.

[2]) Certus sum, neque hunc dialogum neque Charmidam, Lysidem, Lachetem, in quibus eadem disputandi forma, qua in veris dialogis Socrates sophistas aggreditur, oppugnantur adolescentuli aut cives a disputandi studio remoti, Platonis esse. Eius rei argumenta explicare ab hoc scribendi genere alienum est; indicium parvum, sed non invalidum in Charmida monstrabo, cuius scriptor singulari prorsus amore amplexus est formulam εἰ ὅτι μάλιστα. Eam enim in brevi dialogo septies posuit, pp. 160 C, 166 C, 169 B et D, 172 E, 173 A, 174 D. Nihil simile apud verum Platonem reperias. Nec magis Platonis Ionem esse credo.

citur: ὡς (ὥστε) μηδὲ ἐπιπλήττειν τιν' ἐὰν ἑαυτῷ. Excidit ἐὰν ante ἑαυ, hinc ceteræ turbæ.

Charmid. p. 156 B: scr. ἀλλ' ἀναγκαῖον ἂν εἴη. Excidit ἂν post ον ut alibi. (Euthyd. p. 299 A, Gorg. p. 492 B, Lys. p. 214 D, Phædon. p. 84 D. Apud Stobæum florileg. III, 46 p. 76 Mein. scribendum est: ἐπεὶ μᾶλλον ἂν σοφίας ἢ χρημάτων ἐπεμελοῦντο.)

Ibd. p. 157 D: ὅτι πλεῖστον δοκεῖ σωφρονέστατος εἶναι τῶν νυνί. Sic Hermannus pro πάνυ πολύ. Sed πλεῖστον σωφρονέστατος solis poetarum exemplis parum hic defenditur, cum præsertim Oxon. πλείστων habeat idemque a prima manu codex ei proximus. Scribendum: πλείστοις δοκεῖ σωφρονέστατος εἶναι τῶν νυνί. Multitudinem sic iudicantium a Critia hic significatam esse, apparet ex iis, quæ Charmides dicit p. 158 D. Errore ad τῶν νυνί hoc accommodatum est. (Quæ ad p. 157 E Hermannus ad defendendam pravam coniecturam scripsit de ἂν apud futurum indicativi et eius excusatione, utinam omisisset.)

Ibd. p. 158 B e vestigiis cod. Oxoniensis (οὐδένα τῶν πρὸ σοῦ ἐν οὐδενὶ ὑπερβεβληκέναι, pro quibus in ceteris sine dubio interpolando substitutum est: οὐδένα τῶν προγόνων καταισχύνειν, admodum licenter) efficitur: οὐδένα τῶν πρὸ σοῦ ἐν οὐδενὶ ὑποβεβηκέναι, rariore verbi usu, sed quem et Herodoti et inferioris ætatis scriptorum exempla defendant et ex parte ipse Plato de legg. p. VI, 775 B, ὑποβέβηκε de re imminuta ponens.

Ibd. p. 159 D cum in codicibus sic scribatur: οὐ τὰ μὲν ὀξέως καὶ ταχὺ γιγνόμενα τὰ τοῦ (duo optimi om. τὰ) καλοῦ ἐστί, τὰ δὲ βραδέα μόγις τε καὶ ἡσυχῇ τὰ τοῦ αἰσχροῦ; certissimum est in altero membro tenenda esse, quæ superioribus ὀξέως καὶ ταχὺ respondent, μόγις τε καὶ ἡσυχῇ, tollendum βραδέα, quod, cum non animadverteretur γιγνόμενα audiri, ad articulum τά additum est.

Utrum ante *τοῦ* utroque loco *τά* tollendum sit an retinendum, non decernam.

Ibd. p. 164 D scrib.: *καὶ οὐκ ἂν αἰσχυνθείην τι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι* pro *ὅτι*, quod in structuram includi non potest.

Ibd. p. 174 D: *Οὐχ αὕτη δέ γε, ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἀλλ' ἧς ἔργον ἐστὶ τὸ ὠφελεῖν ἡμᾶς.* Non demonstratur aliam aliquam scientiam, quæ nobis utilis sit (*ἧς ἔργον ἐστὶ κ. τ. λ.*), esse eam, quam ante dictum est totum continere *τὸ εὖ* et *τὸ ὠφελίμως* aliquid fieri, sed concluditur, *τὴν σωφροσύνην* (— id subiectum esse articulus ostendit —), quæ tantum *ἐπιστημῶν ἐπιστήμη* sit, non *ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ*, non esse illam, quæ nos iuvet. Vitium sententiæ nascitur ex *ἀλλ'* male addito, cum non intellegeretur, *ἧς* pertinere ad *αὕτη*. Sed eadem interpolatio paulo post versata est, ubi editur: *ὥστε εἰ αὕτη ἐστὶν ὠφέλιμος, ἡ σωφροσύνη ἄλλο τι ἂν εἴη ἢ ὠφελίμη ἡμῖν*, mira adiectivi terminationis varietate, quæ eo suspectior est, quod etiam p. 175 A *ὠφέλιμος* feminino genere dicitur. Non concluditur, *τὴν σωφρ.* non esse utilem, sed non esse hanc, de qua dictum sit, cum hæc utilis sit, *σωφρ.* non utilis: *ἡ σωφροσύνη ἄλλο τι ἂν εἴη ἡμῖν* (sublato: *ἢ ὠφελίμη*).

Ibd. p. 176 B: *Εἶεν· ἀλλ', ἔφη ὁ Κριτίας, ὦ Χαρμίδη, δρᾷς τοῦτο ἔμοιγ' ἔσται τοῦτο τεκμήριον, ὅτι σωφρονεῖς, ἢν ἐπᾴδειν παρέχῃς κ. τ. λ.* Vulgo contra codices addebant *εἰ* ante *δρᾷς*, prave eadem condicione bis posita (et debebat esse *δράσεις*). Hermannus tolli vult *τοῦτο δρᾷς*, quod qui addi potuerit, non intellegitur. Scrib.: *δρᾷ τοῦτο· ἔμοιγε ἔσται κ. τ. λ.*

Lachetis p. 182 C: *Μὴ ἀτιμάσωμεν δ' εἰπεῖν . . ., ὅτι καὶ εὐσχημονέστερον (ποιήσει αὕτη ἡ ἐπιστήμη) ἐνταῦθα, οὗ χρὴ τὸν ἄνδρα εὐσχημονέστερον φαίνεσθαι, οὗ ἅμα καὶ δεινότερος τοῖς ἐχθροῖς φανεῖται διὰ τὴν εὐσχημοσύνην.* Et offendit bis positum illud *οὗ* sine

copula sententiarum, nec quicquam illud οὐ χρὴ . . . φαίνεσθαι continet nisi quod in altera sententia dicitur; multo saltem rectius scriberetur: καὶ εὐσχημονέστερον ἐνταῦθα, οὗ ἅμα καὶ δεινότερος τ. ἑ. φανεῖται δ. τ. ε.[1])

Ibd. p. 195 C ex Oxon. (τι τοσοῦτον δήπου) et ceteris (τοι τοσοῦτον) nihil aliud efficitur, nisi: οἱ δὲ τὸ τοσοῦτόν δήπου μόνον ἴσασιν.

Lysidis p. 207 E scrib.: Δοκεῖ δέ σοι εὐδαίμων εἶναι ἂν ἄνθρωπος . . . ᾧ μηδὲν ἐξείη ποιεῖν ὧν ἐπιθυμοῖ; In codicibus omittitur ἄν, quo non addito pravi optativi sunt. Cfr. ad Euthyd. p. 299 A.

Ibd. p. 211 E: οἶμαι δέ, νὴ τὸν κύνα, μᾶλλον ἢ τὸ Δαρείου χρυσίον κτήσασθαι δεξαίμην πολὺ πρότερον ἑταῖρον, μᾶλλον ἢ αὐτὸν Δαρεῖον. Postrema hæc sensu cassa; eadem aptissima, si (ut de rep. VII p. 529 C ἢ ἐν ex μὲν) ex μᾶλλον feceris ἢ ἄλλον: ἑταῖρον, ἢ ἄλλον ἢ αὐτὸν Δαρεῖον. Iocose Socrates hunc ipsum se accepturum amicum dicit.

Ibd. p. 213 E: ᾗ δὲ ἐτράπημεν, δοκεῖ μοι χρῆναι ἰέναι, σκοποῦντα κατὰ τοὺς ποιητάς. Opinor, σκοποῦντας. Necessario enim Lysidem Socrates comprehendit. (De p. 214 D dictum p. 403 ad Charmid. p. 156 B.)

Ibd. p. 219 B: ἐῶ χαίρειν, καὶ τοῦ ὁμοίου γε τὸ ὅμοιον φίλον γίγνεται. Scribendum videtur: γ' ὅτι τὸ ὅμοιον. Vix enim ex superioribus recte auditur.

---

[1]) In transcursu, ne hoc quoque inter exempla graviter interpolatæ in libris Platonicis scripturæ numeretur, deinde iure explosum reliquis verioribus officiat, dico p. 187 E pravam esse coniecturam Hommelii ab Hermanno receptam, in quam non incidisset, non dico, si cogitasset, quid esset Græce γυναικὶ πλησιάζειν, sed si modo, quid hic feminæ comparatio ad rem pertineret. Ne Sauppii quidem ἴῃ probari potest propter additum ὥσπερ γένει. Videtur scriptor non admodum perspicue nec lepide significare, ut ceteros cognatione, sic Socratem cum aliis hominibus λόγῳ copulari.

Ibd. p. 219 D scribendum: *Ἐννοήσωμεν γὰρ οὑτωσί· ὅταν* (vulgo *ὃ ἄν*) *τίς τι περὶ πολλοῦ ποιῆται ..., ὁ δὴ τοιοῦτος κ. τ. λ.*

Ibd. p. 220 D: *Ἆρ' οὕτω πέφυκέ τε καὶ φιλεῖται τἀγαθὸν διὰ τὸ κακὸν ὑφ' ἡμῶν, τῶν μεταξὺ ὄντων τοῦ κακοῦ τε καὶ τἀγαθοῦ, αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ ἕνεκα οὐδεμίαν χρείαν ἔχει;* Scribendum videtur: *τῶν μεταξὺ ὄντων ἕνεκα τοῦ κακοῦ τε καὶ τἀγαθοῦ.* Neque enim præpositio in primaria sententia sumi ex adiuncta potest.

Ibd. p. 221 D: *ὃ δὲ τὸ πρότερον ἐλέγομεν φίλον εἶναι, ὕθλος τις ἦν, ὥσπερ ποίημα μακρὸν συγκείμενον.* Nihil longi dictum erat, neque longum poema per se ineptum est; ignavissime abundat *συγκείμενον.* Latet longe aliud et elegantius: *ὥσπερ ποίημα Κρόνῳ συγκείμενον.* Saturni nomen quo pertineat, notissimum est. Geminato *μα* natum est *μακρονῳ*, tum *ω* sublatum.

Euthydem. p. 271 C: *τούτω γὰρ ἐστον κομιδῇ παμμάχω, οὐ κατὰ τὼ Ἀκαρνᾶνε ἐγενέσθην τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ.* Sic duo optimi codices (Ox. et *Θ*) et tertius (r), qui illis in aliquot dialogis interdum adiungitur. Ceteri omittunt *ἐγενέσθην*, quod Hermannus longe hinc transponit post *μάχεσθαι.* Scribendum una littera mutata: *οὐ καθὰ τὼ Ἀκαρνᾶνε ἐγενέσθην* (*παμμάχω*), *τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ.*

Ibd. p. 271 D: *τούτω δὲ πρῶτον μὲν τῷ σώματι δεινοτάτω ἐστὸν καὶ μάχῃ, ᾗ πάντων ἔστι κρατεῖν.* Oxon. et *Θ* omittunt *ἔστι.* Scribendum igitur videtur: *ᾗ πάντων κρατεῖ.*

Ibd. p. 278 C: *τὸ δὲ μετὰ ταῦτα δῆλον ὅτι τούτω τέ σοι αὐτὼ τὰ σπουδαῖα ἐνδείξεσθον καὶ ἐγὼ ὑφηγήσομαι αὐτοῖν κ. τ. λ.* Sic scribendum; vulgo: *τούτω γέ σοι.* (De proximo *ἐπιδείξασθαι* monitum p. 174 n.)

Ibd. p. 281 A: *Ἆρ' οὖν . . . τὸ ὀρθῶς πᾶσι τοῖς τοιούτοις χρῆσθαι ἐπιστήμη ἦν ἡγουμένη καὶ κατορθοῦσα τὴν πρᾶξιν;* Imperfectum pravum pro præsenti;

articulus contra abesse nequit; præcedit: τὸ ὀρθῶς ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ ἀπεργαζομένη. Scribendum igitur hic quoque: ἐπιστήμη ἡ ἡγουμένη καὶ κατορθοῦσα τὴν πρᾶξιν. Cfr. p. 282 A: τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ εὐτυχίαν ἐπιστήμη ἡ παρέχουσα.

Ibd. p. 284 B: Ἄλλο τι οὖν οὐδαμοῦ τά γε μὴ ὄντα ὄντα ἐστίν; Rectior sententia fit altero ὄντα sublato; demonstratur enim μηδαμοῦ εἶναι.

Ibd. p. 289 C: Ἐνταῦθα γὰρ δὴ χωρὶς μὲν ἡ ποιοῦσα τέχνη, χωρὶς δὲ ἡ χρωμένη, διῄρηται δὲ τοῦ αὐτοῦ πέρι. Sic nunc editur e quattuor optimis codicibus; in ceteris omittitur δέ. Sed neque cur hoc postremum adiectum sit, neque quid sit διῃρῆσθαι περί τινος, apparet. Primum manifesto hæc coniungenda: ἐνταῦθα γὰρ δὴ χωρὶς μὲν ἡ ποιοῦσα τέχνη, χωρὶς δὲ ἡ χρωμένη διῄρηται, deinde adiungendum: οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ πέρι: neque eodem spectant. Nocuit concursus diphthongorum αι et ου.

Ibd. p. 299 A scribendum: Πολὺ μέντοι, ἔφη, δικαιότερον ἂν τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι. Vulgo deest ἄν. Cfr. ad Charm. p. 156 B. (P. 296 E Heindorfius solœcismum sustulit: οὐκ ἔχω ὑμῖν πῶς ἀμφισβητοίην addito ἂν ante ἀμφισβητοίην. Dedecus est talia aut præteriri, ut hoc loco, aut defendi, ut illo.)

Ibd. p. 299 D: Τί οὖν; ἀγαθὰ οὐ δοκεῖ σοι χρήματα ἀεί τ' ἔχειν καὶ πανταχοῦ; Hoc non ἀγαθά, sed ἀγαθόν. Neque h. l. χρήματα poni pro χρυσίῳ possunt, de quo per totum locum agitur, hac argumentatione: χρυσίον bonum est; bona semper et ubique habere oportet; igitur etiam χρυσίον, quod bonum esse concedis, semper et ubique habere oportet (ἀεὶ δεῖ αὐτὸ ἔχειν καὶ πανταχοῦ) cet. Apparet scribendum esse: ἀγαθὰ οὐ δοκεῖ σοι χρῆναι ἀεί τ' ἔχειν καὶ πανταχοῦ;

Ibd. p. 303 B: οὐδεὶς ὅστις οὐ τῶν παρόντων ὑπερεπῄνεσε τὸν λόγον καὶ τὼ ἄνδρε, καὶ γελῶντε καὶ

κροτοῦντε καὶ χαίροντε ὀλίγου παρετάθησαν. Non ipsos Euthydemum et Dionysodorum risisse plausisseque et lætatos esse, vix ut ipsi sufficerent, sed auditores admirantes, et res clamat et quæ præcedunt et quæ sequuntur (*ἐπὶ γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν . . . ἐθορύβουν μόνοι οἱ τοῦ Εὐθυδήμου ἐρασταί, ἐνταῦθα δὲ κ. τ. λ.*). Itaque Plato scripserat: *καὶ γελῶντες καὶ κροτοῦντες καὶ χαίροντες ὀλίγου παρετάθησαν.* Velim attendi simplicitatem erroris ad omnes codices propagati; oscitans scriba cum *τὼ ἄνδρε* participia coniunxit.

Ibd. p. 303 D: *οἱ δ' ἄλλοι οὕτω νοοῦσιν αὐτοὺς* (*τούτους τοὺς λόγους*). Sic Hermannus ex Oxon. Θ r (pro *ἀγνοοῦσιν*); sed *οὕτω νοεῖν λόγον*, ut sit sic iudicare, sentire de oratione, multum abest, ut Græcum sit. Scribendum videtur: *οὕτω μισοῦσιν αὐτούς.*[1])

Protagoræ p. 312 D: *εἰ δέ τις ἐκεῖνο ἔροιτο, ὁ δὲ σοφιστὴς τῶν τί σοφῶν ἐστί; τί ἂν ἀποκρινοίμεθα αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης; Τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες, ἢ ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν;* Sic editur nunc; sed *ἢ* ante *ἐπιστάτην* in nullo codice reperitur. Eo magis animadvertendum, post illa *τί ἂν ἀποκρινοίμεθα αὐτῷ;* prave adhærere appendicem interrogationis condicionaliter (— liceat barbare loqui —) positæ: *ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης;* (Longe diversum esset, si responsi forma interrogative significaretur: *ποίας ἐργασίας ἐπιστάτην εἶναι;*) Videlicet in duo membra Socrates interrogationem condicionaliter positam dispescit, bis de responso interrogat; tum demum Hippocrates respondet: *εἰ δέ τις ἐκεῖνο ἔροιτο· ὁ δὲ σοφιστὴς τῶν τί σοφῶν ἐστί;*

---

[1]) P. 304 C scribendum esse cum Stephano: *ὅτι οὐδὲ τὸ* (pro *τοῦ*) *χρηματίζεσθαί φασιν διακωλύειν οὐδὲν μὴ οὐ παραλαβεῖν ὁντινοῦν εὐπετῶς τὴν σφετέραν σοφίαν*, vel sola necessaria particularum *μὴ οὐ* cum *διακωλύειν οὐδέν* coniunctio ostendit.

τί ἂν ἀποκρινοίμεθα αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης; τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι; Ὦ Σώκρατες, ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν.

Ibd. p. 325 B: σκέψαι ὡς θαυμασίως γίγνονται οἱ ἀγαθοί. Hoc Græce significat: quam mirabiliter boni nascantur et proveniant, nihil aliud. Scribendum: ὡς θαυμάσιοί σοι γίγνονται οἱ ἀγαθοί.

Ibd. p. 333 E: καί μοι ἐδόκει ὁ Πρωταγόρας ἤδη τετραχύνθαι τε καὶ ἀγωνιᾶν καὶ παρατετάχθαι πρὸς τὸ ἀποκρίνεσθαι. Non satisfaciunt, quæ ad verbum παρατετάχθαι explicandum afferuntur, nec promptum ad vehementer respondendum Protagoram significari putó, cui significationi adversatur ἀγωνιᾶν. Suspicor scriptum fuisse παρατετάσθαι, de defatigatione (Lys. p. 204 C, Euthyd. p. 303 B).

Ibd. p. 338 A scribendum: ὡς οὖν ποιήσατε καὶ πείθεσθέ μοι, pro ποιήσετε. Futuri illa asseveratio et per se ab hoc loco aliena est et propter πείθεσθε.

Ibd. p. 357 E: ὑμεῖς δὲ διὰ τὸ οἴεσθαι ἄλλο τι ἢ ἀμαθίαν εἶναι οὔτε αὐτοὶ οὔτε τοὺς ὑμετέρους παῖδας παρὰ τοὺς τούτων διδασκάλους τούσδε . . . πέμπετε. Artificia adhibent mendo aperto. Scrib.: οὔτε αὐτοὶ ἴτε οὔτε τοὺς ὑμετέρους παῖδας . . . πέμπετε. Quam facile illo loco excidere ἴτε potuerit, patet.

Gorgiæ p. 456 A: δαιμονία γάρ τις ἔμοιγε καταφαίνεται τὸ μέγεθος οὕτω σκοποῦντι. ΓΟΡΓ. Εἰ πάντα γ' εἰδείης, ὦ Σώκρατες, ὅτι κ. τ. λ. Scrib.: σκοποῦντι. ΓΟΡΓ. Τί, εἰ πάντα γ' εἰδείης κ. τ. λ.

Ibd. p. 457 C: Οἶμαι, ὦ Γοργία, καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν λόγων καὶ καθεωρακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε, ὅτι οὐ δύνανται . . . διαλέγεσθαι διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους κ. τ. λ. Apertissime Socrates non de λόγοις, sed de hominibus loquitur, nec Gorgiam πολλῶν λόγων ἔμπειρον (doctum et eruditum) dicit, sed multos homines eius

generis, de quibus agatur, usu cognovisse. Scrib.: λογίων. Usus est Plato vocabulo Herodoteo, quo etiam Aristoteles.

Ibd. p. 473 B: ἐὰν ἀδικῶν ἄνθρωπος ληφθῇ τυραννίδι ἐπιβουλεύων καὶ ληφθεὶς στρεβλῶται. Tollendum ἀδικῶν, additum ad universam notionem, quæ exemplo illustratur, in memoriam revocandam. Alioquin saltem scriptum esset καὶ ἐπιβουλεύων.[1])

Ibd. p. 481 C: πότερόν σε φῶμεν νυνὶ σπουδάζοντα ἢ παίζοντα; Non Græcum φημί σε ποιοῦντα pro ποιεῖν. Scrib.: πότερόν σε θῶμεν, ut apol. Socr. p. 27 C: τίθημι γάρ σε ὁμολογοῦντα. Contra infra p. 514 A scribendum: φῶμεν οὕτως ἔχειν, ut ibd. D recte scribitur: φῶμεν ταῦτα ὀρθῶς λέγεσθαι ἢ οὔ; (De p. 485 E dictum supra p. 19.)

Ibd. p. 490 A scrib.: τὸν βελτίω ὄντα (pro: τὸ βελτίω ὄντα) καὶ φρονιμώτερον καὶ ἄρχειν κ. τ. λ. Agitur, quis debeat imperare.

Ibd. p. 491 D recipienda simpliciter codicis Ox. scriptura: Τί δὲ αὑτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἢ τί ἀρχομένους; Cum Callicles dixisset, iustum esse τοὺς ἄρχοντας πλέον ἔχειν τῶν ἀρχομένων, Socrates hoc ita transfert ad sui imperium, ut quærat: Quid vero, cum sibimetipsis imperant? (nam genetivus αὑτῶν ipse ἄρχοντας subiicit;) aut quid, cum reguntur? Idemque codex et Δ paulo post (E) sequendi in hac scriptura perspicua: τοὺς ἠλιθίους λέγεις, τοὺς σώφρονας (sic interpungendum: simplices illos dicis, modestos). ΣΩΚ. Πῶς γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν γνοίη, ὅτι οὕτω λέγω (pro οὐ τοῦτο). Quod Callicles subiicit: Πάνυ γε σφόδρα, redit ad illud, quod dixerat cum irrisione: ὡς ἡδὺς εἶ. Etiam p. 493 A ad codices redeundum (ἤδη του ἔγωγε).

---

[1]) P. 481 A quod emendaveram ἀναλίσκῃ pro ἀναλίσκηται, præcepit L. Dindorfius in thesauro Stephaniano.

Ibd. p. 492 B scrib.: τί . . . κάκιον ἂν εἴη (pro: κάκιον εἴη) σωφροσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις;[1])

Ibd. p. 493 B tollendum δ' inter τῶν ἀμυήτων. Non novi aliquid additur, sed superioribus explicando adiungitur participium ἀπεικάσας

Ibd. p. 498 B: Ἀμφότεροι ἔμοιγε· μᾶλλον, εἰ δὲ μή, παραπλησίως γε. Pravum μᾶλλον, nec tamen simpliciter tolli potest. Nam et superiora requirunt æque magnæ lætitiæ significationem et sequentia (εἰ δὲ μή). Proxime ad litteras accedit: Ἀμφότεροι ἔμοιγε ἐνάμιλλον

Ibd. p. 503 D: τοῦτο δὲ τέχνη τις εἶναι. Debebat necessario esse: τέχνην τινά. Sed male additum est εἶναι ad structuram explendam. Auditur ἐστίν.

Ibd. p. 512 A: Λογίζεται οὖν, ὅτι οὐκ . . . οὗτος μὲν ἄθλιός ἐστιν . . . καὶ οὐδὲν ὑπ' αὐτοῦ ὠφέληται· εἰ δέ τις ἄρα . . . πολλὰ νοσήματα ἔχει . . ., τούτῳ δὲ βιωτέον ἐστὶ καὶ τοῦτον ὀνήσειεν, ἄν τε κ. τ. λ. Scr.: ὀνήσει. Ne addito quidem ἂν potentialis modus hic locum habet.

Ibd. p. 512 D: ὅρα μὴ ἄλλο τι τὸ γενναῖον καὶ τὸ ἀγαθὸν ᾖ τοῦ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. Μὴ γὰρ τοῦτο μὲν τὸ ζῆν, ὁπόσον δὲ χρόνον, τόν γ' ὡς ἀληθῶς ἄνδρα ἐατέον ἐστὶ καὶ οὐ φιλοψυχητέον. Sic codices. Corruptum μή, e quo parum recte Hermannus fecit ἡδύ, quod et satis discedit a similitudine nec ipsum aptum est nec coit cum τοῦτο μὲν (pro ἡδὺ μὲν γὰρ τὸ ζῆν). Scribendum videtur: εἴη γὰρ τοῦτο μὲν τὸ ζῆν: sit sane τὸ σώζεσθαι positum in τῷ ζῆν.

Ibd. p. 514 C: πολλὰ μὲν καὶ καλὰ μετὰ τῶν διδασκάλων ᾠκοδομημένα ἡμῖν, πολλὰ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἡμῶν. Neque ἰδίᾳ cedere loco debet, aptissime positum, neque præpositione carere possumus; itaque scribendum: ἰδίᾳ δι' ἡμῶν. Paulo ante (A) neque πράξαντες, quod

[1]) Quæ pp. 492 B, 512 A, 522 D correxi, moneor a Deutschlio (Lips. 1859) occupata esse. Lætor consensu.

codices habent, neque *πράξοντες* aptum mihi videtur; fuitne: *παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὦ Καλλίκλεις, δημοσίᾳ, τάξαντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἐπὶ τὰ οἰκοδομικά, ἢ τειχῶν ἢ νεωρίων ἢ ἱερῶν ἐπὶ τὰ μέγιστα οἰκοδομήματα?*

Ibd. p. 517 A: *πολλοῦ γε δεῖ. ὦ Σώκρατες, μήποτέ τις τῶν νῦν ἔργα τοιαῦτα ἐργάσηται, οἷα τούτων ὃς βούλει εἴργασται.* Iure Stallbaumius miratur raram structuram, quam ego Græcam esse nego. Nam *πολλοῦ γε δεῖ* notum est per se augendi causa addi; itaque etiam *μή τις ἐργάσηται* per se dici necesse est, nullo prorsus exemplo. Scrib.: *ὦ Σώκρατες, οὐ μή ποτέ τις . . . ἐργάσηται.*

Ibd. p. 518 A: *ταὐτὰ οὖν ταῦτα ὅτι ἔστι καὶ περὶ τὴν ψυχήν, τότε μέν μοι δοκεῖς μανθάνειν, ὅτι λέγω, καὶ ὁμολογεῖς ὡς εἰδὼς ὅ τι ἐγὼ λέγω· ἥκεις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων κ. τ. λ.* Pendet *τότε*, abundat *ὅτι λέγω*. Rectum est: *τότε μέν μοι δοκεῖς μανθάνειν, ὅτε λέγω, . . . ἥκεις δ' ὀλίγον ὕστερον κ. τ. λ.*

Ibd. p. 522 A: *πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδε εἴργασται ἀνὴρ καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει τέμνων τε καὶ κάων καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων ἀπορεῖν ποιεῖ, πικρότατα πόματα διδοὺς κ. τ. λ.* Verba *ἀπορεῖν ποιεῖ* omnino ab re et medicinæ comparatione aliena tollenda sunt, translata ex inferiore loco (B), ubi proprie de Socrate dicuntur, ita ut his: *διαφθείρει τέμνων, πνίγων* cet. respondeat *διαφθείρει ἀπορεῖν ποιῶν*. Paulo post scribendum: *πόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι* pro *ὁπόσον*.

Ibd. p. 522 D: *αὕτη γάρ τις βοήθεια ἑαυτῷ πολλάκις ἡμῖν ὡμολόγηται κρατίστη εἶναι.* Prave coniunguntur *αὕτη* et *τις*. Videtur fuisse: *τοιαύτη γάρ τις.*

Ibd. p. 525 D: *οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τοὺς τούτων τῶν παραδειγμάτων ἐκ τυράννων καὶ βασιλέων . . . γεγονότας.* Sic codices. Tollunt editores *τοὺς* ante *τούτων*. Sed quid fiet masculinis his: *τοὺς πολλοὺς τῶν παραδειγμάτων . . . γεγονότας* (pro *τὰ πολλὰ . . .*

γεγονότα)? Scribendum: τοὺς πολλοὺς εἶναι τύπους τῶν παραδειγμάτων ἐκ τυράννων . . . γεγονότας.

Menon. p. 73 D: ἀλλ' ἆρα καὶ παιδὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή, ὦ Μένων, καὶ δούλου, ἄρχειν οἵῳ τε εἶναι τοῦ δεσπότου. Dativus οἵῳ τε rationem non habet; scribendum οἷόν τε.[1])

Ibd. p. 74 A: τὴν δὲ μίαν (ἀρετὴν), ἣ διὰ πάντων τούτων ἐστὶν, οὐ δυνάμεθα ἀνευρεῖν. Nonne: διὰ πάντων τούτων εἰσιν?

Ibd. p. 86 A: Εἰ οὖν ὅταν ᾖ χρόνον καὶ ὃν ἂν μὴ ᾖ ἄνθρωπος, ἐνέσονται αὐτῷ ἀληθεῖς δόξαι κ. τ. λ. Sic codices. Scrib.: Εἰ οὖν ὅν τ' ἂν ᾖ χρόνον. (Wolfius et edd. ὃν ἂν.)

Ibd. p. 87 A: ἀλλ' ὥσπερ μέν τινα ὑπόθεσιν προὔργου οἶμαι ἔχειν πρὸς τὸ πρᾶγμα τοιάνδε. Scribendum: ὥσπερ μέντοι τινά.

Ibd. p. 89 B: οὓς ἡμεῖς ἂν παραλαβόντες . . . ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει . . ., ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀφίκοιντο ἐς τὴν ἡλικίαν, χρήσιμοι γίγνοιντο ταῖς πόλεσιν. Rectum esset διέφθειρεν, si hoc significaretur, tunc neminem eos corrupturum fuisse, quod nunc fiat (synt. Gr. § 131 b not.), h. e., effectus præsentis temporis non verus. Sed h. l. significari tantum consilium actionis in condicione positæ relatum ad tempus præteritum (hypotheticum), ostendit clarissime γίγνοιντο et cum eo coniunctum ἀφίκοιντο. Scribendum igitur

---

[1]) In hoc quoque dialogo sunt quædam in omnibus codicibus tam aperta in rebus facillimis et non dubiis menda (ut omissum p. 97 A εἰ, p. 98 B οὐ, p. 97 D θαυμάζοις scriptum pro θαυμάζεις), ut mirere eiusdem generis alia ab iis, qui hæc non tulerint, ferri ac retineri pridem correcta, ut p. 72 C ἀποκρινάμενον, p. 91 B οἵους pro οὓς (at p. 92 C recte scriptum οἷοι pro οἵ), p. 94 E ῥάδιον pro ῥᾷον, p. 97 C οὐκ ἀεὶ τυγχάνοι pro οὐκ ἂν ἀεὶ τυγχάνοι. Additamenta iure Schleiermacherus p. 85 C, Cornarius p. 98 D notarunt.

διαφθείρειεν, abiecta illa, quam Hermannus præf. vol. I p. VII fingit, enallaga.

Ibd. p. 94 B: *Ἵνα δὲ μὴ ὀλίγους οἴῃ καὶ τοὺς φαυλοτάτους Ἀθηναίων ἀδυνάτους γεγονέναι τοῦτο τὸ πρᾶγμα, κ. τ. λ.* Paucos poterat Anytus putare, *τοὺς φαυλοτάτους* non poterat, quorum exempla Aristides et Pericles nominati essent. Monstratur, non paucos præstantes viros eam rem efficere non potuisse. Mendosum est igitur *καὶ τοὺς φαυλοτάτους* scribendumque *καίτοι οὐ φαυλοτάτους*. *Οὐ* pro *μή* retinuit, quod hoc *καίτοι οὐ φαυλοτάτους* extra Anyti sententiam additur.

Ibd. p. 96 E: *καὶ ζητητέον ὅστις ἡμᾶς ἑνί γέ τῳ τρόπῳ βελτίους ποιήσει—λέγω δὲ ταῦτα ἀποβλέψας πρὸς τὴν ἄρτι ζήτησιν, ὡς ἡμᾶς ἔλαθε καταγελάστως, ὅτι οὐ μόνον ἐπιστήμης ἡγουμένης ὀρθῶς τε καὶ εὖ τοῖς ἀνθρώποις πράττεται τὰ πράγματα—ἢ ἴσως καὶ διαφεύγειν ἡμᾶς τὸ γνῶναι, τίνα ποτὲ τρόπον γίγνονται οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες.* Sic interpungunt editores et enarrant perversissime; nam nec parenthesis sic poni potest nec hic infinitivus particulæ *ἤ* subiici (quod fit longe aliter, vid. synt. Gr. § 186 not.), præcedente gerundio, nec sententia constat, quasi timeat Socrates, ne scientiam, quam habeant, amittant. Scribendum: *βελτίους ἡμᾶς ποιήσει· λέγω δὲ ἀποβλέψας . . . τὰ πράγματα, ἦ ἴσως καὶ διαφεύγει ἡμᾶς τὸ γνῶναι κ. τ. λ.* Illum errorem Socrates dicit fortasse obstare intellegentiæ, qua ratione boni evadant.

Ibd. p. 100 A: *Ταὐτὸν ἂν καὶ εὐθὺς τοιοῦτος ὥσπερ παρὰ σκιὰς ἀληθὲς ἂν πρᾶγμα εἴη πρὸς ἀρετήν.* Statim (talis) nihil ad rem pertinet; (fingendo enarrant;) scribendum videtur: *καὶ αὖθις τοιοῦτος*, rursus et alter eiusmodi.

Ionis p. 532 D: *σοφοὶ μέν πού ἐστε ὑμεῖς . . .*, *ἐγὼ δ' οὐδὲν ἄλλο ἢ τἀληθῆ λέγω, οἷον εἰκὸς τὸν ἰδιώτην ἄνθρωπον.* Miram modestiam, sibi in disputando

nihil nisi omnia vera arrogare. Scrib.: ἢ τὰ πλήθη, quam vulgus.[1])

Menex. p. 241 E: *Καὶ οὗτος μὲν δὴ πάσῃ τῇ πόλει διηντλήθη ὁ πόλεμος ὑπὲρ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἄλλων κ. τ. λ.* Scrib.: *οὗτος μὲν δὴ πᾶς τῇ πόλει διηντλήθη ὁ πόλεμος.* Accommodatione erratum est.[2])

Ibd. p. 243 A: *ὧν οἱ ἐχθροὶ . . . πλείω ἔπαινον ἔχουσι σωφροσύνης καὶ ἀρετῆς ἢ τῶν ἄλλων οἱ φίλοι.* Scrib. aut *λέγουσι* aut *παρέχουσι*: quorum virtutem magis prædicant hostes quam ceterorum amici.

Ibd. p. 245 E: *καὶ γὰρ ναῦς καὶ τείχη ἔχοντες . . . ἀπηλλάγημεν τοῦ πολέμου οὕτως ἀγαπητῶς ἀπηλλάττοντο καὶ οἱ πολέμιοι.* Scrib. videtur: *τοῦ πολέμου οὕτως ὥστ' ἀγαπητῶς ἀπ. κ. οἱ πολ.*, hoc est: ita ut etiam hostes (nobis strenue rem gerentibus) libenter bello liberari cuperent.

De republica lib. I p. 332 A pro *ἀπαιτοῖ* scrib. *ἀπαιτεῖ.*

Ibd. p. 332 C nulla littera mutanda, sed tamen aliter verba coniungenda. Nam *ἀλλὰ τί οἴει*, quæ Polemarchum plane non decent, Socratis sunt, sua sententia posita, assensum exspectantis et exprimentis. Tum *Ἔφη* est: Affirmavit, assensus est, ut sæpe.

Ibd. p. 335 A: *Κελεύεις δὴ ἡμᾶς προσθεῖναι τῷ δικαίῳ ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἐλέγομεν, λέγοντες . . ., νῦν πρὸς τούτῳ ὧδε λέγειν, ὅτι κ. τ. λ.* Quod Stallbaumius post: *ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἐλέγομεν* audiri vult *λέγειν*, præter-

---

[1]) P. 533 D Hermannus geminata negatione omnia turbavit et evertit. Sententia hæc est: est autem hoc, quod in te est, ut de Homero bene dicas, non ars, sed cet.: *ἔστι γὰρ τοῦτο τέχνη μὲν οὐκ, ὃν παρὰ σοὶ . . . λέγειν, . ., θεία δὲ δύναμις.*

[2]) P. 239 C iocose materia nondum tractata a poetis cum puella procis proposita comparatur (*ἔστιν ἐν μνηστείᾳ*). Mire Hermannus aberravit.

quam quod dure fieret, eo excluditur, quod, quæ adiunguntur: *νῦν πρὸς τούτῳ ὧδε λέγειν*, redeunt ad *προσθεῖναι*. Itaque omissa una littera *ἤ* scribendum: *προσθεῖναι τῷ δικαίῳ ὡς τὸ πρῶτον ἐλέγομεν, . . ., νῦν πρὸς τούτῳ ὧδε λέγειν*: aliquid addere iustitiæ, qualem antea definiebamus, . . ., præter hoc nunc dicere; quanquam parum Latine sic infinitivo infinitivus per epexegesin superadditur, Græce optime.

Ibd. p. 339 E. Scrib.: *ἄρα τότε, ὦ σοφώτατε Θρασύμαχε, οὐκ ἀναγκαῖον συμβαίνει* (pro *συμβαίνειν*), *αὐτὸ οὑτωσὶ δίκαιον εἶναι ποιεῖν τοὐναντίον ἢ ὃ σὺ λέγεις;* nonne consequitur, ut necessarium sit ipsum contrarium, quam quod tu dicis, iustum esse facere? De orationis forma (*συμβαίνει ἀναγκαῖον*) nihil opus dici; vid. præter lexica Stallb. ad Phædon. p. 67 C. (*Συμβαίνει* etiam Astius, sed plura non recte moliens.)

Ibd. p. 345 A: *ὅμως ἐμέ γε οὐ πείθει ὡς ἔστι τῆς δικαιοσύνης κερδαλεώτερον*. Vereor, ne fuerit: *οὐ πείθεις*.

Ibd. p. 349 D: *τοιοῦτος ἄρα ἐστὶν ἑκάτερος αὐτῶν οἷσπερ ἔοικεν*. Scrib. necessario: *οἷοισπερ ἔοικεν*. Et sæpissime hæc permutantur.

Ibd. p. 353 D: *ἔσθ' ὅτῳ ἄλλῳ ἢ ψυχῇ δικαίως ἂν αὐτὰ ἀποδοῖμεν καὶ φαῖμεν ἴδια ἐκείνης εἶναι; Οὐδενὶ ἄλλῳ*. Sic codices, vitiose; sententia enim est: cui ea tribuamus et (cuius) propria dicamus; necessario igitur ad *ὅτῳ* pronomen alterum adiungitur; et edebatur olim *ἐκείνου*. Puto pronomen a mala manu esse.[1])

---

[1]) Sub unum conspectum subiiciam omnes eos locos, quibus in libris de rep. Platonis orationem verborum adiectione vitiatam esse suspicatus primus sum; sunt enim hi: I p. 353 D (*ἐκείνης*), II pp. 361 C (*εἴη*), 363 A (*τῷ δικαίῳ*, p. 84), 364 E (*ἡδονῶν*, p. 62), 378 D (*καί*), III pp. 389 C (*λέγοντι*), 416 A (*κακουργεῖν*), V pp. 452 E (*πρός*), 459 C (*εἶναι*), 479 A (*τά*), VI p. 501 D (*φήσειν*),

Lib. II p. 359 D: *καὶ ἰδεῖν . . . ἵππον χαλκοῦν, κοῖλον, θυρίδας ἔχοντα, καθ᾽ ἃς ἐγκύψαντα ἰδεῖν ἐνόντα νεκρὸν . . . μείζω ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον· τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον, ὃν περιελόμενον ἐκβῆναι.* Sic codices optimi; in deterioribus aliquot (meliore uno, Ven. *Π*) additur *ἔχειν*. Quod Baiterus audiri voluit *ἰδεῖν ἔχοντα*, id tot aliis alia structura interpositis, quibus ipsum hoc *τοῦτον δέ* adiungitur, fieri nequit. Suspicor fuisse: *νεκρὸν . . . μείζω ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον, πλούτου δὲ οὐδὲν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ κ. τ. λ.*

Ibd. p. 361 C: *ἄδηλον οὖν, εἴτε τοῦ δικαίου εἴτε τῶν δωρεῶν . . . ἕνεκα τοιοῦτος εἴη.* Prorsus perversum esse optativum (post futurum aut, si malis, præsens) si quis non per se sentit, sentiet ex Schneideri et Stallbaumii defensionibus. Delendum verbum prave ad explendam orationem additum, ut I p. 337 E. Cfr. III p. 393 A: *ὡς ἄλλος τις ὁ λέγων ἢ αὐτός.*

Ibd. p. 366 B. Intolerabilem habet tautologiam hæc orationis forma: *ὡς αἱ μέγισται πόλεις λέγουσι καὶ οἱ . . . ποιηταὶ, . . . οἳ ταῦτα οὕτως ἔχειν μηνύουσι.* Scrib.: *καὶ οἱ . . . ποιηταὶ . . . ταῦτα οὕτως ἔχειν μηνύουσι.* Pronomen ex ultima syllaba participii præcedentis (*γενόμενοι*) ortum est.[1])

---

p. 505 A (*δίκαια*, p. 84), IX p. 585 C (*καὶ ἀληθείας*), X p. 619 B (*ἐλέσθαι καί*). In Hermanni exemplo, si recte numeravi, 16 locis uncis voces notatæ sunt (præter aliquot, ubi syllaba scribendo geminata significatur tollenda), si unum et alterum locum excipias, recte, nec solius Hermanni iudicio.

[1]) Paulo ante verba *αὖ μέγα δύνανται* sponsores habent *ΘΞΠ*, ut in A casu excidisse putanda sint. P. 364 C recte post Muretum alii *ᾄδοντες* pro *διδόντες*, sed simul accentum mutare debebant: *κακίας περὶ εὐπετείας* (non *πέρι*); ut sit aliquid *εὐπέτειαν διδόναι περί τινος*, ridiculum tamen est *εὐπετείας διδόναι* et *εὐπ. διδ. ὡς*. P. 365 E *ἀμελητέον* pro *μελητέον* conieci; præceperat Baiterus.

(De p. 373 A dictum p. 75.)

Ibd. p. 378 C, D: 'ἀλλ' εἴ πως μέλλομεν πείσειν, ὡς οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο . . ., τοιαῦτα μᾶλλον πρὸς τὰ παιδία εὐθὺς καὶ γέρουσι καὶ γραυσὶ καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις, καὶ τοὺς ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν. Vitia sunt manifesta et in dativis nullam rationem habentibus et in illo πρεσβυτέροις γιγνομένοις, quod (ita sine articulo) mirifice coniungitur cum γέρουσι, et alia. In μᾶλλον subest gerundium (φατέον aut simile); deinde tollendum καί ante τοὺς ποιητάς. Nam pueris senes et anus hæc decantare iubentur, cum adolescant (adolescentibus) poetæ cogendi sunt illis fere eodem modo narrare et fingere: τοιαῦτα φατέον (ᾀστέον) πρὸς τὰ παιδία εὐθὺς καὶ γέρουσι καὶ γραυσί, καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις τοὺς ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν.

Lib. III p. 387 C in ὡς οἴεται videtur latere: ὡς οἰητέα.

Ibd. p. 389 C tollendum prorsus inepte interpositum λέγοντι, quod debebat esse λέγειν. Poterat in mentem venire πλέοντι (ut responderet præcedentibus κάμνοντι, ἀσκοῦντι); sed id alio loco ponendum erat (ἢ πλέοντι πρὸς κυβερνήτην).

Ibd. p. 397 A: πάντα τε μᾶλλον διηγήσεται καὶ οὐδὲν ἑαυτοῦ ἀνάξιον οἰήσεται εἶναι. Ferri nequit διηγήσεται, sed violenter mutatur in id, quod requiritur, μιμήσεται, nec ratio ulla apparet additi μᾶλλον. Scripserat, opinor, Plato: μᾶλλον (μιμήσεται ἢ) διηγήσεται, librarii oculus a priore futuro (ησεται) ad alterum aberravit.

Ibd. p. 403 B: τὰ δὲ ἄλλα οὕτως ὁμιλεῖν πρὸς ὃν τις σπουδάζοι, ὅπως μηδέποτε δόξει μακρότερα τούτων ξυγγίγνεσθαι. Quo refertur τούτων? Scribendum: περὶ ὧν τις σπουδάζοι.

Ibd. p. 405 B: ἢ οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ . . . τὸ ἐπακτῷ παρ' ἄλλων . . . τῷ δικαίῳ ἀναγκάζεσθαι χρῆσθαι καὶ

ἀπορίᾳ οἰκείων. Prorsus pravum *καί*, sed pravum etiam in hac orationis forma *οἰκείων* pro *οἰκείου*. In *καί* videtur esse vestigium huius scripturæ: *χρῆσθαι δικαίων ἀπορίᾳ οἰκείων.*

Ibd. p. 407 E: *Δῆλον, ἦν δ' ἐγώ· καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, ὅτι τοιοῦτος ἦν, οὐχ ὁρᾷς ὡς καὶ ἐν Τροίᾳ ἀγαθοὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐφάνησαν καὶ τῇ ἰατρικῇ ... ἐχρῶντο;* Mire illud de ipso Æsculapio interponitur et mire *ὅτι* ponitur. Scribendum: *Δῆλον, ἦν δ' ἐγώ, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ὅτι τοιοῦτοι· ἢ οὐχ ὁρᾷς κ. τ. λ.*

Ibd. p. 410 C: *Ἆρ' οὖν ... καὶ οἱ καθιστάντες μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν οὐχ οὗ ἕνεκά τινες οἴονται καθιστᾶσιν, ἵνα τῇ μὲν τὸ σῶμα θεραπεύοιντο, τῇ δὲ τὴν ψυχήν;* Et res et *θεραπεύοιντο* flagitant *καθίστασαν*. *Οἱ καθιστάντες* pro imperfecto est.

Ibd. p. 411 E. Nihil est *διαπράττεσθαι πρός τι.* Nisi tollendum est verbum (cum Hermanno), scribendum est *διατάττεται*, ad digladiandum paratur.

Ibd. p. 416 A: *αἴσχιστον ποιμέσι ... οὕτω τρέφειν κύνας ἐπικούρους ποιμνίων ὥστε ὑπὸ ἀκολασίας ... αὐτοὺς τοὺς κύνας ἐπιχειρῆσαι τοῖς προβάτοις κακουργεῖν καὶ ἀντὶ κυνῶν λύκοις ὁμοιωθῆναι.* Græcum non est *κακουργεῖν τινι.* (Apud Lucianum de calumn. c. 12 scribendum: *κἂν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα ἔχων, οὐκ ἐν τῷ πλησίον, οὐδὲν κακουργεῖ.*) Tollendum simpliciter *κακουργεῖν*, additum ab aliquo, qui non attenderet, quid h. l. esset *ἐπιχειρεῖν.*

Lib. IV p. 421 B scribendum: *Εἰ μὲν οὖν ἡμεῖς μὲν φύλακας ὡς ἀληθῶς ποιοῦμεν ἥκιστα κακούργους τῆς πόλεως, ὁ δ' ἐκεῖνο λέγων γεωργούς τινας καὶ ὥσπερ ἐν πανηγύρει ἀλλ' οὐκ ἐν πόλει ἑστιάτορας, εὐδαίμον ἄλλο ἄν τι ἢ πόλιν λέγοι. Σκεπτέον οὖν κ. τ. λ.* Codices et editiones: *ἑστιάτορας εὐδαίμονας, ἄλλο ἄν τι ἢ πόλιν λέγοι, σκεπτέον οὖν κ. τ. λ.*, ubi *εὐδαίμονας* abundat, verba *ἄλλο ἄν τι ἢ πόλιν λέγοι* sententiam non

habent, apodosis sine ulla anacoluthi specie male ab οὖν incipit. Mendum ex accommodatione ad proximum.

Ibd. p. 424 D. Nonne: ῥαδίως ταύτῃ (pro αὕτη) λανθάνει παραδυομένη?

Ibd. p. 430 E. Codicum omnium bonorum scriptura hæc est: Κόσμος πού τις . . . ἡ σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασι, κρείττω δὴ αὑτοῦ φαίνονται οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον, καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα ὥσπερ ἴχνη αὐτῆς λέγεται, nisi quod in A ad φαίνονται, in quo omnis difficultas est, in margine adscriptum est γρ. λέγοντες, etsi eam annotationem alii ad λέγεται referunt. Scribendum est, una littera detracta: ἐγκράτεια, ὥς φασι, κρείττω δὴ αὑτοῦ φαίνοντα οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον, καὶ ἄλλα . . . ἴχνη λέγεται. Participium neutro genere refertur coniunctim ad κόσμος . . . καὶ . . . ἐγκράτεια, quæ dicuntur hominem κρείττω ἑαυτοῦ ostendere. Deinde illa καὶ ἄλλα cet. adiunguntur ad hæc: κόσμος πού τις . . . ἡ σωφροσύνη ἐστί.

Ibd. p. 434 A pro πάντα τἄλλα scribendum πάντα ταῦτα. Comprehendit Socrates exempla singulatim posita.

Ibd. p. 439 A: Τὸ δὲ δὴ δῖψος . . . οὐ τούτων θήσεις τῶν τινὸς εἶναι τοῦτο ὅπερ ἐστίν; Nulla est constructio, nisi scribas τῶν οἵων τινὸς εἶναι τοῦτο ὅπερ ἐστίν: nonne in eorum genere numerabis, quæ ita comparata sint, nt alicuius sint id, quod sint (dass sie dasjenige, was sie sind, im Bezug auf etwas sind). Cfr. p. 438 D: ὅσα ἐστὶν οἷα εἶναί του.

Ibd. p. 439 E: Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ποτὲ ἀκούσας τι πιστεύω τούτῳ. Non congruunt inter se τι et τοῦτο. Scr. ἔτι. (Ἤκουσά ποτε καὶ ἔτι πιστεύω τούτῳ.)

Ibd. p. 440 C: ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει καὶ ξυμμαχεῖ τῷ δοκοῦντι δικαίῳ καὶ διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγοῦν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πάσχειν ὑπομένων καὶ νικᾷ καὶ οὐ λήγει, πρὶν ἂν ἢ διαπράξηται ἢ τελευτήσῃ ἢ . . . πραϋνθῇ. Ridicule, qui iustitiam defendat, dicitur

propter famem et frigus hoc facere. Si καὶ ... πάσχειν cum ῥιγοῦν coniungas, ὑπομένων obiecto caret, si καὶ ... πάσχειν ὑπομένων coniungi velis, nescias, cui per καί adiungatur participium. Deinde perverse primum simpliciter vincere dicitur (καὶ νικᾷ), deinde non desinere, antequam aut rem perficiat (vincat) aut moriatur (vincatur). Scribendum: καὶ ξυμμαχεῖ τῷ δοκοῦντι δικαίῳ καὶ δι' αὐτὸ πεινῆν καὶ δι' αὐτὸ ῥιγοῦν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πάσχειν ὑπομένων, κἂν νικᾶται, οὐ λήγει, πρὶν ἂν κ. τ. λ. Primum victus non tamen desistit.

Ibd. p. 444 B: ἐπανάστασιν μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς, ἵν' ἄρχῃ ἐν αὐτῇ, οὐ προσῆκον, ἀλλὰ τοιούτου ὄντος φύσει οἷον πρέπειν αὐτῷ δουλεύειν τῷ τοῦ ἀρχικοῦ γένους ὄντι; Non obtrudenda Platoni hæc orationis forma ὄντος οἷον πρέπειν αὐτῷ, ut οἷον pro ὥστε αὐτό posito pronomen αὐτό alio casu superaddatur, præsertim optimo codice et aliis bonis dissentientibus, in quibus scribitur: οἷον πρέπειν δουλεύειν τοῦ δ' αὖ δουλεύειν ἀρχικοῦ cet. Videtur fuisse: δουλεύειν, τῷ δ' αὖ μὴ δουλεύειν, ἀρχικοῦ . . . ὄντι; cum tale sit, ut id servire deceat, illud contra alterum non servire. Liberius hæc de altero genere adiunguntur ad πρέπειν (cum contra non deceat). Ac fortasse in hac forma orationis Plato οὐ δουλεύειν dicere ausus est, πρέπει cogitans.[1])

Lib. V p. 452 E: καὶ καλοῦ αὖ σπουδάζει πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ. Neque καλοῦ σπουδάζει πρὸς σκοπὸν στησάμενος recte defenditur neque ipsum σπουδάζειν πρὸς σκοπόν. Tollendum πρός, ut apte cohæreant καὶ καλοῦ αὖ ἄλλον ἢ τὸν τοῦ ἀγ. σκοπὸν στησάμενος σπουδάζει. (De p. 451 A v. p. 181 n.)

[1]) P. 443 C adeo inania sunt illa: δι' ὃ καὶ ὠφελεῖ, adeo δι' ὃ nihil, quo referatur, habet, ut certum mihi sit aliquid latere; latet autem opinor appellatio imaginis e fabula aliqua ductæ (velut Διὸς κελαινεφὲς εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης); sed nihil probabile extundere possum.

Ibd. p. 454 D recipienda erat codicum scriptura sublato accommodationis errore: *οἷον ἰατρικὸν μὲν καὶ ἰατρικὸν* (codd. *ἰατρικὴν*) *τὴν ψυχὴν ὄντα τὴν αὐτὴν φύσιν ἔχειν ἐλέγομεν· ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Ἰατρικὸν δὲ καὶ τεκτονικὸν ἄλλην; Πάντως που.* (Edunt fere: *ἰατρὸν καὶ ἰατρικὸν τὴν ψυχήν.*) Hoc dicit Socrates, eiusdem naturæ appellationem spectare tantum ad ipsa *ἐπιτηδεύματα*, de quibus agatur; itaque omnes *ἰατρικοὺς* esse eiusdem naturæ (etiamsi aliis rebus differant), contra *ἰατρικὸν καὶ τεκτονικὸν* diversæ (etiamsi aliis rebus similes sint). Bis adiectiva naturam significantia poni debent, primum duo eadem, deinde duo diversa.[1])

Ibd. p. 459 C: *ἰατρὸν δέ που μὴ δεομένοις μὲν σώμασι φαρμάκων, ἀλλὰ διαίτῃ ἐθελόντων ὑπακούειν, καὶ φαυλότερον ἐξαρκεῖν ἡγούμεθα εἶναι· ὅταν δὲ δὴ καὶ φαρμακεύειν δέῃ, ἴσμεν, ὅτι ἀνδρειοτέρου δεῖ τοῦ ἰατροῦ.* Restituendum, quod Stephanus et ante eum correctores quorundam codicum coniecerant, *ἐθέλουσιν*. Id ad *φαρμάκων* errore accommodatum est. Sed necessario tollendum *εἶναι*. Alteris ægris putatur *καὶ φαυλότερος ἰατρὸς ἐξαρκεῖν*, alteris *ἀνδρειοτέρου δεῖ*. Prorsus nihil est neque *ἰατρὸς ἐξαρκεῖ φαυλότερος εἶναι* neque *καὶ φαυλότερος ἐξαρκεῖ ἰατρὸς εἶναι.*

Ibd. p. 460 D: *τὸ δ' ἐφεξῆς διελθῶμεν ὃ προθυμούμεθα.* Boni codices præter A *προμηθούμεθα*. Quod sub utroque latet, in duobus recentissimis codicibus scriptum est coniectura: *προὐθέμεθα*. Neque de studio neque de providendo agitur, sed de absolvendo, quod supra proposuerant; itaque subiicitur: *ἔφαμεν γὰρ δὴ κ. τ. λ.*

Ibd. p. 465 B: *Ἱκανὼ γὰρ τὼ φίλακε κωλύοντε,*

---

[1]) P. 457 D recte in duobus recentibus codd. coniectura scribi: *ἀλλ' οἶμαι περὶ τοῦ, εἰ δυνατὸν ἢ μή, πλείστην ἂν ἀμφισβήτησιν γενέσθαι*, in reliquis *ἂν* ante *ἀμ.* excidisse, poterat supra p. 174 n. adscribi.

δέος τε καὶ αἰδώς, αἰδὼς μὲν ὡς γονέων μὴ ἅπτεσθαι εἴργουσα, δέος δὲ τὸ τῷ πάσχοντι τοὺς ἄλλους βοηθεῖν. Scrib.: *δέος δὲ τοῦ τῷ π.· τοὺς ἄλλους βοηθεῖν,* timor ne cet. (ad Græcam formam: timor auxilii ab aliis ferendi)[1].

Ibd. p. 466 A: *ἡμεῖς δέ που εἴπομεν, ὅτι τοῦτο μέν. εἴ που παραπίπτοι, εἰσαῦθις σκεψόμεθα, νῦν δὲ τοὺς μὲν φύλακας φύλακας ποιοῦμεν, τὴν δὲ πόλιν ὡς οἷοί τε εἶμεν εὐδαιμονεστάτην, ἀλλ' οὐκ . . . πλάττοιμεν.* Et *πλάττοιμεν* cum *σκεψόμεθα* et *ποιοῦμεν* copulatum et *παραπίπτοι* et *εἶμεν* iis subiuncta flagitant *σκεψοίμεθα . . . ποιοῖμεν.*

Ibd. p. 466 B: *ἀλλ' ἀνόητός τε καὶ μειρακιώδης δόξα ἐμπεσοῦσα εὐδαιμονίας πέρι ὁρμήσει αὐτὸν διὰ δύναμιν ἐπὶ τὸ ἅπαντα τὰ ἐν τῇ πόλει οἰκειοῦσθαι.* Prorsus nihil est *ὁρμᾶν* propter potentiam; esset aliquid *τὸ ἅπαντα δυνάμει οἰκειοῦσθαι*, etsi abundaret. Scribendum: *ὁρμῆσαι αὐτὸν διαδῦναι ἐπὶ τὸ . . . οἰκειοῦσθαι.*

Ibd. p. 472 C: *ἐζητοῦμεν αὐτό τε δικαιοσύνην, οἷόν ἐστι, καὶ ἄνδρα τὸν τελέως δίκαιον, εἰ γένοιτο καὶ οἷος ἂν εἴη γενόμενος.* Non quærebantur duo, num fieret et qualis futurus esset vir iustus, sed, quemadmodum in ipsa iustitia, unum, qualis futurus esset; additur significatio difficilis ad reperiendum et raræ rei: *εἰ γένοιτο.* Tollendum igitur *καί*, additum non intellecta oratione et sententia.

Ibd. p. 473 D: *τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν.* Multitudo naturarum nihil omnino ad rem pertinet; ipsa forma orationis (*τῶν πορευομένων αἱ φύσεις* pro *οἱ πορευόμενοι*) significat notari vitium aliquod naturæ, propter

---

[1]) Aliter dicitur in pronomine, addito *εἶναι* verbo: *τόδ' ἦν φόβος* (Eurip. Troad. 240, Heracl. 739, *δέος* Demosth. I, 8`

quod hi homines excludantur. Scripserat Plato: *αἱ χωλαὶ φύσεις* (claudæ et imperfectæ, einseitige und hinkende).

Ibd. p. 479 A. Nihil non recti est, si quis *πολλὰ τὰ καλὰ* putat, sed si *αὐτὸ μὲν τὸ καλὸν* nullum esse putat, *πολλὰ δὲ καλὰ νομίζει*, multas res pulchras putat esse. Tollendum *τά*.

Lib. VI p. 486 D: *Ἐπιλήσμονα ἄρα ψυχὴν ἐν ταῖς ἱκανῶς φιλοσόφοις μήποτε ἐγκρίνωμεν, ἀλλὰ μνημονικὴν αὐτὴν ζητῶμεν δεῖν εἶναι.* Prorsus barbarum est: *ζητῶ τὴν ψυχὴν εἶναι μνημονικήν*, magis etiam *ζητῶ τ. ψ. μν. εἶναι δεῖν*. Scrib.: *ἀλλὰ μνημονικὴν αὖ, ἣν ζητοῦμεν, δεῖ εἶναι. Αὖ* refertur ad *εὐμάθειαν* antea postulatam. Ex *αὖ ἣν* factum *αὐτήν*, deinde cetera mutata.

Ibd. p. 490 A: *Ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα, ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη ἁμιλλᾶσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθὴς καὶ οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι κ. τ. λ.* Sensit Stallbaumius pravos esse optativos post futurum, sed minime in eo hæret; nam idem esse atque *ἀπολογησόμεθα, ὃ ἐλέγομεν, ὅτι.* Sic ludimus philologi. Sed nulla hic est *ἀπολογία* futura, sed confirmatum Socrates eventu putat, quod antea opinione et quasi ratiocinatione præcepissent. Scripserat Plato: *Ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπελογισάμεθα, ὅτι κ. τ. λ.* (X p. 607 B e cod. A restitutum est *ἀπολελογίσθω* pro *ἀπολελογήσθω*.)

Ibd. p. 490 B: *Τί οὖν; τούτῳ τι μετέσται ψεῦδος ἀγαπᾶν ἢ πᾶν τοὐναντίον, μισεῖν;* Pravum et *τι* et *μετέσται τινὶ ποιεῖν*. In mentem mihi venit: *τούτῳ ἐπιμελὲς ἔσται...;* errorisque initium ab *ες* semel scribendo factum putabam; sed non confido.

Ibd. p. 490 C: *Καὶ δὴ τὸν ἄλλον τῆς φιλοσόφου φύσεως χορὸν τί δεῖ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀναγκάζοντα τάττειν;* Nulla hic *ἀνάγκη*. Scrib. certissime: *πάλιν ἐξ*

ἀρχῆς ἀναβιβάζοντα τάττειν; in orchestram et pulpitum escendere iubentem.

Ibd. p. 491 D: ὅσῳ ἂν ἐρρωμενέστερον ᾖ, τοσούτῳ πλειόνων ἐνδεῖ τῶν πρεπόντων. Non agitur, quot decoris careat semen aut animal, sed quantum distet ab eo, quod deceat et rectum sit. Scr.: τοσούτῳ πλεῖον.

Ibd. p. 494 E: Ἐὰν δ' οὖν . . . διὰ τὸ εὖ πεφυκέναι καὶ τὸ ξυγγενὲς τῶν λόγων εἰς αἰσθάνηταί τέ πῃ καὶ κάμπτηται καὶ ἕλκηται πρὸς φιλοσοφίαν. Quam pravum esset εἰς, exposuit Stallbaumius nec quicquam valet Schneideri excusatio. Scrib. videtur: εἴσω αἰσθάνηται.

Ibd. p. 496 B: Πάνσμικρον δή τι . . . λείπεται τῶν κατ' ἀξίαν ὁμιλούντων φιλοσοφίᾳ, ἤ που ὑπὸ φυγῆς καταληφθὲν γενναῖον καὶ εὖ τεθραμμένον ἦθος ἀπορίᾳ τῶν διαφθερούντων κατὰ φύσιν μεῖναν ἐπ' αὐτῇ, ἢ ἐν σμικρᾷ πόλει ὅταν μεγάλη ψυχὴ φυῇ κ. τ. λ. Quomodo, qui supersunt ἀπορίᾳ τῶν διαφθερούντων, dici possunt deprehensi fuga? et quid est καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ φυγῆς, quasi fuga persequatur et prehendat? Scrib.: ὑποφυγῇ καταλειφθέν, suffugio relictum.

Ibd. p. 498 D: Εἰς σμικρόν γ', ἔφη, χρόνον εἴρηκας. Εἰς οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφην, ὥς γε πρὸς τὸν ἅπαντα. Scrib.: Εἰς οὐδένα μὲν οὖν.[1]

Ibd. p. 500 A: ἢ καὶ ἐὰν οὕτω θεῶνται, ἀλλοίαν τε φήσεις αὐτοὺς δόξαν λήψεσθαι καὶ ἄλλα ἀποκρινεῖσθαι; Qui sic interrogat, aperte significat, non aliam opinionem suscepturos nec alia responsuros illos, de quibus agitur (τοὺς πολλούς), quod prorsus loci sententiæ contrarium est; sperat enim Socrates, eos ad rectius iudicandum

---

[1]) Quod p. 499 B ipse correxeram: καὶ τῇ πόλει κατηκόῳ γενέσθαι, vidi postea Schleiermacherum etiam invenisse. Duplex requiritur necessitas, quæ et philosophos cogat rempublicam capessere et civitatem iis auscultare.

adduci posse. Pravum etiam *φήσεις* et ipsum et tempore. Agitur enim, quid Adimantus nunc putet tunc futurum, non quid tum dicturus sit. Mendum est in *τε φήσεις*, pro quo scribendum opinor *ἀπιστεῖς*.

Ibd. p. 501 D: *Τί δέ; τὴν τοιαύτην (φύσιν) τυχοῦσαν τῶν προσηκόντων ἐπιτηδευμάτων (ἕξουσιν ἀμφισβητῆσαι* vel potius, quoniam *οὐ* sequitur, *φήσουσιν*, quod ex illo sumitur) *οὐκ ἀγαθὴν τελέως ἔσεσθαι καὶ φιλόσοφον, εἴπερ τινὰ ἄλλην, ἢ ἐκείνους φήσειν μᾶλλον, οὓς ἡμεῖς ἀφωρίσαμεν;* Rectum erat *φήσουσιν*, infinitivus ferri nullo modo potest; additum est verbum, cum non intellegeretur audiri ex præcedentibus.

Ibd. p. 504 B: *Ἐλέγομέν που, ὅτι, ὡς μὲν δυνατὸν ἦν κάλλιστα αὐτὰ κατιδεῖν, ἄλλη μακροτέρα εἴη περίοδος, ἣν περιελθόντι καταφανῆ γίγνοιτο.* Tollendum *ἦν*, quod et incommodissime interponitur inter *ὅτι . . . εἴη* nec omnino usitate additur in hoc *ὡς δυνατὸν κάλλιστα*: ad ea quam pulcherrime conspicienda. (De p. 505 A dictum supra p. 84.)

Lib. VII p. 515 B pro *οὐ ταὐτὰ* scrib.: *οὐκ αὐτὰ . . . τὰ παριόντα*. Sed vereor, ne aliud lateat mendum scripseritque Plato: *οὐκ αὐτὰ ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα αὐτοὺς νομίζειν ὀνομάζειν ὀνομάζοντας ἅπερ ὁρῷεν;* aut: *ὀνομάζειν, ὀνομάζειν δ' ἅπερ ὁρῷεν;*

Ibd. p. 518 E: *ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι (ἀρετὴ) παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγχάνει, ὡς ἔοικεν, οὖσα, ὃ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς κ. τ. λ.* Neque *παντὸς μᾶλλον* initio positum recte coniungitur cum *ὡς ἔοικεν* et aperte ad *θειοτέρου τινός* (in hac orationis forma: *ἡ ἀρετὴ θειοτέρου τινός ἐστιν*) desideratur substantivum. Plato, ni fallor, scripserat: *πλάσματος θειοτέρου τινὸς τυγχάνει . . . οὖσα* aut *ὑφάσματος*. (De p. 519 B dictum supra p. 27.)

Ibd. p. 527 A: *Λέγουσι μέν που μάλα γελοίως τε καὶ ἀναγκαίως.* Miram adverbiorum coniunctionem;

neque omnino, quæ hæc sit necessitas, apparet. Scribendum videtur *ἀ κ ά κ ω ς*.

Ibd. p. 528 A: *Σκόπει οὖν αὐτόθεν, πρὸς ποτέρους διαλέγει, ἢ οὐ πρὸς οὐδετέρους, ἀλλὰ σαυτοῦ ἕνεκα τὸ μέγιστον ποιεῖ τοὺς λόγους, φθονοῖς μὲν οὐδ' ἂν ἄλλῳ κ. τ. λ.* Abundat vitiose *οὐ*, desiderari particula interrogativa nequit. Scrib.: *ἢ ε ἰ πρὸς οὐδετέρους, ἀλλὰ σαυτοῦ ἕνεκα κ. τ. λ.*

Ibd. p. 528 C: *ἐπεὶ καὶ νῦν ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων, λόγον οὐκ ἐχόντων, καθ' ὅ τι χρήσιμα, ὅμως πρὸς ἅπαντα ταῦτα βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται.* Debebat esse *ὑπὸ μὲν τῶν πολλῶν* (et habent *μὲν* codices quidam infimi et pleræque editiones, omittunt optimi et mediocres omnes), deinde ad *ὑπὸ δὲ τ. ζητ.* addi participium respondens superioribus. Scrib.: *ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα ὑπὸ τῶν ζητούντων.* Particula *δέ* male addita est, cum etiam *καὶ κολουόμενα* tractum esset ad *ὑπὸ τῶν πολλῶν.* Truncabantur *τὰ μαθήματα* ab ipsis studiosis, non omnem amplitudinem eorum intellegentibus nec persequentibus. Adduntur post *αὐξάνεται* hæc: *καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν αὐτὰ φανῆναι*, in quibus quid sit nudum *φανῆναι*, nemo dicat; itaque etiam Stallbaumius coniecturam tentavit. Scrib.: *θαυμαστὸν τ ο ι α ῦ τ α φανῆναι* (qualia significantur verbis *ὑπὸ χάριτος*). Respondet Adimantus hoc confirmans: *Καὶ μὲν δὴ τό γε ἐπίχαρι καὶ διαφερόντως ἔχει.* Excidit *τοι* post *τον*. (De p. 529 C dictum p. 17.)

Ibd. p. 530 B: *οὐκ ἄτοπον, οἴει, ἡγήσεται τὸν νομίζοντα γίγνεσθαί τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν, σῶμά τε ἔχοντα καὶ ὁρώμενα, καὶ ζητεῖν παντὶ τρόπῳ τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν λαβεῖν.* Neque ad *ἄτοπον*, quod masculini generis est, referri *ζητεῖν* potest neque ad *νομίζοντα* (nam *καὶ ... ζητοῦντα* debebat esse); et præterea verus astronomus ineptum puta-

bit (Socratis iudicio) eum, qui hos cœli motus, qui conspiciantur, ἀεὶ γίγνεσθαι ὡσαύτως et in his ipsis veritatem inesse credat, minime ineptum putabit, sed vel maxime necessarium ipsam horum veritatem alibi (in idea eorum) quærere. Itaque scribendum aut: καὶ ζητήσει, ut coniungatur cum ἡγήσεται, aut: καὶ ζητεῖν δεῖν, ut ab ἡγήσεται pendeat.

Ibd. p. 532 C: καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἔτ' ἀδυναμία βλέπειν, πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα θεῖα καὶ σκιὰς τῶν ὄντων, ἀλλ' οὐκ εἰδώλων σκιὰς δι' ἑτέρου τοιούτου φωτὸς ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν ἀποσκιαζομένας. Post illud πρὸς μὲν τὰ ζῶα . . . ἀδυναμία βλέπειν in altero membro πρὸς δὲ τὰ ... φαντάσματα perspicue requiritur contrarium substantivum, quo significetur libera videndi potestas, latetque id substantivum in adiectivo ab his φαντάσμασιν alienissimo, θεῖα, cui si præposueris præcedentis vocis (φαντάσματα) ultimam vocalem, θ tantum in δ mutandum erit: πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα ἄδεια καὶ σκιὰς τῶν ὄντων.

Ibd. p. 532 E: Οὐκέτ', ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, οἷός τ' ἔσει ἀκολουθεῖν· ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίποι. Non potest Socrates, qui semper Glauconem ironice laudat, subito tam rustice negare eum sequi posse, cum præsertim his dictis tanquam illo secuturo præeat. Itaque scripsit Plato: Εἴ γ' ἔτι . . . οἷός τ' ἔσει ἀκολουθεῖν aut: εἰ σύ γ' ἔτι.

Ibd. p. 533 A: εἰ δ' ὄντως ἢ μή, οὐκέτ' ἄξιον τοῦτο διισχυρίζεσθαι· ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τοιοῦτόν τι ἰδεῖν, ἰσχυριστέον. Unde pendet ἰδεῖν aut quod verbum subiicitur coniunctioni ὅτι? Talia tacita prætermitti! Scrib.: ἀλλ' ὅτι μὲν δεῖ τοιοῦτόν τι ἰδεῖν, ἰσχ. Hoc propositum necessario est.

Ibd. p. 533 E. Nimis violenter grassantur Hermannus et alii mutando, Stallbaumius, quæ sanare nequit, delendo.

Nam quod glossematis nomine utitur, nec quibus nec quo consilio significatuve hæc adscripta putet, conatur dicere. Nomen Socrates imponendum dicit nec id morose deligendum. Assentitur Glauco. Scribendum: *Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη· ἀλλ' ὃ ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς ἕξιν σαφηνείᾳ, λέγ', εἰ ἐν ψυχῇ:* sed quod modo declaret ad rem tenendam (um die Sache festzuhalten) perspicuitate, dic, si intra animum tibi versatur. (Codd. boni *λέγει*, supra scripto in A *ις*, in ceteris verbis nihil variant.)

(De p. 534 A dictum ad Aristoph. av. 1128 p. 280.)

Ibd. p. 539 A: *Οὐκοῦν ἵνα μὴ γίγνηται ὁ ἔλεος οὗτος περὶ τοὺς τριακοντούτας σοι, εὐλαβουμένῳ παντὶ τρόπῳ τῶν λόγων ἁπτέον.* Non aptum *εὐλαβουμένῳ*, quoniam non Glauco, sed custodes debent *ἅπτεσθαι τῶν λόγων*. Rectum *εὐλαβουμένους*. Et nocuit fortasse accommodatio (ad *σοί*). Nam *εὐλαβουμένως* non audeo Platoni tribuere, etsi *ἡδομένως* Xenophon dixit, *ὁμολογουμένως* omnes; aderat enim *εὐλαβῶς*

Lib. VIII p. 543 C: *μισθὸν τῆς φυλακῆς δεχομένους εἰς ἐνιαυτὸν τὴν εἰς ταῦτα τροφὴν παρὰ τῶν ἄλλων.* Prorsus non video, quo referatur *ταῦτα*, suspicorque fuisse: *τὴν εἰς τακτὰ τροφήν* (ad constitutam mensuram; cfr. VIII p. 551 B: *ᾧ ἂν μὴ ᾖ οὐσία εἰς τὸ ταχθὲν τίμημα*).

Ibd. p. 544 C: *ἥ τε ταύτῃ* (*τῇ ὀλιγαρχίᾳ*) *διάφορος καὶ ἐφεξῆς γιγνομένη δημοκρατία, καὶ ἡ γενναία δὴ τυραννὶς καὶ ἡ πασῶν τούτων διαφεύγουσα, τέταρτόν τε καὶ ἔσχατον πόλεως νόσημα.* Sic omnes boni et mediocres codices, non *τούτων διαφέρουσα*. Sed substituto etiam cum inani sententia *διαφέρουσα*, prorsus pravum est *καὶ ἡ*, quasi ad novum genus a tyrannide transeatur. Una littera in codicum scriptura geminata oritur elegantissimum hoc: *τυραννὶς σκαιῇ πασῶν τούτων διαφεύγουσα*: quæ ad lævam ab his omnibus discedit et fugit.

Ibd. p. 546 D. Quid sententia postularet, vidit fere

Hermannus, sed temere delet, quæ nemo additurus erat. Scrib.: παρ' ἔλαττον τοῦ δέοντος ἡγησάμενος τὰ μουσικῆς δεύτερά τε γυμναστικῆς (pro δεύτερον δὲ τὰ γυμναστικῆς). Cfr. p. 548 B: πρεσβυτέρως γυμναστικὴν μουσικῆς τετιμηκέναι. Non intellecta structura, ut τὰ μουσικῆς scriptum est etiam τὰ γυμναστικῆς, δεύτερον ut ἔλαττον.

Ibd. p. 547 B: ὡμολόγησαν γῆν μὲν καὶ οἰκίας κατανειμαμένους ἰδιώσασθαι, τοὺς δὲ πρὶν φυλαττομένους ὑπ' αὐτῶν ὡς ἐλευθέρους . . . δουλωσάμενοι τότε περιοίκους ... ἔχοντες αὐτοὶ πολέμου ... ἐπιμελεῖσθαι. Barbarum, ut quod maxime, ὁμολογῶ γῆν κατανειμάμενον ἰδιώσασθαι, exornat barbariem hæc coniunctio: κατανειμαμένους ἰδιώσασθαι . . . τοὺς δὲ . . . δουλωσάμενοι . . . ἔχοντες . . . ἐπιμελεῖσθαι. Scribendum igitur κατανειμάμενοι, sed fortasse accusativi terminatio orta est ex præpositione verbi, cum esset ἐξιδιώσασθαι. (Ne p. 547 E quidem codicibus concedendum, ut teneatur κεκτημένην, neque p. 488 E Hermannus recte tenuit οἰόμενοι, quod errore ad βούλωνται accommodatum est.)

Ibd. p. 547 E: ἐπὶ δὲ θυμοειδεῖς τε καὶ ἁπλουστέρους ἀποκλίνειν. Offendit hoc post illud vix duobus versibus supra positum alio significatu ἁπλοῦς τε καὶ ἀτενεῖς. Fuit fortasse ἀνουστέρους.

Ibd. p. 550 E: ἢ οὐχ οὕτω πλούτου ἀρετὴ διέστηκεν, ὥσπερ ἐν πλάστιγγι ζυγοῦ κειμένου ἑκατέρου ἀεὶ τοὐναντίον ῥέποντε; Durissime in eadem comparatione (ὥσπερ) κειμένου ἑκατέρου interponitur, sequente nominativo casu ῥέποντε, qui redit ad πλούτου ἀρετή (tanquam sit πλοῦτος καὶ ἀρετή). Sine dubio κειμένου ἑκατέρου accommodando natum est ex ζυγοῦ, cum Plato scripsisset: ὥσπερ ἐν πλάστιγγι ζυγοῦ κείμενον ἑκάτερον ἀεὶ τοὐναντίον ῥέποντε, quomodo Gorg. p. 481 D scribitur: ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος.

Ibd. p. 558 A: ἀνθρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς. Etsi est aliqua apud inferioris ætatis scrip-

tores in damnandi verbis construendis a veterum norma aberratio, tamen nemo ne ex his quidem, aliquot saltem post Chr. natum seculis, hominem dixit *καταγιγνώσκεσθαι, καταψηφισθῆναι θανάτου* pro eo, quod est *θάνατον καταγιγνώσκεσθαι, καταψηφισθῆναί τινος*. Itaque Platonem scripsisse puto: *ἀνθρώπων καταψηφισθέντος θανάτου ἢ φυγῆς*, sed præcedens *ἀνθρώπων* participium traxisse. (De p. 560 A dictum antea p. 22, de p. 561 A p. 28 n. 1.)[1])

Ibd. p. 562 B: *Ὃ προὔθεντο, ἦν δ' ἐγώ, ἀγαθόν, καὶ δι' οὗ ἡ ὀλιγαρχία καθίστατο — τοῦτο δ' ἦν ὑπέρπλουτος· ἢ γάρ; Ναί. Ἡ πλούτου τοίνυν ἀπληστία κ. τ. λ.* Adiectivum *ὑπέρπλουτος* ferri non posse, etiam Stallbaumius concedit; in corrigendo aberrant; scribendum enim: *τοῦτο δ' ἦν ὑπὲρ πλούτου*. (De p. 568 D dictum supra p. 17.)

Lib. IX p. 580 E: *τὸ δὲ τρίτον . . . ἑνὶ οὐκ ἔσχομεν ὀνόματι προσειπεῖν ἰδίῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ ὃ μέγιστον εἶχεν ἐν αὐτῷ, τούτῳ ἐπωνομάσαμεν.* Suspicor fuisse *τούτου* (ex eo nomen dedimus, non ei).

Ibd. p. 581 E. Reliquæ *ἡδοναί* non videntur philosopho *τῆς ἡδονῆς* (universæ) *πάνυ πόρρω*, sed longe ab ea, quam ipse percipiat. Scrib., omisso *τῆς* recteque interpuncta oratione: *Τὸν δὲ φιλόσοφον . . . τί οἰώμεθα*

---

[1]) Raro quicquam vidi indignius et imperitius spretum quam a Stallbaumio (— nam Hermannus nondum norat —) acutam et omnibus veritatis notis impressam Cobeti et Badhami emendationem p. 560 D *πρεσβυτέρων λόγους δι' ὤτων εἰσδέχονται* pro *ἰδιωτῶν*, quod perversissimum est. Æque prave Cobeti inventum (*ἐπῃνέκαμεν* pro *ἐπηνέγκαμεν*) spernitur X p. 612 B. Sed quod interdum Cobetus paulo incautius omnia ad certam normam revocat et resecat quædam plenius dicta, quidam in Germania cauti sibi et sapientes videntur, si ne egregia et vera quidem ab eo accipiant.

τὰς ἄλλας ἡδονὰς νομίζειν πρὸς τὴν τοῦ εἰδέναι τἀληθὲς ὅπῃ ἔχει καὶ ἐν τοιούτῳ τινὶ ἀεὶ εἶναι μανθάνοντα ἡδονήν; οὐ πάνυ πόρρω, καὶ καλεῖν . . .;

Ibd. p. 585 A scribendum: σφόδρα μὲν οἴονται πρὸς πληρώσει τε καὶ ἡδονῇ γίγνεσθαι, ὥσπερ δὲ πρὸς (codd., edd. ὥσπερ πρὸς) μέλαν φαιὸν ἀποσκοποῦντες ἀπειρίᾳ λευκοῦ, . . . ἀπειρίᾳ ἡδονῆς ἀπατῶνται.

Ibd. p. 585 C. Nec sufficiunt et prava sunt, quæ Hermannus et Stallbaumius tentarunt. Exciderunt quædam. Primum ἡ οὖν τοῦ ἀεὶ ὁμοίου οὐσία (τοῦ excidit post οὖν) dicitur (interrogando) æque, atque essentiam, etiam scientiam et veritatem habere (. . . Τί δ', ἀληθείας; Οὐδὲ τοῦτο). Deinde ex adverso [ἡ τοῦ ἀνομοίου οὐσία non solum scientiæ] et veritatis minus habere, sed etiam essentiæ dicta erat; sed ex hac sententia ea pars excidit, quam Latinis verbis redditam uncis interposui: [Ἡ δὲ τοῦ ἀνομοίου οὐκ ἐπιστήμης ἧττον μετέχει ἢ ἡ τοῦ ὁμοίου; Πῶς γὰρ οὔ; Εἰ δ' ἐπιστήμης, καὶ ἀληθείας; Καὶ τοῦτο.] Εἰ δ' ἀληθείας, οὐ καὶ οὐσίας; Ἀνάγκη. Sed ut hic aliquid excidit, sic paulo ante manifestissimo additamento aucta est oratio. Nam antequam Socrates ad scientiæ et veritatis in τῇ τοῦ ἀεὶ ὁμοίου natura maiorem copiam venit, primum eam essentiæ plus habere hac interrogatione ostendit: τὸ τοῦ ἀεὶ ὁμοίου ἐχόμενον καὶ ἀθανάτου καὶ ἀληθείας καὶ αὐτὸ τοιοῦτον ὂν καὶ ἐν τοιούτῳ γιγνόμενον μᾶλλον εἶναί σοι δοκεῖ ἢ τὸ μηδέποτε ὁμοίου καὶ θνητοῦ καὶ αὐτὸ τοιοῦτο καὶ ἐν τοιούτῳ γιγνόμενον; Verba καὶ ἀληθείας et exposita argumentationis progressio, quæ h. l. nondum ἀλήθειαν attingit, et substantivum adiectivis interpositum et illis τοῦ ὁμοίου καὶ ἀθανάτου hæc reddita ὁμοίου καὶ θνητοῦ convincunt. Sed pro τὸ μηδέποτε ὁμοίου scribendum τὸ τ ο ῦ μηδέποτε ὁμοίου. (De p. 587 E dictum p. 22.)

Ibd. p. 588 C scrib.: πολυκεφάλου, ἡμέρων τ ε (pro δὲ) θηρίων ἔχοντος κεφαλὰς κύκλῳ καὶ ἀγρίων.

Ibd. p. 590 D: *ὡς ἄμεινον ὂν παντὶ ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι, μάλιστα μὲν οἰκεῖον ἔχοντος ἐν αὐτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφεστῶτος.* Nullis machinis effici potest, in hac præsertim contrariorum casuum inter se compositione, ut *ἔχοντος* pro *ἔχοντι* positum credatur, nec magis, ut post *οἰκεῖον ἔχοντος* de ipso homine adiungatur *ἐφεστῶτος* de rectore ei adiuncto. Scribendum: *ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι, μάλιστα μὲν οἰκείου ἐνόντος ἐν αὐτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφεστῶτος.*

Ibd. p. 591 A: *καὶ τὸ βέλτιστον θεραπεύσαντες τῷ παρ' ἡμῖν τοιούτῳ ἀντικαταστήσωμεν φύλακα ὅμοιον καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ.* Pravum est *ἀντικαταστήσωμεν*, quoniam neque pro alio neque adversus aliquem custos hic instituitur; et necessario verbum cum *ἀντι* compositum refertur ad dativum præcedentem eversa plane sententia. Una vocali mutata omnia recta fiunt: *καὶ τὸ βέλτιστον θεραπεύσαντες τῷ παρ' ἡμῖν τοιούτῳ ὄντι, καταστήσωμεν φύλακα κ. τ. λ.*

Lib. X p. 602 D: *ὥστε μὴ ἄρχειν ἐν ἡμῖν τὸ φαινόμενον μεῖζον ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἢ βαρύτερον, ἀλλὰ τὸ λογισάμενον καὶ μετρῆσαν ἢ καὶ στῆσαν.* Tria priora (*ἢ μεῖζον ἢ ἔλαττον ἢ πλέον*) contraria sunt et possunt sic accipi (*τοῦ μείζονος, καὶ ἐλάττονος* nominibus etiam ad magnitudinem, non solum ad multitudinem relatis), ut et numerandi et metiendi materiam contineant; *βαρύτερον* manifesto minus recte solum ponitur, videturque excidisse *ἢ κουφότερον.*

Ibd. p. 604 B recte Stallbaumius *ἐν* addidit, quod excidit post *φαμέν*, non recte *τινὲ* e malis codd. (P. 605 A utinam Stephani suspicionem *οὐ* post *αὐτοῦ* addentis in textu secutus esset, non in notis timide attigisset.)

Ibd. p. 606 A: *Εἰ ἐνθυμοῖο, ὅτι τὸ βίᾳ κατεχόμενον τότε ἐν ταῖς οἰκείαις ξυμφοραῖς . . . τότ' ἐστὶ τοῦτο τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πιμπλάμενον καὶ χαῖρον.*

Vitiosum duplex *τότε* diversa significans tempora. Scrib.: *αὖτ' ἐστὶ τοῦτο τὸ κ. τ. λ.*

Ibd. p. 606 C. Locus enarrando et corrigendo vexatus facillime et certissime sic expeditur: *Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου, ὅταν, ἂν (ἃ 'ν) αὐτὸς αἰσχύνοιο γελωτοποιῶν, ἐν μιμήσει δὴ κωμῳδικῇ ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκούων σφόδρα χαρῇς καὶ μὴ μισῇς ὡς πονηρά.* Codices boni *ὅτι ἂν αὐτός.* De crasi (*ἃν*) dictum est ad Phædrum p. 253 A. Tum paulo post scribendum: *ὃ γὰρ τῷ λόγῳ ἂν* (codd., edd. *αὖ*) *κατεῖχες ἐν σαυτῷ βουλόμενον γελωτοποιεῖν, . . . τότ' αὖ ἀνίης.* Priore loco *αὖ* ineptum est.

Ibd. p. 606 D: *Καὶ περὶ ἀφροδισίων δὴ καὶ θυμοῦ καὶ περὶ πάντων τῶν ἐπιθυμητικῶν . . . . ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς ἡ ποιητικὴ μίμησις ἐργάζεται;* Nusquam refertur *ὅτι*. Scrib.: *ἔτι τοιαῦτα*. Continuatur enim et ad novam rem transfertur oratio. (De p. 608 A dictum est supra p. 107.)

Ibd. p. 612 A (de *τῇ ψυχῇ*): *καὶ περικρουσθεῖσα πέτρας τε καὶ ὄστρεα, ἃ νῦν αὐτῇ ἅτε γῆν ἑστιωμένῃ γεηρὰ καὶ πετρώδη πολλὰ καὶ ἄγρια περιπέφυκεν ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων λεγομένων ἑστιάσεων.* Ridicule prorsus animus dicitur *ἑστιᾶσθαι γῆν*. Longe aliæ sunt voluptatum, ciborum elegantium, ceterorum in vita terrestri *ἑστιάσεις*. (Et offendit hic ipse concursus *ἑστιωμένῃ* et *ἑστιάσεις*.) Neque vestitum terra animum (si quis forte huiusmodi verbum latere in *ἑστιωμένῃ* putat) Plato dixit, quoniam tantum animo ob illum statum (*ἅτε . . . ἑστιωμένῃ*) *γεηρὰ πολλὰ περιπεφυκέναι* significat, ut Glauco in mari habitanti. Atque hæc ipsa in illis verbis necessario inest significatio animi in terra habitantis. Itaque *ἑστιουμένῃ* scribendum videtur, ut *γῆν ἑστιοῦσθαι* sit terram domicilium sibi facere et habere, raro et poetico

verbo, quo Euripides in Ione passive usus est. Si id ferri nequit, γῆν εἰσῳκισμένη aut simile fuit.[1])

Ibd. p. 615 C: τῶν δὲ εὐθὺς γενομένων καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων πέρι ἄλλα ἔλεγεν οὐκ ἄξια μνήμης. Non de statim natis, sed de statim post natales mortuis: εὐθὺς ἀπογενομένων.

Ibd. p. 615 D edebatur olim: οὐχ ἥκει ... οὐδ' ἂν ἥξοι δεῦρο, solœce, quoniam futurum optativi cum ἄν non coniungitur; editur nunc e codicibus: οὐδ' ἂν ἥξει non minus solœce et (si hoc alio argumento adiuvandum est) inepte in hac certa et simplici affirmatione. Scr.: οὐδ' αὖ ἥξει.

Ibd. p. 619 B: εἰπόντος δὲ ταῦτα τὸν πρῶτον λαχόντα ἔφη εὐθὺς ἐπιόντα τὴν μεγίστην τυραννίδα ἑλέσθαι καὶ ὑπὸ ἀφροσύνης τε καὶ λαιμαργίας οὐ πάντα ἱκανῶς ἀνασκεψάμενον ἑλέσθαι, ἀλλ' αὐτὸν λαθεῖν ἐνοῦσαν εἱμαρμένην κ. τ. λ. Incredibilis hæc est balbuties: ἑλέσθαι καὶ ... οὐ ... ἀνασκεψάμενον ἑλέσθαι. Sine dubio tollenda aut ἑλέσθαι καὶ aut καὶ et alterum ἑλέσθαι.

Timæum, quem ex veris Platonis dialogis fere minimum ex philosophia habere puto, legi aliquot annis ante a. 1848 et tum quædam ad enarrationem annotavi, miratus Stallbaumium, ubi manifestum erat nihil eum intellexisse, superbiloquentia quadam se expedientem; ad scripturam corrigendam perpauca et parva, fere ad interpunctionem orationis pertinentia. Nec postea copia fuit aut Martinii

---

[1]) P. 613 B ἀπὸ τῶν κάτω et ἀπὸ τῶν ἄνω male de carceribus et meta intelleguntur; nam neque hoc verba significant et sic tantum eventus declaratur, non ea qualitas, ex qua eventus sequitur. Qui εὖ θέουσιν ἀπὸ τῶν ἄνω, ἀπὸ δὲ τῶν κάτω μή, sunt, qui inferiore corporis parte (cruribus) valent ad currendum, superiore (pulmonibus) non valent.

opera aut Wohlrabii nuper prodita utendi. Ponam tamen, quæ tum notavi, non multum spatii occupatura.

P. 37 B: *ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται (ὁ λόγος) καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ὢν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ.* Scrib.: *αὐτὸν (τὸν λόγον) . . . διαγγείλῃ.*

Ibd. p. 45 B sublato commate scribendum: *τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν καίειν οὐκ ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκεῖον ἑκάστης ἡμέρας σῶμα* (v. *ἡμέρας, σῶμα*) *ἐμηχανήσαντο γίγνεσθαι.* Vid. p. 64 D (*σῶμα . . . καθ' ἡμέραν ξυμφυὲς ἡμῶν γίγνεσθαι*).

Ibd. p. 65 E verba sic interpungenda: *τὰ δὲ τῇ τοῦ στόματος θερμότητι κοινωνήσαντα καί, λεαινόμενα ὑπ' αὐτοῦ, ξυνεκπυρούμενα*: quæque, dum ab eo lævigantur, ignescunt.

Ibd. p. 66 A: *τῶν δὲ αὐτῶν προλελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος, εἰς δὲ τὰς στενὰς φλέβας ἐνδυομένων, καὶ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι γεώδεσι καὶ ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἔχοντα, ὥστε κ. τ. λ.* Scribendum: *καὶ τοῖς ἐνοῦσιν . . . γεώδεσι καὶ ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἐχόντων, ὥστε.* Mendum ex accommodatione; *καὶ ὅσα ἀέρος* (ex aëre) idem est atque *καὶ τοῖς ἀερώδεσιν.*

Ibd. p. 67 D, E sic interpungendus locus: *τὰ δὲ μείζω καὶ ἐλάττω . . . τοῖς περὶ τὴν σάρκα θερμοῖς καὶ ψυχροῖς καὶ . . . στρυφνοῖς καὶ ὅσα . . . δριμέα ἐκαλέσαμεν, ἀδελφὰ* (vulgo *ἐκαλέσαμεν ἀδελφά*) *εἶναι, τά τε λευκὰ καὶ τὰ μέλανα, ἐκείνων παθήματα γεγονότα. ἐν ἄλλῳ* (v. *γεγονότα ἐν ἄλλῳ*) *γένει τὰ αὐτά.*

Ibd. p. 88 A. Scribendum: *διδαχάς τ' αὖ καὶ μάχας ἐν λόγοις ποιουμένη δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ, ἐρίδων καὶ φιλονεικίας γιγνομένων, διάπυρον αὐτὸ ποιοῦσα λύει*, sublato *δι'*, quod post *ἰδίᾳ* ex geminatione ortum facit, ut *γιγνομένων* intellegi nequeat.

Ibd. p. 89 C: *τὰ γὰρ τρίγωνα εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἑκάστου δύναμιν ἔχοντα ξυνίσταται μέχρι τινὸς χρόνου*

δυνατὰ ἐξαρκεῖν. Verba *δύναμιν ἔχοντα* sic per se posita nihil prorsus significant. Nimirum Plato scripserat: *δύναμιν ἔχοντα ξυνίσταται μέχρι τινὸς χρόνου ἐξαρκεῖν* (potestatem habentia usque ad certum tempus manendi). Qui non intellexit *ἐξαρκεῖν* pendere ab illo *δύναμιν ἔχοντα* aut qui id enarrare voluit, adscripsit *δυνατά*.

Ibd. p. 91 A. Incredibile est, neminem scribendum vidisse: *τὴν τοῦ ποτοῦ διέξοδον, ᾗ* (pro *ᾗ*), *διὰ τοῦ πλεύμονος τὸ πόμα ... ξυνεκπέμπει δεχομένη*. Deinde (B) sic interpungendum: *ὁ δέ, ἅτε ... λαβὼν ἀναπνοήν, τοῦθ', ᾗπερ ἀνέπνευσε, τῆς ἐκροῆς ζωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐμποιήσας αὐτῷ, τοῦ γεννᾶν ἔρωτα ἀπετέλεσε*, hanc ipsam partem, qua respiravit, generandi amorem effecit.

De legibus[1]) lib. I p. 628 B scr.: *νικησάντων δὲ ὁποτέρων* (pro *ποτέρων*), altera utra parte.

(De p. 633 D dictum supra p. 81. P. 632 E scribendum erat e cod. Ξ et aliis: *ὕστερον δὲ ἀρετῆς πάσης ἅ γε νῦν δὴ διήλθομεν*, e quo *τά γε* in optimo ortum est.)

Ibd. p. 638 C tollendum est verbum *προσφέρειν*, quod nulla omnino structura cum ceteris cohæret, additum ab aliquo, qui *ἔχουσι* indicativum esse putavit. (Recentiores quid putent esse, non dixerim.) Plato ad substantiva *μήτε τὴν ἐργασίαν μήτε τὴν προσφοράν* laxius quasi ad verba adiunxit hanc modi et condicionum significationem: *ὅντινα*

---

[1]) Ex his, ut dixi, primos quattuor libros relegi a. 1852 aut 1853; ad ceteros quæ promam, ante quadraginta annos annotata sunt, nunc cum Stallbaumii editione collata. Is senile et languidum opus, orationis fluxæ et dissolutæ ambagibus difficile et antiquis gravibusque mendis, etiam additamentis, ex illa obscuritate natis obsitum, senili timidaque opera tractavit, multa prava utcunque excusans et licenter enarrando defendens, quæ alii (Turicenses, Hermannus) recte correxerant, quædam præteriens. Multa ex iis, quæ olim annotaveram, interea occupata ab aliis sunt.

τρόπον καὶ οἷστισι καὶ μεθ' ὧν καὶ ὅπως ἔχοντα καὶ ὅπως ἔχουσι (*qualiter ipsum se habentem et qualiter se habentibus*, ut barbare vertam perspicuitatis causa)[1]).

Ibd. p. 639 B: *ἆρ', ἐὰν τὴν πολεμικὴν ἔχῃ ἐπιστήμην, ἱκανὸς ἄρχειν, κἂν δειλὸς ὢν ἐν τοῖς δεινοῖς ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου ναυτιᾷ;* Mirifica *μέθῃ τοῦ φόβου*. Scribendum: *ἐν τοῖς δεινοῖς ὥς ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου ναυτιᾷ.* Excidit *ὥς* post *οις*. Formam comparandi omnibus puto notam esse. (Synt. Gr. § 80 d not.)

Ibd. p. 643 E: *λέγομεν ὡς τὸν μὲν πεπαιδευμένον ἡμῶν ὄντα τινά, τὸν δὲ ἀπαίδευτον ἐνίοτε εἴς τε καπηλείας καὶ ναυκληρίας καὶ ἄλλων τοιούτων μάλα πεπαιδευμένων σφόδρα ἀνθρώπων.* Vitia multi viderunt, nec fere dubitant, quin *πεπαιδευμένον ἄνθρωπον* restituendum sit; scribendum videtur: *καὶ ἄλλων τοιούτων κ α λ ὰ πεπαιδευμένον σφόδρα ἄνθρωπον.* Ironice talium quæstuum versutiæ et artes significantur.

Ibd. p. 647 C. Postquam *ἄφοβον δεῖν ἕκαστον γίγνεσθαι καὶ φοβερόν* Atheniensis dixit, separatim de *ἀφόβῳ* efficiendo et de *φοβερῷ* exponit. Itaque nihil ad *ἄφοβος* addi altero loco potest. (Dico ob Stallbaumium.) Tollendum simpliciter *φόβων*, ut sit: *πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες.* (Mox *τῇ μὲν δειλίᾳ τῇ ἐν αὐτῷ* pro *διαίτῃ* iam a. 1826 probaveram.)

Lib. II p. 653 A pro *τί ποτε λέγομεν* scr.: *τί ποτ' ἐ λ έ γ ο μ ε ν*. (De p. 653 D dictum supra p. 53 n.)

Ibd. p. 655 D. Recte Hermannus *καί* ante *μιμήμασι* notavit, quod ipse adolescens feceram; est enim hæc sententia: cum singuli ea imitando exprimunt, quæ in variis actionibus, fortunis, moribus fiunt. Sed h. l. aptius

---

[1]) De oratione additamentis vitiata eadem ad legum libros transferenda sunt, quæ de libris de rep. annotavi supra p. 416. Quædam mihi pridem in hoc quoque genere notata occuparunt alii, ut *αἱρεθῆναι* VI p. 766 A, *νόμιμον* VIII p. 841 B.

μιμήσει quam μιμήμασι. Cum imitatione illa exprimunt, existunt imitamenta (μιμήματα).

Ibd. p. 657 A scribendum: ὅτι δυνατὸν ἄρ' ἦν περὶ τῶν τοιούτων νομοθετεῖσθαι, βεβαίως μέλη τὰ τὴν ὀρθότητα φύσει παρεχόμενα; sublato θαρροῦντα, quod ex inferiore loco (B) huc retractum est. Firmis legibus constitui μέλη posse hic Atheniensis dicit; paulo post, oportere fidenter lege τὰ μέλη comprehendere. Θαρροῦντα μέλη nihil est.[1])

Ibd. p. 663 C. Scribendum opinor: τὰ μὲν ἄδικα τῷ τοῦ δικαίου ἐναντίῳ ἐναντίως φαινόμενα. Vulgo deest ἐναντίῳ mireque enarratur τῷ τοῦ δικαίου a Stallbaumio.[2])

Lib. III p. 686 A: ἅτε κεκοινωνηκότας μὲν πολλῶν πόνων ..., ὑπὸ γένους δὲ ... διακεκοσμημένους, πρὸς τούτοις δ' ἔτι καὶ πολλοῖς μάντεσι κεχρημένους εἶναι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Δελφικῷ Ἀπόλλωνι. Delendum εἶναι, nisi ἀεὶ latet.

Ibd. p. 690 D: ὅσα ἐστὶ πρὸς ἄρχοντας ἀξιώματα. Quid significet πρός, non intellego scribendumque puto περί (circa eos, quæ ad eos pertineant).

Ibd. p. 701 C: τὴν λεγομένην παλαιὰν Τιτανικὴν φύσιν ἐπιδεικνῦσι καὶ μιμουμένοις, ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἐκεῖνα ἀφικνουμένους, χαλεπὸν αἰῶνα διάγοντας μὴ λῆξαί ποτε κακῶν. Scribendum necessario ἀφικνου-

---

[1]) P. 659 B ante quadraginta quattuor annos annotaveram, quod Winckelmanni coniectura Hermannus posuit, νόμῳ, οὐ καθάπερ ὁ Σικελικός ... νόμος νῦν ... διέφθαρκε. Perverse obloquitur Stallbaumius.

[2]) P. 666 D frustra Porsono pravum futurum ᾄσουσιν in rectum ᾔσουσιν mutanti opponitur e carmine Euripidis lyrico ἀείσω ipsum recte ab Elmsleio correctum. Frustra p. 669 E ἀκταιοίας, quod manifestam laudem habet, inter τάχους et φωνῆς θηριώδους interpositum defenditur. Mihi, quod Astio, in mentem venit ἀπνευστίας.

μένοις. Longe alia ratio est in *διάγοντας μὴ λῆξαι*, quod appositione adiungitur ad *τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα*.

Lib. IV p. 709 A: *λοιμῶν τε ἐμπιπτόντων καὶ χρόνον ἐπὶ πολὺν ἐνιαυτῶν πολλῶν πολλάκις ἀκαιρίας*. Scribendum *ἀκαρπίας*.[1])

Ibd. p. 714 B: *οὔτε γὰρ πρὸς τὸν πόλεμον οὔτε πρὸς ἀρετὴν ὅλην βλέπειν δεῖν φασι τοὺς νόμους, ἀλλ' ἥτις ἂν καθεστηκυῖα ᾖ πολιτεία, ταύτῃ δεῖν τὸ ξυμφέρον*. Corruptum posterius *δεῖν*. Scribendum *ζητεῖν*. (Hermannus, e Schneideri coniectura *ἰδεῖν*, sed neque rectum verbum est neque aoristus.)

Ibd. p. 716 B: *Δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὡς τῶν ξυνακολουθησόντων ἐσόμενον τῷ θεῷ δεῖ διανοηθῆναι πάντα ἄνδρα*. Scrib.: *τοῦτό γε, ὅτι ὡς τῶν κ. τ. λ.* Græcum est enim: *διανοοῦμαι ὡς ἄλλων ἐσομένων, ὡς ἐσόμενος αὐτός*.

Ibd. p. 717 C: *ἀποτίνοντα δανείσματα ἐπιμελείας τέ καὶ ὑπερπονούντων ὠδῖνας παλαιὰς ἐπὶ νέοις δανεισθείσας, ἀποδιδόντα δὲ παλαιοῖς ἐν τῷ γήρᾳ σφόδρα κεχρημένοις*. Prava adscensus species in *ἀποτίνοντα* ... *ἀποδιδόντα δέ*, prave divelluntur *παλαιὰς* ... *νέοις* ... *παλαιοῖς*. Recte igitur Astius *δέ* post *ἀποδιδόντα* sustulit; sed duæ primæ voces superioribus adiungendæ sunt, ut omnia sic decurrant: *δεύτερα τὰ τοῦ σώματος, τρίτα τὰ τῆς ψυχῆς ἀποτίνοντα δανείσματα, ἐπιμελείας τε καὶ ὑπερπονούντων ὠδῖνας* . . . *δανεισθείσας ἀποδιδόντα παλαιοῖς κ. τ. λ.*

Ibd. p. 717 D: *μήθ' ὑπεραίροντα τῶν εἰθισμένων ὄγκων μήτ' ἐλλείποντα ὧν οἱ προπάτορες τοὺς ἑαυτῶν γεννητὰς ἐτίθεσαν*. Hoc sic dicitur, quasi consueti fuerint *ὄγκοι* superbiæ fastusque. Scrib.: *ὑπεραίροντα τῶν εἰθισ-*

---

[1]) P. 712 E prope incredibile videtur, et tamen prorsus consentaneum multorum consuetudini est, cum Stallbaumio in mentem venisset ex *ἂν ἐρωτηθεὶς* fieri posse *ἀνερωτηθεὶς*, tamen ab ipso pravissime positæ particulæ effugium quæsitum esse.

μένων ὄγκον (extollentem supra consueta pompam). Nocuit accommodatio.

Ibd. p. 718 D: *Τὰ τοίνυν δὴ λεχθέντα ἔδοξέ τι μοι προὔργου δρᾶν εἰς τὸ περὶ ὧν ἂν παραινῇ μὴ παντάπασιν ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα, μᾶλλον δὲ ἡμερώτερόν τε ἂν ἀκούειν καὶ εὐμενέστερον.* Sine sensu sunt illa *μὴ ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα* (quod participium quo referatur, nemo dixerit): sed *λαβόμενα* ab duobus codicibus omnium principibus (*ΑΩ*) abest, adscriptum, ut alia interpolamenta, quæ ceteri in textu habent, in margine. Adhibenda igitur lenissima medicina: *εἰς τὸ περὶ ὧν ἂν παραινῇ, μὴ ὠμῇ ψυχῇ, μᾶλλον δὲ ἡμερώτερόν τε ἂν ἀκούειν καὶ εὐμενέστερον.* Vid. p. 67 et ad Thucyd. II, 83, 1.

Lib. V p. 736 A, B: *οἷον δέ τινων ξυρρεόντων ἐκ πολλῶν τὰ μὲν πηγῶν τὰ δὲ χειμάρρων εἰς μίαν λίμνην.* Non dicitur *ἐκ πολλῶν* pro *πολλαχόθεν*. Tollendum *ἐκ*, ut sit: *τινων ξυρρεόντων πολλῶν τὰ μὲν πηγῶν κ. τ. λ.*

Ibd. p. 737 E oratio sic continuanda et interpungenda: *νῦν δὲ σχήματος ἕνεκα καὶ ὑπογραφῆς, ἵνα περαίνηται πρὸς τὴν νομοθεσίαν ὁ λόγος, ἴτω, πεντάκις μὲν χίλιοι ἔστωσαν καὶ τετταράκοντα.* Apparet *ἴτω* pro exclamatione esse („eorum, qui constanti animo mali aliquid tolerare aut periculum subire decreverunt“; Eurip. Med. 798, 819, Heraclid. 454, Orest. 791, Sophocl. Philoct. 120).

Ibd. p. 743 B: *ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀγαθὸς τούτων, ὁ δὲ οὐ κακός, ὅταν ᾖ φειδωλός, τότε δέ ποτε καὶ πάγκακος, ἀγαθὸς δέ, ὅπερ εἴρηται τὰ νῦν, οὐδέποτε.* Sic editur e bonis codicibus; olim edebatur *ὁ δὲ οὐκ ἀγαθός*, ad sententiam manifesto recte; nam qui bono contrarius ponitur, non potest esse *οὐ κακός*, et qualis homo significetur, statim dicitur: *ὁ μὲν γὰρ δικαίως καὶ ἀδίκως λαμβάνων καὶ μήτε δικαίως μήτε ἀδίκως ἀναλίσκων* (supra *ὅταν φειδωλὸς ᾖ*) *πλούσιος· ὁ δὲ πάγκακος ὡς τὰ πολλὰ ὢν ἄσωτος μάλα πένης* (supra *τότε δέ ποτε καὶ*

πάγκακος). Quid igitur fiet? Scribetur, utroque supplemento sublato: *ὁ μὲν ἀγαθὸς τούτων, ὁ δὲ οὔ, ὅταν ᾖ φειδωλός, τότε δέ κ. τ. λ.* Velim attendi, interpolationem feliciorem fuisse in deterioribus codicibus.

Lib. VI p. 752 C: *δῆλον δὲ τό γε τοσοῦτον, ὦ Κλεινία, παντὶ σχεδὸν . . . τὸ μὴ ῥᾳδίως γε αὐτοὺς μηδένας προσδέξασθαι κατ' ἀρχάς, εἰ δὲ μείναιμέν πως τοσοῦτον χρόνον, ἕως οἱ γευσάμενοι παῖδες τῶν νόμων . . . κοινωνήσειαν· γενομένου γε μήν, οὗ λέγομεν . . . πολλὴν ἔγωγε ἀσφάλειαν οἶμαι καὶ μετὰ τὸν τότε παρόντα χρόνον ἂν γενέσθαι τοῦ μεῖναι τὴν παιδαγωγηθεῖσαν οὕτω πόλιν.* Primum revocandum esse *προσδέξεσθαι* contra codicum levem in huiusmodi forma auctoritatem aut scribendum *γ' ἂν αὐτοὺς* ratio vincit; deinde autem non legum sanctio differenda significatur, neque ipsorum, qui leges nunc dent et sanciant, permansio aliqua, sed legum impositarum conservatio, donec adoleverit nova civium ætas iis a pueritia adsuetorum. Scribendum igitur est *μείνειαν*. Relinquitur aliqua sententiæ inconcinnitas, sed in his libris ferenda; nam hæc condicio *εἰ δέ* non apte adiungitur illi *προσδέξεσθαι*, sed ei, quod in eo continetur, prorsus confirmatum iri leges, idque declaratur proximis illis: *γενομένου γε μὴν οὗ λέγομεν κ. τ. λ.*[1])

Ibd. p. 755 E: *τὴν δ' ἀντιπροβολὴν εἶναι καθάπερ τῶν στρατηγῶν ἐγίγνετο.* Scr.: *καθάπερ ἡ τῶν στρατηγῶν*, ut p. 756 A, 760 A in iisdem verbis scribitur.

Ibd. p. 755 E, 756 A, B quæ sit difficultas et pravitas, Hermannus vidit; nam de *ἱππάρχων* creatione bis et contrario modo sancitur et inter *τῶν ὁπλιτῶν* (*τῶν τὴν ἀσπίδα τιθεμένων*) et *τῶν ψιλῶν* et *τοξοτῶν* duces adeo

---

[1]) P. 753 B hæc verba: *ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν τῆς ἡλικίας δυνάμεσι* vertenda sunt: in suis ipsorum ætatis copiis, hoc est, in iis exercitus partibus, ad quas quisque ætate pertinet (*πρόπολοι, ἔφηβοι*, cet.).

non recte interponuntur *φύλαρχοι*, ut, si verba sequimur, creentur ad hoplitas regendos; alio enim pronomen *τούτοις* (*φυλάρχους δ' αὖ τούτοις*) referri nequit. Quæ autem ipse et alibi et in præfatione voluminis hos libros continentis p. XI ad difficultatem tollendam proposuit, admodum improbabilia sunt. Omnis error ex eo ortus est, quod, cum Plato primum de universi exercitus præfectis, dein de peditum, postremo de equitum dixisset, aliquis initio loci (p. 755 E *χειροτονούντων δὲ*) omnis generis præfectos coniunctim nominari debere putavit. Itaque post prætorum (*τῶν στρατηγῶν*) mentionem inseruit *καὶ ἱππάρχους*, deinde de *τοῖς φυλάρχοις* aliquot verba ex inferiore loco huc transtulit. Illis duobus sublatis, his sua sede repositis, totus locus aptissime sic decurret: *χειροτονούντων δὲ στρατηγοὺς μὲν πάντες, ταξιάρχους δὲ οἱ τὴν ἀσπίδα τιθέμενοι, ψιλῶν δὲ ἢ τοξοτῶν . . . ἡγεμόνας οἱ στρατηγοὶ ἑαυτοῖς καθιστάντων. Ἱππάρχων δὴ κατάστασις ἂν ἡμῖν ἔτι λοιπὴ γίγνοιτο. Τούτους οὖν, προβαλλέσθων . . . πάντων τῶν ἱππευόντων. Φυλάρχους δὲ αὖ τούτοις πᾶν τὸ ἱππικὸν αἱρείσθω. Τὰς δὲ ἀμφισβητήσεις τῶν χειροτονιῶν κ. τ. λ.*

Ibd. p. 757 A: *δοῦλοι γὰρ ἂν καὶ δεσπόται οὐκ ἄν ποτε γένοιντο φίλοι, οὐδὲ ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγορευόμενοι φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι.* Prorsus absurdum *διαγορεύεσθαι* hoc loco. Scr.: *διαπορευόμενοι* (in iisdem honoribus incedentes et viventes).

Ibd. p. 761 C scrib.: *ποιῶσιν . . . εἴ τέ τί που* (pro *εἴ τί που*) *ἄλσος ἢ τέμενος ᾖ, . . . κοσμῶσι.*

Ibd. p. 770 E ad totam sententiæ formam expediendam una particula *ἢ* ante *λείπειν* tollenda est, ut hæc sic continuentur: *τελευτῶν δὲ καὶ πόλεως . . . λείπειν φυγῇ τὴν πόλιν* (*προτιμῶν φανεῖται*, hoc enim auditur). Sed in his: *ἐὰν ἀνάστατον ἀνάγκη φαίνηται γίγνεσθαι, πρὶν ἐθέλειν δούλειον ὑπομείνασα ζυγὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χειρόνων* barbarus est nominativus *ὑπομείνασα*, quoniam,

si de civitate hæc dicuntur, τὴν πόλιν ad γίγνεσθαι auditur. Verum non agitur de urbis excidio, sed de uno cive patriam fugienti (λείπειν φυγῇ τὴν πόλιν), ne deteriorum imperium subeat. Scribendum igitur ὑπομείνας, ut referatur ad προτιμῶν . . . λείπειν. (Qui πόλεως ἀνάστατον coniungi voluerunt, obliti sunt ostendere, quis Græcus sic locutus sit.)

Lib. VII p. 795 B: Καθάπερ γὰρ ὁ τελέως παγκράτιον ἠσκηκὼς ἢ πυγμὴν ἢ πάλην οὐκ ἀπὸ μὲν τῶν ἀριστερῶν ἀδύνατός ἐστι μάχεσθαι, χωλαίνει δὲ καὶ ἐφέλκεται πλημμελῶν, ὁπόταν αὐτόν τις μεταβιβάζων ἐπὶ θάτερα ἀναγκάζῃ διαπονεῖν. Ridicula hæc est tanquam contrariorum compositio „ab altera parte nihil valet, sed ab altera parte claudicat", ridicula sententia, qui perfecte pancratium aut aliam artem exercuerit, non et ab altera parte et ab altera infirmum esse. Scribendum apertissime: οὐκ ἀπὸ μὲν τῶν ἀριστερῶν δυνατός ἐστι μάχεσθαι, χωλαίνει δέ. Non ab altera parte valet, ab altera infirmus est (sed ab utraque æque bene pugnat). Notissimam Græci sermonis formam, ubi significatur non pars, sed totum: οὐ τὸ μέν, τὸ δ' οὔ (ἀλλ' ἅπαντα), οὐ τὸ μὲν δυνατός, τὸ δὲ ἀδύνατος (τὸ δὲ χωλός), οὐ χρήματα μὲν λαμβάνων διαλέγομαι, μὴ λαμβάνων δ' οὔ (apol. Socr. p. 33 A), brevissime posui synt. Gr. § 189 a not. imi marginis. Præter locos a Blomfieldio ad Æschyli Pers. 807 et Stallb. ad Phileb. p. 22 A citatos possunt addi de rep. V p. 475 B, legg. p. 797 E, Demosth. LIII, 9, Hyperid. pro Euxenid. p. 13 Schneid.

Ibd. p. 797 B scr.: κινούμενα δὲ ταῦτα (pro τὰ αὐτὰ) καὶ καινοτομούμενα.

Ibd. p. 803 B: τίσι ποτὲ τρόποις ξυνόντες τὸν βίον; ἄριστα διὰ τοῦ πλοῦ τούτου τῆς ζωῆς διακομισθησόμεθα. Tollendum τὸν βίον et casu vitiosum et tautologia (ob τῆς ζωῆς).

Ibd. p. 806 B: τῶν δὲ εἰς τὸν πόλεμον μὴ κοι-

νωνούσας (ζῆν τὰς γυναῖκας), ὥστ᾽ οὐδ᾽ εἴ τίς ποτε διαμάχεσθαι περὶ πόλεώς τε καὶ παίδων ἀναγκαία τύχη γένοιτο, οὔτ᾽ ἂν τόξων ὥς τινες Ἀμαζόνες οὔτ᾽ ἄλλης κοινωνῆσαί ποτε βολῆς μετὰ τέχνης δυνάμεναι οὐδὲ ἀσπίδα καὶ δόρυ λαβοῦσαι μιμήσασθαι τὴν θεόν, ὡς πορθουμένης αὐταῖς τῆς πατρίδος γενναίως ἀντιστάσας φόβον γ᾽ . . . πολεμίοισι δύνασθαι παρασχεῖν ἐν τάξει τινὶ κατοφθείσας. Neque ullo artificio excusari possunt nominativi (δυνάμεναι et λαβοῦσαι) post ὥστε accusativo cum infinitivo adiunctum neque ipsum δυνάμεναι mire additum infinitivo κοινωνῆσαι (nam eodem modo huic annectitur, quo λαβοῦσαι alteri μιμήσασθαι). Nam si quis de raro illo usu cogitet, de quo ad Demosth. Philipp. II, 2 dicam, ut ὥστε . . . δυνάμεναι ad κοινωνούσας accommodatum putetur pro δύνασθαι, primum id fieri omnino nequit, quod κοινωνούσας non per se ponitur sed infinitivo adiunctum, deinde vel magis flagitaretur δυναμένας, et hoc artificium reliquaque excludit negationis forma (οὐδ᾽ . . . οὔτε . . . οὔτε), quæ ferri post ὥστε infinitivo adiunctum non potest nisi verbo finito accommodata. Itaque, etsi violenta videtur correctio, cogor tamen scribere: οὔτ᾽ ἂν τόξων . . . οὔτ᾽ ἄλλης κοινωνῆσαί ποτε βολῆς μετὰ τέχνης δύναιντο οὐδὲ ἀσπίδα καὶ δόρυ λαβοῦσαι μιμήσασθαι τὴν θεόν, ὡς (ὥστε) πορθουμένης αὐταῖς τῆς πατρίδος γενναίως ἀντιστᾶσαι φόβον γε . . . δύνασθαι παρασχεῖν . . . κατοφθεῖσαι. Nam hic, in hac quidem orationis forma, non magis accusativi ferri possunt quam in altera nominativi. Et hic quidem ex sequenti σ (Σαυρομάτιδας) ortum κατοφθείσας traxit ἀντιστάσας. Δυνάμεναι ad λαβοῦσαι accommodatum videtur, cum κοινωνῆσαι et μιμήσασθαι ad ὥστε referrentur.

Ibd. p. 818 D: ποῖα δὲ ἕκαστα τούτων καὶ πόσα καὶ πότε μαθητέον . . . ταῦτά ἐστιν ἃ δεῖ λαβόντα ὀρθῶς πρῶτα . . . τούτων ἡγουμένων τῶν μαθημάτων

μανθάνειν. Scribendum opinor: μαθημάτων νομοθετεῖν. Traxit scribentem proxima vox.[1])

Lib. VIII p. 837 D: ὁ δὲ μιχθεὶς ἐξ ἀμφοῖν τρίτος ἔρως οὗτός ἐσθ' ὃν νῦν διεληλύθαμεν ὡς τρίτον. Tollendum τρίτος.

Ibd. p. 838 C vereor, ne propter ἀκούειν τε post scribendum sit: ἐν γελοίοις τε ἅμα ἐν πάσῃ τε σπουδῇ τραγικῇ λεγομένῃ (sic codd., non λεγόμενα) πολλάκις ὁρᾶν, ὅταν ἢ Θυέστας ἤ τινας Οἰδίποδας εἰσάγωσιν (pro πολλάκις ὅταν).

Ibd. p. 841 B: τὸ δὲ μὴ λανθάνειν αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ τὸ μὴ πάντως δρᾶν. Scr.: ἀλλ' οὐ τὸ πάντως δρᾶν. Ipsa res non omnino interdicitur, modo occulte fiat.

Lib. IX p. 855 D: εἰσαγωγὰς δὲ τούτων καὶ προσκλήσεις καὶ ὅσα τοιαῦτα ὡς δεῖ γίγνεσθαι, τοῖς νεωτέροις νομοθέταις χρὴ μέλειν. Sic scribendum, sublato καί, quod prave ante ὡς repetitur; unum μέλειν χρή, quo modo hæc fiant, non hæc et quomodo fiant.

Ibd. p. 860 C: πῶς . . . ἔχει τῆς συμφωνίας. ΚΛ. Ποίας δὴ πρὸς ποίαν; Scrib.: Ποίας δὴ ἢ πρὸς ποῖα; (ποῖα Baiteri est).[2])

Ibd. p. 879 E: ἧλιξ δὲ ἥλικα καὶ τὸν ἄπαιδα προέχοντα ἡλικίᾳ ἑαυτοῦ ἐὰν τύπτῃ, . . . ἀμυνέσθω κατὰ φύσιν. Liberosne habeat, qui pulsatur, necne, omnino nihil ad rem; agitur tantum de ætate æquali aut dispari, sed intra certos fines, (nam de maiore intervallo post præcipitur).

---

[1]) P. 824 B emendaveram, quod video Schrammio in mentem venisse: ἐν ἐργασίμοι καὶ ἱεροῖς ἀγροῖς. Quæ fingunt ἱερὰ ἄγρια, neque Græce sic dicuntur et id genus ἐργασίμοις contrarium est et ipsum ante significatum est: ἐν ἀργοῖς.

[2]) P. 864 B certissimum est, quod video ante me Grouium coniecisse: δόξης τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ ἄριστον ἄφεσις pro ἔφεσις. Recti appetitio non est peccatum, (pravitas adiuncta nulla significatur,) sed rectæ sententiæ, cum habueris, abiectio.

Scrib.: *καὶ τὸν ἄπαιδι προέχοντα ἡλικίᾳ*; sic autem Plato dicit tanto maiorem, ut tamen alterum (pulsantem) filium habere per ætatem nequeat.

Ibd. p. 881 A: *Θάνατος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἔσχατον, οἱ δὲ ἐν Ἅιδου τούτοισι λεγόμενοι πόνοι ἔτι τε τούτων εἰσὶ μᾶλλον ἐν ἐσχάτοις, καὶ ἀληθέστατα λέγοντες οὐδὲν ἀνύτουσι ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς ἀποτροπῆς.* Nec pronomen *τούτων* habet, quo referatur (præcedit enim una mors), nec *τε*, quod copulet; deinde ridicule *οἱ πόνοι* ipsi loquentes inducuntur, quod mirifice excusat Stallbaumius, ut intellegantur *οἱ περὶ τῶν πόνων λόγοι.* Scribendum facili emendatione: *οἱ δὲ ἐν Ἅιδου λεγόμενοι πόνοι εἴτε τι τούτων εἰσὶ μᾶλλον ἐν ἐσχάτοις καὶ ἀληθέστατα λέγοντες, οὐδὲν ἀνύτουσι κ. τ. λ.*, *et si sunt, qui aliquid magis in ultimis vel verissime nominent.* Ultra labores apud inferos sunt, quæ p. 872 E exponuntur; cfr. X p. 905 B: *εἴτε καὶ ἐν Ἅιδου* (scr. *καὶ τὰ ἐν Ἅιδου*) *διαπορευθεὶς εἴτε καὶ τούτων εἰς ἀγριώτερον ἔτι διακομισθεὶς τόπον.*

Lib. X p. 890 B: *ἢ μόνον ἀπειλεῖν πάντα ἐν τῇ πόλει ξύμπασι τοῖς ἀνθρώποις, ὡς εἰ μὴ φήσουσιν εἶναι θεοὺς κ. τ. λ.* Tollendum *ὡς*, ortum geminando ex præcedenti *οις*.[1]

Ibd. p. 898 D: *Ἡλίου πᾶς ἄνθρωπος σῶμα μὲν ὁρᾷ, ψυχὴν δὲ οὐδείς· οὐδὲ γὰρ ἄλλου σώματος οὐδενὸς οὔτε ζῶντος οὔτε ἀποθνήσκοντος τῶν ζώων.* Tollendum *σώματος*, ut intellegatur *οὐδὲ ἄλλου οὐδενὸς τῶν ζώων* animum cerni. Cum sole alia animalia comparantur, cuius corpora cernantur, non animi; ridicule h. l. corporis animus dicitur et cum sole (quasi is tantum corpus sit) corpus comparatur.

Ibd. p. 899 D: *τὸ λόγων τέλος ἐχέτω.* Scr.: *τὸ τῶν λόγων* (hoc est: *οἱ λόγοι*) *τ. ἐ.*

---

[1]) P. 895 C inciderat Astius in verum *ταὐτὸ τοῦτο, ζῆν ὁμολογητέον*, deinde deseruit.

Ibd. p. 905 D: εἰ γίγνοιντ' αὖ. Pro αυ, quod quid h. l. agat, nescio, scribendum videtur ἄρα.

Ibd. p. 905 E: Ἀλλ' ἄρα τίσι προσφερεῖς τῶν ἀρχόντων; ἢ τίνες τούτοις, ὧν δυνατὸν ἡμῖν ἀπεικάζουσι τυγχάνειν μείζοσιν ἐλάττονας; Neque τίνες (post accusativum προσφερεῖς) neque τούτοις neque ὧν expediri potest; rectissima omnia fiunt excluso ὧν et una vocali mutata: ἢ τίνας τούτοις δυνατὸν ἡμῖν ἀπεικάζουσι τυγχάνειν, μείζοσιν ἐλάττονας; aut quos his (diis) possumus sic comparare, maioribus minores, ut verum attingamus? Notus usus verbi: τί πράττων τεύξομαι;

Ibd. p. 907 A: διαφέροντάς τε αὐτοὺς φυλακῇ πρὸς ἀρετήν. Tollendum φυλακῇ. Hoc ipsum quæritur, qui virtute præstantissimi sint, dicendine sint custodia inferiores esse canibus. Itaque φυλακῇ ad χείρους εἶναι addi poterat, non hic.

Ibd. p. 907 E scrib.: ἐὰν δέ τις ὄφλῃ (ἀρχῇ), τιμάτω τὸ δικαστήριον ἓν ἑκάστῳ (singulis, qui in ea ἀρχῇ fuerunt) τῶν καθ' ἕνα (pro ἓν) ἀσεβούντων τίμημα (qui singuli, non ἀρχῇ coniuncti pietatem lædunt).

Ibd. p. 908 A genetivus absolutus nullam habet rationem nec quicquam sequitur, quod sententiam ita cœptam alia forma absolvat. Scribendum: Δεσμωτηρίων δὲ δεῖ ὄντων ἐν τῇ πόλει τριῶν. Vulgo abest δεῖ. Cfr. quæ dixi ad Thucyd. VI, 21, 2.

Lib. XI p. 925 B: Ἔτι δὲ πολλὴ πολλῶν καὶ πλείων ἀπορία τῶν τοιούτων γίγνοιτ' ἂν ἔστιν ὅτε ἐν αὐτῇ τῇ πόλει. Mire cumulantur πολλὴ πολλῶν καὶ πλείων, neque ulla ratione expediri potest genetivus πολλῶν. Nam inopia huiusmodi hominum significatur, non multorum inopia. Codices non πολλὴ habent, sed πολλά. Scribendum puto: Ἔτι δέ που διὰ πολλῶν καὶ πλείων ἀπορία κ. τ. λ.: fieri potest, ut longioribus temporis intervallis interiectis, h. e. ut, etiamsi non sæpe, tamen aliquando inopia sit.

Ibd. p. 927 E: *νῦν δὲ εἰς μὲν τὰ τοιαῦτα ξύμπαντα οὐ πολὺ διαφέρον ἡ παρ' ἡμῖν ὀρφανία κέκτηται τῆς πατρονομικῆς*. Nullo exemplo, nulla analogia *ἡ πατρονομικὴ* pro substantivo ponitur de eorum statu, qui parentes habent. Excidit *τύχης* post *μικῆς*.

Ibd. p. 930 A: *βαθύτερα δὴ τούτοις καὶ πραότερα τρόπων ἤθη ξύννομα πειρᾶσθαι προσαρμόττειν*. Infinitivus *πειρᾶσθαι* neque pro imperativo esse potest neque, unde pendeat, habet. Scrib.: *βαθύτερα δὴ δεῖ τούτοις . . . πειρᾶσθαι*. Cfr. ad Thucyd. VI, 21, 2 et proxime ante ad p. 908 A.

Ibd. p. 930 D. Adeo subito a liberis et ingenuis transilitur sine ulla transitus significatione ad media præcepta de servarum liberis, ut suspicer aliquid inter hæc excidisse (ante *ὅταν δὲ ὁμολογῆται*). Similis mihi suspicio oborta est supra in hoc libro p. 914 E ante verba *ἀγέτω τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον*.

Ibd. p. 931 B: *καὶ Ἱππολύτῳ Θησέα καὶ ἑτέρους ἄλλοις μυρίους μυρίοις, ὧν γέγονε σαφὲς ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς*. Scrib.: *ᾧ γέγονε σαφές*. Genetivum explicari posse Stallbaumius affirmat; quomodo, non dicit.

Ibd. p. 933 C: *ὡς πρῶτον μὲν τὸν ἐπιχειροῦντα φαρμάττειν οὐκ εἰδότα, τί δρᾷ*. Nihil usquam est, quod huic primo partitionis membro respondeat. Tollendum *πρῶτον μέν*, huc delatum ex loco paulo superiore (B): *φαρμάττειν, πρῶτον μὲν δεῖσθαι*.

Lib. XII p. 944 A: *ἔτι δὲ ὁπόσοι κατὰ κρημνῶν ῥιφέντες ἀπώλεσαν ὅπλα ἢ κατὰ θάλατταν ἢ χειμώνων ἐν τόποις ὑποδεξαμένης αὐτοὺς ἐξαίφνης πολλῆς ῥύσεως ὕδατος*. Non in *τόποις* mendum est, ut putarunt, sed in *χειμώνων*. Scribendum sine dubio: *χειμάρρων ἐν τόποις*. Ibi subita aquarum *ῥύσις* supervenire solet.

Ibd. p. 946 C. Apertissime ætatis terminus qui inepte interponitur inter numerum *τῶν εὐθύ*

primo anno creandi sint, et eorum, qui post singulis annis, pertinet ad tres viros creationi eorum præpositos. Scribendum igitur transpositione facta: *ὅσονπερ ἂν ἕπωνται χρόνον τῇ κρίσει, μέχρι περ ἂν ἑκάστῳ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη ξυμβῇ γενόμενα· τούτους δὲ πρώτῳ μὲν ἐνιαυτῷ δώδεκα εὐθύνους ἀποδεῖξαι, τὸ λοιπὸν δὲ τρεῖς ἀεὶ προσγιγνέσθων.* Vulgo verba notata inter *ἀποδεῖξαι* et *τὸ λοιπὸν* leguntur.[1])

Ibd. p. 949 C: *δικῶν τε περὶ λήξεως τὸν αὐτὸν τρόπον εἶναι πρὸς ἀλλήλους πᾶσι τὴν κρίσιν.* Nulla videtur esse posse apud Græcos *κρίσις περὶ λήξεως δικῶν*, scribendumque: *δικῶν τε πέρι λήξεως τὸν αὐτὸν τρόπον εἶναι πρὸς ἀλλήλους πᾶσι*, sublatis verbis *τὴν κρίσιν*, quæ addita esse possunt, cum *τὸν αὐτὸν τρόπον* pro adverbio acciperetur. Deinde autem quæ sequuntur, non de *δίκαις*, sed de publicis delictis minoribus: *ὅσα τις ἐλεύθερος ἀπειθεῖ τῇ πόλει κ. τ. λ.*, a prioribus separanda et sequentibus adiungenda hoc modo: *ὅσα τέ τις ἐλεύθερος . . . μήτ' οὖν πληγῶν ἄξια μηδ' αὖ δεσμῶν μηδὲ θανάτου, περὶ δὲ χορείας τινῶν φοιτήσεων . . ., πάντων τῶν τοιούτων τὴν πρώτην ἀνάγκην ἰατὴν εἶναι τῆς ζημίας.* (Hæc extrema iniuria tentantur; recte in his minoribus rebus prima multæ coercitio sanabilis esse debere dicitur, id est, adhibendam esse multam, sed tamen primum sanabilem.)

Ibd. p. 951 D: *ἔτι δὲ τῶν εὐδοκίμων ἔστω γεγενημένος, εἰ μέλλει τὸ τῶν νομοφυλάκων δεῖγμα εἰς τὰς ἄλλας μεθήσειν πόλεις.* Nihil est *τὸ τῶν νομ. δεῖγμα* neque ullo modo hæc sic intellegi possunt, quasi scriptum sit: *εἰ μέλλουσι αὐτὸν οἱ νομοφύλακες μεθήσειν δεῖγμα*, neque, cui proficiscendi venia dabatur, specimen virtutis

[1]) P. 946 E idem annotaveram, in quod Schrammius incidit: *τὰς δ' αὖ τιμὰς αὐτῶν τούτων.*

mittebatur. Scrib. *δόγμα*: si eum sententia *τῶν νομοφυλάκων* dimissura est. Significatur, eorum decretis proficiscendi veniam dandam esse.

Ibd. p. 952 D: *τὸν δ' εἰσεπιδημήσαντα μετὰ τοῦτον χρὴ φιλοφρονεῖσθαι.* Quæritur, quinam peregrini admittendi sint. Scrib.: *τὸν δ' εἰσεπιδημήσοντα.*

Ibd. p. 953 E: *μὴ βρώμασι καὶ θύμασι τὰς ξενηλασίας ποιουμένους, καθάπερ ποιοῦσι νῦν θρέμματα Νείλου.* Nugæ sunt de peregrinis cœnis, id est, cœnarum interdictione expellendis et arcendis. Scrib. *βωμοῖσι.* Significatur peregrinorum immolatio. Nota sunt fabulæ de Busiride; apud Athenæum IV p. 172 D Seleucus dicitur *περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας* narrasse. Nec in his libris (quorum sermo nullum habet definitum tempus) in *νῦν* hærere debemus.

Ibd. p. 959 B scribendum: *τὸν δὲ ὄντα ἡμῶν ἕκαστον ὄντως ἀθάνατον εἶναι, ψυχὴν ἐπονομαζόμενον, παρά τε θεοὺς ἄλλους ἀπιέναι δώσοντα λόγον.* Vulgo abest *τέ*, quapropter Hermannus *εἶναι* deleri volebat.

Ibd. p. 959 C: *Ζῶντι γὰρ ἔδει βοηθεῖν πάντας τοὺς προσήκοντας, ὅπως ὅτι δικαιότατος ὢν καὶ ὁσιώτατος ἔζη τε ζῶν καὶ τελευτήσας ἀτιμώρητος ἂν κακῶν ἁμαρτημάτων ἐγίγνετο τὸν μετὰ τὸν ἐνθάδε βίον.* Et ineptum est *ἁμαρτήματα* de gravissimis sceleribus neque *ἀτιμώρητος* genetivum habere potest maleficii, sed tantummodo eum genetivum cognatæ notionis, qui adiungitur adiectivis cum negativa particula compositis, neque omnino, si maleficia significarentur, adiectivum (*κακῶν* aut aliud) adderetur, quasi certorum tantum maleficiorum pœna vitanda esset. Itaque, simul ex *ἄν*, quod solœce ponitur, et *κακῶν*, quod ignavissimum est, effecto *ἀνιάτων*, quod a. 1826 a me annotatum Winckelmannus occupavit, scribendum est: *ἀτιμώρητος ἀνιάτων τιμωρημάτων.*

Ibd. p. 960 C: *Τὸ Λάχεσιν μὲν τὴν πρώτην εἶναι, Κλωθὼ δὲ τὴν δευτέραν, τὴν Ἄτροπον δὲ τρίτην,*

σώτειραν τῶν λεχθέντων, ἀπεικασμένα τῇ τῶν κλωσθέντων τῷ πυρὶ τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένων δύναμιν. Primum iam alii senserunt non verba nec orationem habitam ab Atropo servari, corruptumque esse *λεχθέντων*, sed corrigendo aberrarunt; scribendum est enim *πλεχθέντων*. Deinde in proximis valde aberrant, longissime Hermannus, omnia veri vestigia tollens, dum ignorant, igni et coquendo (in aqua) etiam apud nos fila e lino ducta ad usum parari et firmari. Scribendum igitur certissima emendatione: *ἀπεικασμένην πῃ τῶν κλωσθέντων τῷ πυρὶ τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένῳ δύναμιν*: similem quodammodo igni, qui filis vim eam dat, ut resolvi nequeant.

Cap. IV.

Oratores Attici. Aristoteles.

Oratores Atticos omnes perlegi a. 1842 et 1843, non minute singula expendens. Postea Isocratis, Lysiæ, Demosthenis aliquot orationes etiam cum adolescentibus tractavi, verborum quoque formam diligentius exigens, nec tamen multa annotavi. In aliis, ut Isocrate et Demosthene, non ita magnus est coniecturæ usus, in aliis, ut Lysia, parum tutum habet fundamentum; etsi egregie ibi ea, quæ erat, materia usi sunt Canterus, Marklandus, Tailorus, Reiskius, Dobreus, Emperius, alii nuper.

Apud **Antiphontem** de cæde Herod. § 50 scribendum esse: *ἠπίστατο, ὅτι τότε παύσοιτο* (pro *παύσαιτο*) *στρεβλούμενος*, dixi iam Bemerkungen zur griech. Wortfügungsl. p. 24 n. 16.

Apud **Andocidem** de myster. § 141 scribendum: *καὶ ὅπως, εἴ ποτέ τις αὐτοῖς ἢ τῶν ἐξ ἐκείνων τινὶ κίνδυνος γενήσεται* (pro *γένηται*) *ἢ συμφορά, σώζοιντο συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυγχάνοντες.*

Apud Lysiam IV, 13 sublato additamento scribendum: *Ἦ δεινόν γε, εἰ εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος ἐκ τῶν πολεμίων ἐξῆν ἄν μοι χρῆσθαι αὐτῇ ὅ τι ἐβουλόμην, κινδυνεύοντι δέ μοι περὶ τῆς πατρίδος οὐδὲ πυθέσθαι παρ' αὐτῆς τἀληθῆ ἐκγενήσεται περὶ ὧν εἰς τὴν κρίσιν καθέστηκα.* Nota orationis forma componuntur duo repugnantia, alterum hypotheticum, et ex ea comparatione concluditur (synt. Gr. § 189 a; cfr. Plat. Menon. p. 91 D, E). In codicibus et editionibus scribitur: *ἦ δεινόν γε· εἰ εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος ἔδωκα τὸ ἀργύριον ἐκ τῶν πολεμίων, ἐξῆν ἄν μοι κ. τ. λ.*, illo *ἦ δεινόν γε* contra usum absolute posito, pravissime *εἰ ἔδωκα* pro *εἰ ἔμελλον δώσειν*, perverse etiam illis: *εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος* et: *ἐκ τῶν πολεμίων* distractis interpretamento, ut fit, incommodo loco interposito.

Ibd. IX, 21 *παραχθεὶς*, quod pro *πραχθείς* (sic enim in codicibus est) substituitur, ne ipsum quidem aptum ad victoriam inimicorum significandam. Fortasse fuit *σπαραχθείς*, vexatus et distractus.

Ibd. X, 4: *οὔτ' εἰ ἔστιν ὀλιγαρχία, ἠπιστάμην.* Scrib.: *οὔτε τί ἐστιν ὀλιγαρχία, ἠπ.* XI, 2: *ὥστ' οὐδ' ὅ τι ὀλιγαρχία ἦν, ᾔδειν.*

(De XII, 26 dictum p. 175.)

Ibd. XII, 81 tollendum *Ἐρατοσθένους*, ut hæc appendix sit superiorum: *Κατηγορεῖτε δὲ καὶ τῶν τούτου φίλων κ. τ. λ.* Erratum ut sæpe in *καί*, etiam.

Ibd. XIII, 86. Priorem partem huius loci Sauppius recte emendavit (*σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον τῇ ἀπαγωγῇ, ἣν ἀπάγει, ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τό γε ἐπ' αὐτοφώρῳ*), in posteriore omissa quædam videntur ob similitudinem, quæ sic supplenda puto: *ἦ ποῦ ἂν εἴη, εἰ μὴ ὅπου πρῶτον μὲν . . . αἴτιος γένοιτο θανάτου;*

Ibd. XIX, 44 scrib.: *οὐκ ἂν εἰκότως ἡμᾶς αἰτιῷσθε.*

Ibd. XX, 9 scrib.: *ὥστε οἱ πολλοὶ πάντ' ἀπεγίγνωσκον αὐτῶν* pro *πάντα ἐγίγνωσκον.*

Ibd. XXI, 17 scr.: *ὥστ' οὐκ ἂν εἰκότως ἕτεροί με ἐξαιτήσαιντο παρ' ὑμῶν* pro *ἐξῃτήσαντο.* Agitur, quid nunc æquum sit fieri. Alia ratio est proximorum.

Ibd. XXIV, 15 scr.: *ἀλλ' οὐκ, ἂν πάνυ πραόνως μηδὲ ψευδῆ, ταὐτὰ ποιήσων* (pro *ψεύδηται, ταῦτα ποιήσων*).

Ibd. XXVI, 14 scrib.: *ἐὰν δὲ τοῦτον δοκιμάσητε* pro *αὐτόν.*

Ibd. XXVII, 14 pro *δεήσεσθαι* scribendum necessario *δεηθῆναι* et propter rem et propter sequentia (15: *ἡμεῖς μὲν τοίνυν οὐκ ἠθελήσαμεν κ. τ. λ.*) et propter XXX, 34.

Apud Isocratem XV (*περὶ ἀντιδ.*), 22 scrib.: *ἀγνοεῖν δέ, ὅτι ταὐτὸ* (pro *τοῦτο*) *ποιοῦσιν οἱ μὴ . . . παρέχοντες.*

Ibd. 207 scribendum: *ἄνδρες δὲ γενόμενοι τούτῳ* (pro *τούτων*) *διήνεγκαν καὶ μετήλλαξαν τὴν φρόνησιν, τῷ τοὺς μὲν ἐκκεχυμένως ζῆν κ. τ. λ.* Nihil est, quo *τούτων* referatur; poterat scribi *ἀλλήλων.*

Apud Lycurgum in Leocr. § 86, ubi editur: *κατὰ τὰς πύλας ὑποδύντα*, scrib.: *κᾆτα τὰς πύλας ὑποδύντα.*

Apud Æschinem II, 138 scrib. videtur: *πότερον ἦν ἀσφαλεστέρα . . . Ἀθηναίοις ἡ ἔξοδος, ἡνίκα ἤκμαζον ἐν τῇ μανίᾳ Φωκεῖς, ἐπολέμουν δὲ Φιλίππῳ, ἔχοντι Ἀλπωνὸν καὶ Νίκαιαν, παραδόντος Φαλαίκου Μακεδόσι, τὰς σπονδὰς δὲ . . . οὐκ ἐδέχοντο, Θηβαίους δ' ὄπισθεν κατελείπομεν, ἢ μεταπεμπομένου μὲν Φιλίππου . . . στρατευόντων;* Comparatio duorum temporum aperta est nec dubium, ubi membra separentur. Editur: *εἶχον δὲ Ἀλπωνὸν . . . οὔπω παραδόντος Φαλαίκου.* Sed *οὔπω* abest ab omnibus codicibus præter unum et *εἶχον δὲ* repugnat consilio oratoris, res Phocensibus adversas, Philippo secundas significantis.

Ibd. 154 scribendum: κἂν παρελθὼν ἐθελήσῃ σχετλιάσαι καὶ λέγειν, ὡς εἰς οἰκείαν αὐτοῦ γυναῖκα, αἰχμάλωτον γεγενημένην, πεπαρῴνηκα. Vulgo post γυναῖκα additur καί, ortum ex κα.

Ibd. III, 201: οὐ γὰρ τῶν φευγόντων τὰς οὐ δικαίας ἀπολογίας εἰσεληλύθατε ἀκροασόμενοι, ἀλλὰ τῶν ἐθελόντων δικαίως ἀπολογεῖσθαι. Manifesto contrarii ponuntur οἱ ἐθέλ. δικαίως ἀπολογεῖσθαι et alteri illi. Itaque omissa negatione scribendum: τῶν φευγόντων τὰς δικαίας ἀπολογίας (hoc est τῶν μὴ ἐθελόντων δικ. ἀπολογεῖσθαι). Qui alterum effecerunt et tulerunt, videntur τὰς οὐ δικαίας τῶν φευγόντων ἀπολογίας (hoc ordine) intellexisse reorum ἀπολογίας, quod pluribus modis pravum est.

Ibd. 252: Ἐγένετό τις (ἄχθομαι δὲ πολλάκις μεμνημένος τὰς ἀτυχίας τῆς πόλεως) ἐνταῦθ' ἀνὴρ ἰδιώτης, ὃς ἐκπλεῖν εἰς Σάμον κ. τ. λ. Quæ urbis calamitas in eo est, quod homo aliquis privatus Samum navigare conatus est? Scribendum est e quattuor Bekkeri codicibus, adhibita recta interpunctione: Ἐγένετό τις (ἄχθομαι δὲ πολλάκις μεμνημένος) ἀτυχία τῇ πόλει· ἐνταῦθ' ἀνὴρ ἰδιώτης ἐκπλεῖν κ. τ. λ. Sic tollitur inusitatus in commemorandi et in memoriam revocandi significatione accusativus apud μέμνημαι.

Apud **Dinarchum** I, 25 sic scribitur: τὸ πολλάκις ἀνεγνωσμένον παρ' ὑμῖν ἐψηφίσαντο (Θηβαῖοι) ψήφισμα, μὴ περιορᾶν, ἐάν τις ὅπλα διὰ τῆς χώρας τῆς Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται. Quid pravi sit, alii iam animadverterunt. Neque enim Thebani prohibendum censuerant, ne quis per Atheniensium terram armatus iret, sed, ut e Plutarchi Pelop. c. 6 et Lysand. c. 27 constat, Lacedæmoniorum superbo edicto obviam euntes, si per suam (Thebanorum) terram Atheniensis armatus iret (ad patriam liberandam), id impediri vetuerant et pro non viso haberi iusserant. Ea sententia apud Dinarchum ea ipsa forma

qua apud Plutarchum tradita est, facillime efficitur: *μὴ ὁρᾶν, ἐάν τις ὅπλα διὰ τῆς χώρας Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται.* Apud Plutarchum additur *μηδ' ἀκούειν.* Qui acumen non intellexit, decretum putavit *μὴ περιορᾶν.* Articulum altero loco induci iam Sauppius voluit.[1])

Apud Demosthenem Olynth. I, 19 delendum puto priore loco *στρατιωτικά*, ut scribatur tantum: *ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδέσι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.* Nondum enim orator *στρατιωτικά* hæc esse dicit, sed tantum affirmat universe pecuniæ copiam esse (cfr. XIV, 25); ea nunc populum alio modo uti fruique. (Olynth. II, 14 interpung.: *πάλιν αὖ πρὸς Ποτίδαιαν Ὀλυνθίοις· ἐφάνη τι τοῦτο συναμφότερον.*)

Eiusd. Olynth. II, 28 scribendum est: *ἐνταῦθα μέν ἐστι τὰ ἆθλα . . . ὑμέτερα, κἂν ληφθῇ, παραχρῆμα ὑμεῖς κομιεῖσθε,* sublato, quod rei declarandæ causa adscriptum est, *Ἀμφίπολις*, pro quo etiamsi cum Dindorfio *Ἀμφίπολιν* scribatur, non minus pravum sit *κἄν*. Sed neque unum præmium certum Demostheni nominandum erat, neque nunc de Amphipoli ante annos non paucos in Philippi dicionem redacta recuperanda agebatur.

Eiusd. Philipp. II 2: *ἀλλ' εἰς τοῦτο ἤδη προηγμένα τυγχάνει πάντα τὰ πράγματα τῇ πόλει, ὥσθ', ὅσῳ τις ἂν μᾶλλον . . . ἐξελέγχῃ Φίλιππον . . . πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύοντα, τοσούτῳ τό, τί χρὴ ποιεῖν, συμβουλεῦσαι χαλεπώτερον εἶναι.* Postrema vox (*εἶναι*) in codice omnium præstantissimo (*Σ*) ab altera demum manu addita est. Scribendum est igitur: *εἰς τοῦτο ἤδη*

---

[1]) Quod § 103 scribendum videram: *ὡς ἐπιλησομένους* (pro *ἐπιμελησομένους*) *τούτους τῆς σῆς πονηρίας καὶ οὐ δώσων δίκην κ. τ. λ.*, video occupatum a Reiskio, et tamen non neglegitur solum, sed est, qui inutiliter mutari putet. Neque dicitur *ἐπιμέλεσθαι τῆς τινὸς πονηρίας* neque id Dinarchus Demosthenem sperasse futurum dicit, sed ut obliviscerentur Athenienses suorum scelerum.

προηγμένα πάντα τὰ πράγματα ὥστε ... χαλεπώτερον ὄν, rariore, sed non ignoto loquendi genere, quo particulæ *ὥστε* post participium subiicitur alterum participium, quod post Klotzium (ad Devarium de partic. II p. 774), Baiterum (ad Isocr. IV, 64 et 65) aliosque brevissime significavi synt. Gr. § 166 a not. in imo marg., posito Demosthenis exemplo ex or. III, 1: *τὰ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα ὥστε ... σκέψασθαι δέον*. Alia sunt apud Demosthenem XLV, 83 (*ὥστε ... ὑβρισθείς*), in orationibus incertis X, 40, LXI, 3. (Plat. de rep. VII p. 519 A, Xenoph. Cyrop. VII, 5, 46, Andocid. IV, 20, Isocr. l. c., Isæ. IX, 16.)

[Eiusd.] *περὶ συντάξεως* 16 scribendum videtur: *ὅτι ταῦτα μὲν ὑμῖν τὰ δικαστήρια τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαίων ἐστὶ κύρια* (pro *κοινά*). Paulo etiam ante pro *οἷον* (*ἐν τοῖς δικαστηρίοις ὑμῖν ἐστιν ἡ σωτηρία*) scriptor orationis posuisse videtur *οἷον ὅτι*.

Eiusd. de Rhodiorum libert. 26: *μηδὲ Σηλυμβρίαν ... ὡς αὐτοὺς συντελῆ ποιεῖν καὶ Βυζάντιον ὁρίζειν τὴν τούτων χώραν*. Quod *Βυζάντιον* Reiskius adiectivum feminini generis accipit, nullum usquam huiusmodi adiectivum (*ἐθνικόν*) communem utriusque generis terminationem habet. In codicibus autem scribitur *Βυζαντίους*, ex quo faciendum *Βυζαντίου ὁρίζειν*, hoc est, finibus Byzantii comprehendere.

Eiusd. de Megalopolitanis 11 in *Σ* sic scribitur: *ὡς κομίσασθαι τὸν Ὠρωπὸν ἡμᾶς ἐγχειρεῖν δεῖ, εἰ δὲ τοὺς βοηθήσαντας ἡμῖν νοὺς ἐπ' αὐτοὺς ἐχθροὺς κτησόμεθα, οὐχ ἕξομεν συμμάχους*. In his *βοηθήσαντας* sine *ἄν* ferri nequit; neque enim unquam Lacedæmonii Athenienses in ea re iuverant; *ἐπ' αὐτούς* violenter in *ἐπ' αὐτόν* mutatur, deleto illo *νούς*. Vereor ne *βοηθήσαντας* additum sit, cum alia vox idem fere significans in *νούς* transisset, suspicorque sic scribendum: *εἰ δὲ τοὺς*

ἡμῖν εὔνους ἐπακτοὺς ἐχθροὺς κτησόμεθα, οὐχ ἕ. σ. (De § 20 vid. supra p. 174 n.)

Ibd. 27: οἱ δὲ φασὶ μὲν αὐτοῖς οὐκ εἶναι στήλας, ἀλλὰ τὸ συμφέρον εἶναι τὸ ποιοῦν τὴν φιλίαν, τοὺς δὲ βοηθοῦντας ἑαυτοῖς τούτους νομίζειν εἶναι συμμάχους. Esse columnas negare non poterant Megalopolitani, et ipse Demosthenes statim eas esse confitetur (φημὶ δεῖν τούτους ἀξιοῦν καθαιρεῖν τὰς στήλας). Neque recte hoc cum eo, quod sequitur, cohæret eive contrarium ponitur; ibi enim, quid amicitiam faciat, sic dicitur, ut significetur, columnas ipsumque fœdus nihil ad rem pertinere. Sublato εἶναι, cui additamento simillimum alterum in huius orationis § 4 (γενέσθαι) supra p. 175 n. coargui, scribendum est: φασὶ μὲν αὐτοῖς οὐ στήλας, ἀλλὰ τὸ συμφέρον εἶναι τὸ ποιοῦν τὴν φιλίαν.

Eiusd. de corona 221: ὅμως δ' ἐπεπείσμην μήτε γράφοντ' ἂν ἐμοῦ γράψαι βέλτιον μηδένα μήτε πράττοντα πρᾶξαι μήτε πρεσβεύοντα πρεσβεῦσαι προθυμότερον μηδὲ δικαιότερον. Nihil dicam de inepta magniloquentia, quæ est in βέλτιον. Nam ipsa orationis forma ostendit aut tribus verbis (γράψαι, πρᾶξαι, πρεσβεῦσαι) tria adverbia addenda fuisse (non generalis significationis, quale est βέλτιον, sed propriæ et suo quodque verbo accommodatum), non alteri nullum, tertio duo, aut omnibus commune unum aut communia plura. Itaque βέλτιον tollendum est, ut ad omnia pertineat προθυμότερον μηδὲ δικαιότερον. Festinans aliquis in primo statim verbo adverbium inepte addidit. Notari velim in hoc loco et de Megalopol. § 11 duo exempla additamentorum ex perspicua causa ortorum, certo rhetoricæ formæ argumento convictorum. Nam etiam in illo altero loco εἶναι additum est, cum, quod cum sequentibus (εἶναι τὸ ποιοῦν τ. φ.) coniungendum erat, prave per se acceptum mancum videretur.

Eiusd. de falsa legat. 103 (de Æschine): ὑμᾶς ἐξη-

πάτηκεν, ἀδοξεῖ, δικαίως ἀπολωλέναι κρίνεται. Longius iusto tertium membrum est, neque recte pro ipso interitu substituitur iudicium hominum de interitu. Codex Σ *ἀπόλωλε.* Scribendum: *ὑμᾶς ἐξηπάτηκεν, ἀδοξεῖ, ἀπόλωλε, κρίνεται* (iudicium subit). Cfr. 118: *ἀδοξεῖν, κρίνεσθαι, πάσχειν ὁτιοῦν* et 115: *κρίνεσθαι βούλεται.* *Δικαίως* additum est ab aliquo, cui Demosthenes videbatur Æschinem miserari non debere.

Ibd. 221 scribendum: *Εἰ γὰρ αὖ ταῦτ' ἐρεῖ, σκοπεῖτ', ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐφ' οἷς ὁ μηδ' ὁτιοῦν ἀδικῶν ἐγὼ ἐφοβούμην μὴ διὰ τούτους ἀπόλωμαι, τί τούτους προσήκει παθεῖν τοὺς αὐτοὺς ἠδικηκότας;* (hoc est: *τί τούτους προσήκει παθεῖν ἐφ' οἷς κ. τ. λ.*). Cum aberratum a cohærentia orationis esset, additum est *εἰ* ante *ἐφ' οἷς.* (Video citari Funkhænelii de hoc loco disputationem; eam non vidi; sed ea est huius loci forma, posita in aperta comparatione et conclusione, ut anacoluthi excusationem excludat.)

Ibd. 294: *Τί δ', ἐν Μεγάροις οὐκ οἴεσθ' εἶναί τινα κλεπτὴν καὶ παρεκλέγοντα τὰ κοινά; ἀνάγκη, καὶ πέφηνεν. Τίς αἴτιος αὐτόθι νῦν τούτων τῶν συμβεβηκότων πραγμάτων; οὐδ' εἷς.* Inepte in priore responso additur *καὶ πέφηνεν* (quasi non ex ipsa rei natura concludatur); prave quæritur, quis Megaris harum rerum auctor fuerit; agitur, repertusne aliquis sit. Itaque oratio sic distinguenda et emendanda est: *ἀνάγκη.* [*καὶ*] *Πέφηνέ τις αἴτιος . . . πραγμάτων; οὐδ' εἷς.* *Καί* aut additum est oratione male distracta aut natum ex *κη.*

Eiusd. in Leptinem 117: *Εἰ μὲν γάρ τις ἔχει δεῖξαι κἀκείνους ὧν ἔδοσάν τῳ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους, συγχωρῶ καὶ ὑμᾶς ταὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.* Quoniam manifestum est cohærere *ἀφῃρημένους τι ὧν ἔδοσάν τῳ* (— perversissime enim diceretur: *ὧν τι ἔδοσαν,* neque tum ad *τι* referri *τοῦτο*, sed *ταῦτα* ad *ὧν* debebat —), nihil loci

omnino relinquitur pronomini *τοῦτο* priori. Scribendum videtur: *τι τοῦτον ἀφῃρημένους.*

Ibd. 120: *Τί γὰρ ἔσται πιστότερον τὸ τῆς εἰκόνος ἢ τὸ τῆς σιτήσεως ἢ τὸ τῆς ἀτελείας, ἣν πρότερόν τισι δόντες ἀφῃρημένοι φανεῖσθε;* Et hic Funkhænelium citari video, suspicorque defendi aliquo modo *πιστότερον* pro *πιστότατον.* Sed omnino prave hæc tria sic ex æquo comparantur; necessario cum eo genere honoris, quod Leptinis lex tollebat, comparantur duo alia, quæ simul infirmantur. Scribendum igitur: *Τί γὰρ ἔσται πιστότερον τὸ τῆς εἰκόνος καὶ τὸ τῆς σιτήσεως ἢ τὸ τῆς ἀτελείας, ἣν κ. τ. λ.* Mutata particula est membrorum coniunctione et diiunctione non animadversa.

Eiusd. in Midiam 132: *καὶ τὴν λοιδορίαν, ἣν ἐλοιδορήθη Κρατίνῳ περὶ τούτων, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, μέλλοντι βοηθεῖν αὐτῷ.* Non contumeliam fecit Cratino tum, cum ipsum adiuturus esset, sed Cratino ei ipsi homini, qui nunc eum adiuturus est, id est: *περὶ τούτων, τῷ, ὡς ἐ. π., μέλλοντι β. α.*

Eiusd. in Timocratem 12: *Τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς, τοὺς νόμους ἀνέγνω, καθ' οὓς τοῦτον τὸν τρόπον πραχθέντων τῆς πόλεως γίγνεται τὰ χρήματα.* Cuius rei præter legum populum admonuit? Et quam inane hoc *ἀνέμνησεν ὑμᾶς* sine rei indicio? Scr.: *Τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς τοὺς νόμους, καθ' οὓς κ. τ. λ.* Accessit *ἀνέγνω* ab aliquo, quem offendit accusativus substantivi altero loco apud *ἀναμιμνήσκειν* positus. (Xen. an. III, 2, 11: *ἀναμνήσω ὑμᾶς καὶ τοὺς τῶν προγόνων κινδύνους.* Demosth. XLIX, 1.) Animadvertit hoc primus Fr. Nutzhornius, cum philologiæ studiosi apud me in hac oratione exercerentur.

Ibd. 19: *πρῶτον μὲν οὖν, ὅπερ ἠδίκησε πρῶτον, τοῦτ' ἐρῶ, ὡς παρὰ πάντας τοὺς νόμους ἐνομοθέτει, εἶτα τῶν ἄλλων ἐξῆς ὅ τι ἂν βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ᾖ.* Non primo statim partitionis membro continetur omnium

legum violatio, deinde (præter omnium legum violationem!) de ceteris dicturus orator est; sed ex iis, quæ contra omnes leges Timocrates fecit, primum de eo dicturus est, quod ille primum commisit. Scribendum igitur: *πρῶτον μὲν οὖν, ὅπερ ἠδίκησε πρῶτον, τοῦτ' ἐρῶ ὧν παρὰ πάντας τοὺς νόμους ἐνομοθέτει.*

Ibd. 28: *ἀλλ' ἵνα μὴ προαισθομένου μηδενὸς ἀνθρώπων μηδ' ἀντειπόντος τεθείη καὶ γένοιτο κύριος αὐτοῖς ὅδε ὁ . . . νόμος.* Scribendum: *ἀλλ' ἵνα, προαισθομένου μηδενὸς μηδ' ἀντειπόντος, τεθείη κ. τ. λ.* Nam *μή* post *ἵνα* subiectum ante *προαισθομένου μηδενός* necessaria sermonis lege ad *τεθείη* pertinet, quo sententia evertitur.

Ibd. 156: *Τὴν μὲν οὖν τοῦ ὀνόματος φιλανθρωπίαν ὅτι ταύτην ἂν μάλιστα προσίεσθε, κατεῖδε.* Scrib. *προσεῖσθε* (quod video nunc in duobus codd. esse), optativo modo. (Dindorfius *ἄν* sustulit, ne ad sententiam quidem recte.)

Eiusd. in Aphobum I, 26: *καὶ τοὺς λαβόντας ἀπεδείκνυσαν καὶ οὐδὲν ἂν αὐτῶν παρέλιπον.* Scrib.: *καὶ οὐδένα αὐτῶν.* Neque enim ad res referri *αὐτῶν* potest. (De § 63 huius orationis dictum p. 102.)

Eiusd. adv. Spudiam 11 mire in apertissima partitione trium membrorum sic scribitur: *ἀλλ' ἃ μὲν ἔχει προλαβών, τῶν δὲ τὰ μέρη κομίζεται, τὰ δὲ οὕτω φανερῶς οὐκ ἀποδίδωσιν* pro eo, quod requiritur: *ἀλλὰ τὰ μὲν ἔχει προλαβών, τῶν δὲ κ. τ. λ.*

Oratoribus Atticis adiungo Aristotelem, Demosthenis æqualem, ingenio, rerum genere, oratione eius dissimillimum. Huius libris communibus philologorum studiis non sane celebratis ne ipse quidem tantum operæ et studii tribuere potui, quantum vellem. Legi olim de poetica librum ita ut ad universum argumentum sententiasque magis quam ad singulos locos et orationis formam animum attenderem;

legi multo diligentius ethica Nicomachea eorumque, quæ magna et Eudemia appellantur, partes, sed neque a sermonis Aristotelii duri et salebrosi cognitione codicumve usu mihi ad criticam factitandam satis instructus videbar neque eam partem valde curabam; pertractavi postea studiose politicorum libros et ex longe alio genere de anima annotavique in illis plura, in his pauca. Rhetoricos quoque perlegi non indiligenter.

Ethicorum tamen Nicomachiorum unum locum attingam. Nam VI c. 10 B. (9, 4 Michelet.) scribitur: *ὁ γὰρ ἀκρατὴς καὶ ὃ φαῦλος ὁ προτίθεται ἰδεῖν ἐκ τοῦ λογισμοῦ τεύξεται, ὥστε ὀρθῶς ἔσται βεβουλευμένος, κακὸν δὲ μέγα εἰληφώς.* Debet scribi: *ὃ προτίθεται δεῖν, ἐκ τοῦ λογισμοῦ τεύξεται.* Falsam habet *ὁ ἀκρατὴς* sententiam de eo, quod oporteat consequi.

Politic. I c. 2 extr. Bekk. (I, 1, 12 Stahr.)[1]: *ὁ δὲ ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ, οἷς ἐπὶ τἀναντία ἔστι χρῆσθαι μάλιστα.* Tollenda *φρονήσει καὶ ἀρετῇ* male declarandi causa adscripta et ad *οἷς* accommodata. Debebat, ut grammaticæ satisfieret, *φρόνησιν καὶ ἀρετήν* scribi, ut rei, *φρόνησιν καὶ λόγον.* Neque enim Aristoteles hominem nasci putabat virtutem habentem, nec virtute in contraria uti licere, bene et male.

Ibd. c. 6 init. Bekk. (c. 2, 16) scrib.: *τοῦτο δὴ τὸ δίκαιον πολλοὶ τὸ ἐν τοῖς νόμοις ὥσπερ ῥήτορα γράφονται παρανόμων.* Vulgo *πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις*, sine sensu.

Ibd. paulo post (2, 17): *Διὰ γὰρ τοῦτο τοῖς μὲν εὔνοια δοκεῖ τὸ δίκαιον εἶναι, τοῖς δ' αὐτὸ τοῦτο δίκαιον, τὸ τὸν κρείττονα ἄρχειν.* Non indicatur causa. Scrib.: *Δίχα γὰρ τοῦτο, τοῖς μὲν εὔνοια κ. τ. λ.*

---

[1]) In politicis permulta melius a Schneidero et Corae administrata deteriora fecerunt Gœttlingius et Stahrius, neque in sententia exquirenda neque in re grammatica satis acuti, sæpe prave acuti.

Ibd. c.8 post init. B. (3, 2) scribendum: *ἓν γάρ ἐστι τοῦ χρηματιστικοῦ θεωρῆσαι, πόθεν χρήματα καὶ κτῆσις ἔσται, ἡ δὲ κτῆσις πολλὰ περιείληφε μέρη καὶ ὁ πλοῦτος, ὥστε πρῶτον ἡ γεωργικὴ κ. τ. λ.* Cum in codicibus scriptum esset *εἰ γάρ* pro *ἓν γάρ* (quod ipsa illa *ἡ δὲ κτῆσις πολλά* ostendunt subesse), sententia nulla erat; itaque longe Gœttlingius et Stahrius aberrarunt corrigendo (*γνωστέον* pro *ὥστε*).

Ibd. sub fin. capitis (3, 8) scrib. (ut novæ sententiæ hic initium fiat): *Ἓν μὲν οὖν εἶδος κτητικῆς κατὰ φύσιν τῆς οἰκονομικῆς μέρος ἐστίν, ὃ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν ἢ πορίζειν αὐτὴν ὅπως ὑπάρχῃ, ᾧ ἔνεστι* (pro *ὧν ἐστὶ*) *θησαυρισμὸς χρημάτων πρὸς ζωὴν ἀναγκαίων.*

Lib. II c. 4 post med. (1, 17): *οὕτω συμβαίνει καὶ τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τούτων διαφροντίζειν ἥκιστα ἀναγκαῖον ὂν ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ τοιαύτῃ ἢ πατέρα ὡς υἱῶν ἢ υἱὸν ὡς πατρὸς ἢ ὡς ἀδελφοὺς ἀλλήλων.* Nihil est *διαφροντίζειν* nec oratio cohæret. Scribi debet: *οὕτω συμβαίνει καὶ τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τούτων διαρρεῖν, φροντίζειν ἥκιστα ἀναγκαῖον ὂν ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ τοιαύτῃ ἢ πατέρα ὡς υἱῶν κ. τ. λ.*

Ibd. c. 6 paulo ante med. (3, 5) mire ex eo, quod non liceat *οὐσίᾳ πράως ἢ ἀνδρείως χρῆσθαι*, sed *σωφρόνως καὶ ἐλευθερίως* liceat, concluditur hoc ipsum: *ὥστε καὶ τὰς χρήσεις ἀναγκαῖον περὶ αὐτὴν εἶναι ταύτας.* Scribendum: *καὶ τὰς αἱρέσεις.* (Paulo ante prave nuper *ἄρεται* pro *αἱρεταί* revocatum est.)

Ibd. c. 6 fere medio (3, 8): *ἀφεῖναι τὴν τεκνοποιίαν ἀόριστον ὡς ἱκανῶς ἂν ὁμαλισθησομένην εἰς τὸ αὐτὸ πλῆθος διὰ τὰς ἀτεκνίας.* Tolletur hic quoque prava apud futuri participium particula[1]) recte litteris in

[1]) Notissima mihi sunt, quæ ad Platonis apol. p. 30 B et ad Isocr. Archid. 62 et 63 et alibi adscribuntur aut ex Hermanni

unam vocem Aristoteliam conflatis *ἀνομαλισθησομένην*; usus enim eo verbo de exæquando (eadem forma, qua *ἀνομολογοῦμαι*, ficto) Aristoteles rhetor. III, 11 p. 1412, substantivo *ἀνομάλωσις* hoc ipso libro c. 12 sub fin. Bekk. (9, 8 St.)[1]).

Ibd. c. 6 sub fin. (8, 12), ubi Aristoteles formam senatus legendi a Platone in legg. libr. VI p. 756 B sqq. propositam reddit, comparato Platonis loco, primum initio, ubi editur: *αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πρώτου τιμήματος*. tollendum *ἀλλ᾽*, quod prorsus sententiam turbat, nisi id potius ex nota XC male intellecta ortum est; nam numerum hic positum fuisse, significare videtur, quod sequitur: *εἶτα πάλιν ἴσους ἐκ τοῦ δευτέρου*. (Plato: *φέρειν ἐνενήκοντα βουλευτάς· πρῶτον μὲν ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων ἅπαντας φέρειν ἐξ ἀνάγκης*.) Deinde pergi sic debet: *εἶτ᾽ ἐκ τῶν τρίτων οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες πλὴν τοῖς ἐκ τῶν τριῶν*. Vulgo: *εἶτ᾽ ἐκ τῶν τρίτων· πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἦν τοῖς ἐκ τῶν τρίτων ἢ τετάρτων*. (Plato: *τρίτῃ δὲ ἐκ τῶν τρίτων τιμημάτων φέρειν μὲν τὸν βουλόμενον, ἐπάναγκες δ᾽ εἶναι τοῖς τῶν τριῶν τιμημάτων*.) Postremo: *εἶτ᾽ ἐκ*

---

argutiarum promptuario (de partic. *ἂν* libris) petita aut ab ipsis editoribus excogitata. Vellem attendissent, detractis iis locis, in quibus is, quem hic notavi, error aut simillimus versatus est (velut *οὐδὲν ἂν* pro *οὐδένα*), aut in quibus res vertitur in una vocali (*ποιήσοντας ἄν, ποιησόμενος ἂν* pro *ποιήσαντας, ποιησάμενος*), quæ relinqueretur testimoniorum materia. Plutarchi Camill. c. 42 scrib. *μαχησαμένων ἂν βέλτιον* pro *μαχησομένων*, Cic. c. 3 *ἂν* tollendum, ortum ex *αὐτῷ*, Agid. c. 13 incertum, utrum *ἐνδεξαμένων* scribendum sit an tollendum *ἂν* ante *αὐτῶν*.

[1]) Admodum miror Spengelium et in rhetor. contra codices *ὡμαλίσθαι* scripsisse et politic. II, 12 pro *ἀνομάλωσις* non *ὁμάλωσις*, sed *ὁμαλότης* reponi iussisse, quem hic tertius fortasse locus et verbi *ἀνομολογεῖσθαι* comparatio in aliam adducet sententiam. Præpositio transitum in alium statum (*τῆς ὁμαλότητος*) significat.

τῶν τετάρτων μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς δευτέροις. (Vulgo: *εἶτ' ἐκ τοῦ τετάρτου τῶν τετάρτων* aut *τῶν τεττάρων*, hoc quidem perverse abundans; sed *τοῦ τετάρτου* potius adscriptum videtur ad *τῶν τετάρτων* quam hoc ad illud. Nam *οἱ ἐκ τοῦ πρώτου, δευτέρου, τρίτου, τετάρτου τιμήματος* etiam simpliciter *οἱ πρῶτοι, δεύτεροι* cet. appellantur.)

Ibd. c. 7 sub fin. (4, 12): *Τῶν οὖν τοιούτων ἀρχή, μᾶλλον τοῦ τὰς οὐσίας ὁμαλίζειν, τὸ τοὺς μὲν ἐπιεικεῖς τῇ φύσει τοιούτους παρασκευάζειν κ. τ. λ.* Pro *ἀρχή* requiritur vox remedium significans. Ususne est Aristoteles poetico vocabulo *ἀλκή*? Nam *ἄκος* longe forma discedit.

Ibd. c. 8 med. (5, 7): *τό τε πλῆθος ἄπορον ἔσται τῶν καρπῶν, ἐξ ὧν ἕκαστος γεωργήσει, δύο οἰκίαις* (sic recte Camerarius pro *οἰκίας*), *καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθὺς ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῶν αὐτῶν κλήρων αὐτοῖς τε τὴν τροφὴν λήψονται καὶ τοῖς μαχίμοις παρέξουσιν;* Scribendum: *οὐκ εὐθὺς ἀφ' ὅλης τῆς γῆς.*

Ibd. c. 9 init. (6, 2): *Ὅτι μὲν οὖν δεῖ τῇ μελλούσῃ καλῶς πολιτεύεσθαι τὴν τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχειν σχολήν, ὁμολογούμενόν ἐστιν.* Credo fuisse: *τῇ μελλούσῃ καλῶς πόλει πολιτεύεσθαι.*

Ibd. c. 9 ante med. (6, 12): *καί φασιν εἶναί ποτε τοῖς Σπαρτιάταις καὶ μυρίους.* Scrib.: *τοὺς Σπαρτιάτας.*

Ibd. c. 10 circa med. (7, 5): *καὶ πρὸς τὴν διάζευξιν τῶν γυναικῶν, ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας ποιήσας ὁμιλίαν.* Excidit adiectivum inter *πολυτεκνῶσι* et *τὴν* (*σπανίαν τὴν πρὸς τ. ἄρρ.* aut similiter).

(De II c. 11 post med. (8, 7) vid. p. 34.)

Lib. III c. 1 post med. (1, 6): *Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τῶν πραγμάτων ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα διαφέρει τῷ εἴδει . . ., ἢ τὸ παράπαν οὐδέν ἐστιν, ἢ τοιαῦτα, τὸ κοινὸν ἢ γλίσχρως.* Scr. *ἢ τὸ παράπαν οὐδ' ἔνεστιν, ἢ τοιαῦτα, τὸ κοινὸν ἢ γλίσχρως.*

Lib. IV c. 1 post med. (1, 4): *Χρὴ δὲ τοιαύτην εἰσηγεῖσθαι τάξιν, ἣν ῥᾳδίως ἐκ τῶν ὑπαρχουσῶν καὶ πεισθήσονται καὶ δυνήσονται κοινωνεῖν, ὡς ἔστιν οὐκ ἔλαττον ἔργον τὸ ἐπανορθῶσαι πολιτείαν.* Perversum et ad constructionem (*ἥν*) et ad sententiam *κοινωνεῖν*. Agitur enim de transitu a forma reipublicæ, quæ iam sit, ad aliam meliorem. Scribendum videtur *καινοῦν* aut *καινοποιεῖν*.

Ibd. c. 4 aliquanto post init. (3, 9): *Ὥσπερ οὖν, εἰ ζῴου προῃρούμεθα λαβεῖν εἴδη, πρῶτον ἀποδιωρίζομεν ὅπερ ἀναγκαῖον πᾶν ἔχειν ζῷον, κ. τ. λ.* Scribendum: *πρῶτον ἂν διωρίζομεν*. Particula abesse nequit, *ἀποδιορίζειν* (quod *ἀφορίζειν* dicitur) alienum est.

Ibd. c. 4 extr. (4, 7): *Δεῖ γὰρ τὸν μὲν νόμον ἄρχειν πάντων, τῶν δὲ καθ' ἕκαστα τὰς ἀρχὰς καὶ τὴν πολιτείαν κρίνειν.* Scribi oportet: *τὰς ἀρχάς, καὶ ταύτην πολιτείαν κρίνειν*, et hanc demum (quæ ita constituta sit) rempublicam putare.

Ibd. c. 9 extr. (7, 6): *Δεῖ . . . καὶ σώζεσθαι (τὴν πολιτείαν) δι' αὑτῆς καὶ μὴ ἔξωθεν, καὶ δι' αὑτῆς μὴ τῷ πλείους ἔξωθεν εἶναι τοὺς βουλομένους (εἴη γὰρ ἂν καὶ πονηρᾷ πολιτείᾳ τοῦθ' ὑπάρχον), ἀλλὰ κ. τ. λ.* Tollendum alterum *ἔξωθεν* male ex superiore versu repetitum; exclusa salute, quæ extrinsecus afferatur, dicitur, qua ratione per se servari resp. debeat.

Ibd. c. 11 aliquanto post init. (9, 4): *ἔτι δ' ἥκισθ' οὗτοι φιλαρχοῦσι καὶ βουλαρχοῦσιν· ταῦτα δ' ἀμφότερα βλαβερὰ ταῖς πόλεσιν.* Mire homines genere, divitiis, viribus excellentes minime *φιλαρχεῖν* dicuntur, neque minus mire, inutile reip. esse, homines imperandi et magistratuum gerendorum cupidos non esse. Etiam minus ad reipublicæ utilitatem pertinet, tales homines senatus principatum tenere; id autem in inscriptionibus, apte ad compositionis formam, *βουλαρχεῖν* significat. Pro *φιλαρχοῦσι* non dubito, quin

Aristoteles *φιλεργοῦσι* posuerit; alterum quid fuerit, non reperio.

Ibd. c. 11 sub fin. (9, 12): *Τῶν δ' ἄλλων πολιτειῶν . . . ποίαν πρώτην θετέον καὶ δευτέραν . . . διωρισμένης τῆς ἀρίστης οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. Δεῖ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι βελτίω τὴν ἐγγύτατα ταύτης κ. τ. λ.* Scrib.: *ἰδεῖν. Ἀναγκαῖον γὰρ εἶναι βελτίω κ. τ. λ.* Cum ex *ἰδεῖν* geminando ortum esset *δεῖ*, transpositum est *γάρ*.

Ibd. c. 13 sub fin. (10, 10): *δι' ὀλιγανθρωπίαν γὰρ οὐκ εἶχον πολὺ τὸ μέσον, ὥστ' ὀλίγοι τε ὄντες τὸ πλῆθος καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν μᾶλλον ὑπέμενον τὸ ἄρχεσθαι.* Scribendum: *καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν φαῦλοι ὑπέμενον τὸ ἄρχεσθαι.*

Ibd. c. 14 aliquanto post init. (11, 3): *συνιέναι δὲ μόνον περί τε νόμων θέσεως καὶ τῶν περὶ τῆς πολιτείας καὶ τὰ παραγγελλόμενα ἀκουσομένους ὑπὸ τῶν ἀρχόντων.* Tollendum prius *καί*, ut sit: *περί τε νόμων θέσεως τῶν περὶ τῆς πολιτείας καὶ . . . ἀκουσομένους κ. τ. λ.*

Ibd. c. 15 circa med. (12, 7): *ἢ τυγχάνουσι μέν τινες οὖσαι καὶ κατ' αὐτὰς τὰς διαφορὰς τῶν ἀρχῶν.* Scribendum: *τινες οὖσαι καὶ κατ' αὐτὰς τὰς διαφορὰς τῶν πολιτειῶν διαφοραὶ τῶν ἀρχῶν.* Erroris causa manifesta est. Requiri *διαφοραί* Victorius et alii viderunt, sed *διαφοράς* male sustulerunt.

Ibd. c. 15 sub fin. (12, 13): *τίνα δὲ τίσι συμφέρει καὶ πῶς δεῖ γίνεσθαι τὰς καταστάσεις, ἅμα ταῖς δυνάμεσι τῶν ἀρχῶν καὶ τίνες εἰσίν, ἔσται φανερόν.* Rectum erit: *ἅμα ταῖς δυνάμεσι τῶν ἀρχῶν, αἵτινές εἰσιν, ἔσται φανερόν.*

Lib. V c. 8 post init. (7, 2): *ὥσπερ τὰς οὐσίας αἱ μικραὶ δαπάναι δαπανῶσι πολλάκις γινόμεναι.* Pro *δαπανῶσι* aliud verbum Aristoteles posuerat effectum significans (exhauriunt, consumunt); quod fuerit (*ἀναλοῦσι*, *ἀπαρύουσι*), non facile dictu est.

Ibd. c. 11 post med. (9, 13): *διὸ δεῖ, κἂν μὴ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐπιμέλειαν ποιῆται (ὁ τύραννος), ἀλλὰ τῆς πολιτικῆς, καὶ δόξαν ἐμποιεῖν περὶ αὑτοῦ τοιαύτην.* Scribendum esse *τῆς πολεμικῆς* et res ipsa demonstrat (— *πολιτικὴ* enim *ἀρετὴ* longissime a tyranno abest; hoc loco de ea agitur, quæ faciat, ut tyrannus non *εὐκαταφρόνητος* sit —) et quæ c. 12 init. (9, 21 et 22) leguntur: *καὶ διὰ τὸ πολεμικὸς γενέσθαι Κλεισθένης οὐκ ἦν εὐκαταφρόνητος*, tum: *Περίανδρος δὲ ἐγένετο μὲν τυραννικὸς, ἀλλὰ πολεμικός* (et ea virtute 44 annos tyrannidem tenuit).

Lib. VI c. 2 med. (1, 8): *τὸ τὴν ἐκκλησίαν κυρίαν εἶναι πάντων (ἀρχὴν δὲ μηδεμίαν μηθενὸς ἢ ὅτι ὀλιγίστων) ἢ τῶν μεγίστων κυρίαν.* Scribendum et oratio distinguenda sic: *τὸ τ. ἐκκ. κυρίαν εἶναι πάντων, ἀρχὴν δὲ μηδεμίαν μηθενὸς ἢ ὅτι ὀλιγίστων ἢ μὴ τῶν μεγίστων κυρίαν.*

Ibd. c. 4 ante med. (2, 5): *πρὸς δὲ τὸ κατασκευάζειν γεωργὸν τὸν δῆμον τῶν [τε] νόμων τινὲς τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς κειμένων τὸ ἀρχαῖον χρήσιμοι πάντες, ἢ τὸ ὅλως κ. τ. λ.* Scrib.: *χρήσιμοι πάντως*. Sed præterea in illis *τοῖς πολλοῖς* aut subest nomen populi aut tollendum *τοῖς*.

Lib. VII c. 1 med. (1, 4): *Ὅλως τε δῆλον ὡς ἀκολουθεῖν φήσομεν τὴν διάθεσιν τὴν ἀρίστην ἑκάστου πράγματος πρὸς ἄλληλα κατὰ τὴν ὑπεροχὴν, ἥνπερ εἴληφε διάστασιν ὧν φαμὲν αὐτὰς εἶναι διαθέσεις ταύτας.* Sententiam perspexit Schneiderus viditque subiectum verbi *εἴληφε* esse in *ὧν*, sed nimis licenter verba mutavit. Aut tollendum *διάστασιν*, ut sit: *κατὰ τὴν ὑπεροχὴν, ἥνπερ εἴληφεν, ὧν φαμὲν κ. τ. λ.*, aut interponendum *καί*: *κατὰ τὴν ὑπεροχὴν, ἥνπερ εἴληφε, καὶ διάστασιν, ὧν φαμὲν κ. τ. λ.*

Ibd. c. 3 ante med. (3, 3): *καὶ μήτε πατέρα παίδων μήτε παῖδας πατρὸς μήθ' ὅλως φίλον φίλου μηθένα*

ὑπολογεῖν μηδὲ πρὸς τοῦτο φροντίζειν. Et genetivi et μηθένα ostendunt in verbo prorsus inusitato subesse μηθένα ὑπόλογον. Sed desideratur infinitivus, qui videtur ἔχειν fuisse (ut dicitur λόγον ἔχειν τινός), etsi alibi ποιεῖσθαι ponitur.

Ibd. c. 11 paulo post init. (10, 2): ὥστε μηδέποτε ὑπολείπειν εἰργομένους τῆς χώρας διὰ πόλεμον. Scribendum opinor εἰργομένοις. (Paulo ante ταὐτό γ' εὑρῆσθαι διὰ τοῦ κατασκευάζειν pro εὕρηται.)

Ibd. c. 13 aliqu. post init. (12, 2): Οἱ δ' εὐθὺς οὐκ ὀρθῶς ζητοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν, ἐξουσίας ὑπαρχούσης. Scribendum: οἱ δ' αὖθις. Refertur hoc ad superius illud: ἀλλὰ τούτων τοῖς μὲν ἐξουσία τυγχάνειν, τοῖς δ' οὔ.

Ibd. c. 13 post med. (12, 5): Ἀναγκαῖον τοίνυν... τὰ μὲν ὑπάρχειν, τὰ δὲ παρασκευάσαι τὸν νομοθέτην. Διὸ κατ' εὐχὴν εὐχόμεθα τὴν τῆς πόλεως σύστασιν, ὧν ἡ τύχη κυρία. Sententiam vidit Coraes. Scribendum: διὸ καὶ τυχεῖν εὐχόμεθα τὴν τῆς πόλεως σύστασιν, ὧν κ. τ. λ. Quamobrem (quoniam quædam ὑπάρχειν δεῖ) etiam precamur, ut urbi condendæ ea contingant, quæ in fortunæ arbitrio sunt.

Ibd. c. 13 sub fin. (12, 6): ἔνια γάρ ἐστι διὰ τῆς φύσεως, ἐπαμφοτερίζοντα διὰ τῶν ἐθῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ βέλτιον. Scrib.: ἔνια γάρ ἐστιν ἴδια τῆς φύσεως κ. τ. λ. (Sed sic iam Coraes.)

Ibd. c. 14 init. (13, 1): τοῦτο δὴ σκεπτέον, εἰ ἑτέρους εἶναι δεῖ τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἀρχομένους ἢ τοὺς αὐτοὺς διὰ βίου. Hoc neque recte dicitur (ἑτέρους εἶναι pro ἐπαλλάττειν) neque iis, quæ sequuntur, aptum est. Tollendum ἤ, ut sit: εἰ ἑτέρους εἶναι δεῖ τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἀρχομένους, τοὺς αὐτοὺς διὰ βίου: debeantne separati esse imperantes et qui parent, ita ut iidem semper in alteroutro numero maneant.

Ibd. c. 16 med. (14, 7): τοῖς δὲ περὶ τὴν ὥραν χρόνοις ὡς οἱ πολλοὶ χρῶνται καλῶς καὶ νῦν, ὁρίσαντες

χειμῶνος τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι ταύτην. Tollendum ὡς, ortum ex οις litteris: τοῖς δὲ . . . χρόνοις οἱ πολλοὶ κ. τ. λ.

Lib. VIII c. 5 aliqu. post init. (4, 5): Ἀλλ' εἰ τοῦτ' ἐστὶ τοιοῦτον, τίνος ἂν ἕνεκα δέοι μανθάνειν αὐτούς, ἀλλὰ μή, καθάπερ οἱ τῶν Περσῶν καὶ Μήδων βασιλεῖς, ἄλλων αὐτὸ ποιούντων, μεταλαμβάνειν τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μαθήσεως. Scribendum: κοὐ τῆς μαθήσεως. Hoc illis concessum erat, ἄλλων αὐτὸ (τὸ μανθάνειν) ποιούντων.

Ibd. c. 5 paulo ante fin. (5, 8) de habitu audientium ad diversas harmonias: ὥστε ἀκούοντας . . . μὴ τὸν αὐτὸν ἔχειν τρόπον πρὸς ἑκάστην αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς μὲν ἐνίας ὀδυρτικωτέρως καὶ συνεστηκότως μᾶλλον, ... πρὸς δὲ τὰς μαλακωτέρως τὴν διάνοιαν. Scribendum videtur συντετηκότως. Novi ξύστασιν τῆς γνώμης apud Thucyd. VII, 71 et quæ ibi comparantur. Sed longe illa ab ὀδυρμῷ distat.

Ibd. c. 6 med. (6, 4) scribendum: εἰ μήτε τὰ πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοὺς τεχνικοὺς συντείνοντα διαπονοῖεν μήτε τὰ θαυμάσια καὶ περιττὰ τῶν ἔργων . . ., ἀλλὰ κατὰ τὰ τοιαῦτα (vulgo: ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα) μέχριπερ ἂν δύνωνται χαίρειν τοῖς καλοῖς μέλεσι κ. τ. λ.

In libris de anima ad rerum obscuritatem molesto et incondito scribendi genere auctam accedunt menda commentariis antiquis vetustiora et ita inveterata obtectaque, ut reperiri vix, tolli omnino non possint. Equidem unum et alterum fere levius tentavi, quæ ponam brevissime. Paucissimi enim hæc curabunt.[1])

Lib. I c. 2 p. 404 a Bekk. (§ 3 Trendelenburg) sublata interpolatione sic scribendum est: ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων, οἷον ἐν τῷ ἀέρι τὰ καλούμενα

---

[1]) Torstrikii sententia de priore editione breviore uti non possum.

ξύσματα, ἃ φαίνεται ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων ἀκτῖσιν, τὴν πανσπερμίαν στοιχεῖα (Democritus) λέγει τῆς ὅλης φύσεως (ὁμοίως δὲ καὶ Λεύκιππος), τούτων δὲ τὰ σφαιροειδῆ ψυχήν. In codicibus, non exspectato periodi decursu, post ἀτόμων interponitur: τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει, male ab atomorum universa mentione separatis, quæ eo pertinent: οἷον . . . ἀκτῖσιν, deinde inter ἀκτῖσιν et πανσπερμίαν interponitur ὧν.

Ibd. c. 2 p. 405 a (§ 10): Ἑπομένως δὲ τούτοις καὶ τὴν ψυχὴν ἀποδιδόασιν· τό τε γὰρ κινητικὸν τὴν φύσιν τῶν πρώτων ὑπειλήφασιν. Nihil est κινητικὸν τῶν πρώτων, necdum dicitur, quid animam definiant esse (id enim post sequitur), sed quomodo fiat, ut, prout unam pluresve ἀρχάς statuant, idem transferatur ad animam. Duo Bekkeri codices recte omittunt τέ. Scribendum: τὸ γὰρ μιμητικὸν τὴν φύσιν τῶν πρώτων ὑπειλήφασιν: id enim animum putant, quod natura prima imitatur.

Ibd. c. 4 p. 408 a (§ 5) scrib.: ἔτι δὲ λέγομεν pro: ἔτι δὲ εἰ λέγοιμεν. Et λέγομεν habent quattuor Bekkeri codices.

Ibd. c. 4 p. 408 b (§ 11) scribi debet: εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ λυπεῖσθαι ἢ χαίρειν ἢ διανοεῖσθαι κινήσεις εἰσί, καθ' ἕκαστόν κινεῖται τούτων (vulgo: καὶ ἕκαστον κινεῖσθαι τούτων), τὸ δὲ κινεῖσθαί ἐστιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς. Noto usu pro κινεῖν ταῦτα καθ' ἕκαστον dicitur κινεῖν καθ' ἕκαστον τούτων (vid. Stallbaum. ad Platon. de rep. IV p. 436 B); sed Aristoteles non solum pro accusativo hoc posuit, sed etiam pro nominativo, ut: καθ' ἕκαστον τούτων κινεῖται idem sit atque: κινεῖται τούτων ἕκαστον.

Lib. II c. 9 p. 421 b (§ 4) scribendum est: ἔστι δὲ ὥσπερ καὶ ἑκάστη τῶν αἰσθήσεων ἡ μὲν τοῦ ἀκουστοῦ καὶ ἀνηκούστου, ἡ δὲ τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου, καὶ ἡ ὄσφρησις τοῦ ὀσφραντοῦ καὶ ἀνοσφράντου, omisso ἡ ἀκοή, quod post ὥσπερ additum (ὥσπερ ἡ ἀκοὴ καὶ ἑκάστη) sententiam perturbat, quoniam et olfactus non

cum uno auditu, sed cum omnibus sensibus comparatur et illa partitio ἡ μὲν . . . ἡ δὲ ad universam sensuum mentionem refertur. Additum est ἡ ἀκοή propter καί.

Ibd. c. 10 p. 422 a (§ 3) primum oratio sic interpungenda: ὥσπερ γὰρ ὁ μικρὸς ψόφος ἀνήκουστος, τρόπον τινὰ καὶ ὁ μέγας τε καὶ ὁ βίαιος. Vulgo comma transfertur post τρόπον τινά. Sequuntur hæc: ἀόρατον δὲ τὸ μὲν ὅλως λέγεται, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ ἀδύνατον, τὸ δ' ἐὰν πεφυκὸς μὴ ἔχῃ ἢ φαύλως, ὥσπερ τὸ ἄπουν καὶ τὸ ἀπύρηνον. Videntur separari absolute invisibile (— in Aristotele licere debet barbare loqui —) (τὸ μὲν) et prope invisibile (τὸ δ'). Verum quod de hoc ponitur, apertissime utrumque comprehendit: ἐὰν μὴ πεφυκὸς ἔχῃ (absolute) ἢ φαύλως (ut prope invisibile sit); et eodem pertinent adiecta illa ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ ἀδύνατον, quæ significant etiam in aliis rebus τὸ ἀδύνατον non semper absolute dici. Scripserat Aristoteles aut: ἀόρατον δὲ ὅλως λέγεται, ὥσπέρ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ ἀδύνατον, ὅταν (aut ὃ ἂν) μὴ πεφυκὸς ἔχῃ ἢ φαύλως, ὥσπερ κ. τ. λ., aut similiter.

Ibd. c. 11 p. 424 a (§ 12): ἄναπτον δ' ἐστὶ τό τε μικρὰν ἔχον πάμπαν διαφορὰν τῶν ἁπτῶν, οἷον πέπονθεν ὁ ἀήρ, καὶ τῶν ἁπτῶν αἱ ὑπερβολαί, ὥσπερ τὰ φθαρτικά. Nihil huc pertinere videtur differentia tangibilium aut differentia ab aliis tangibilibus, sed intangibilitas hæc non absoluta (exigua tangibilitas) causam habet exiguam differentiam rei, quæ tangenda erat (ut aëris), a tangentibus; nam sensus nascitur ex differentia et conflictu. Scribendum igitur: μικρὰν ἔχον πάμπαν διαφορὰν τῶν ἁπτόντων.

Lib. III c. 1 p. 424 b (§ 1). Interpungi oratio sic debet: Εἰ γὰρ παντός, οὗ ἐστὶν αἴσθησις, ἁφή, καὶ νῦν αἴσθησιν ἔχομεν κ. τ. λ. Audiri ἐστὶν apparet. Vulgo scribitur: οἷ ἐστὶν αἴσθησις ἁφή.

Ibd. c. 2 p. 426 b (§ 9). Quæ sentiantur, Aristoteles ait, cum *εἰλικρινῆ καὶ ἀμιγῆ ἄγηται εἰς τὸν λόγον* (ad rationem adducantur, ut neque nimia neque exilia sint), iucunda esse, velut *τὸ ὀξὺ ἢ γλυκὺ ἢ ἁλμυρόν*. Deinde addit: *ὅλως δὲ μᾶλλον τὸ μικτὸν συμφωνία ἢ τὸ ὀξὺ ἢ βαρύ, ἁφὴ δὲ τὸ θερμαντὸν ἢ ψυκτόν.* In his recte Torstrikius vidit separanda a ceteris esse prima: *ὅλως δὲ μᾶλλον τὸ μικτόν* (universe tamen magis iucunda sunt mixta et composita). Sed iniuria reliqua tollit, quæ exempla continent compositorum magis iucundorum appositione adiuncta, ut supra simplicium: *ὅλως δὲ μᾶλλον τὸ μικτόν, συμφωνία ἢ τὸ ὀξὺ ἢ βαρύ, . . ἢ τὸ θερμαντὸν ἢ ψυκτόν*. Apparet, ubi puncta posui, neque *ἁφή*, quod in codicibus est, neque *ἁφῇ*, quod apud Simplicium et Philoponum, ferri posse, sed requiri vocabulum mixtam temperaturam significans, quæ in tactu eodem modo ad *θερμαντὸν* et *ψυκτὸν* se habeat, quo in auditu concentus ad acutum et grave; ea est *ἀλέα*. Scripsisse igitur puto Aristotelem: *ἀλέα δ' ἢ τὸ θερμαντὸν ἢ ψυκτόν*, sed eam scripturam iam ante veterum enarratorum ætatem depravatam esse.

Ibd. paulo post (§ 12) scribendum: *οὐ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ ὅτι* (pro *τὸ ὅτε*).

Ibd. c. 3 p. 427 b (§ 4): *ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ νόησις καὶ ὑπόληψις, φανερόν.* De *νοήσει* omnino non agitur, sed cum dictum esset, *ὑπόληψιν* non esse *ἄνευ φαντασίας*, ostenditur, non eadem tamen hæc esse: *ὅτι δ' οὐκ ἔστιν* (auditur *φαντασία*) *ἡ αὐτὴ καὶ ὑπόληψις, φανερόν.* Non intellectum *καὶ* post *ἡ αὐτὴ* effecit, ut adderetur substantivum pravum. Et omittitur *νόησις* in cod. Parisiensi 2034 (vid. Trendelenb. præf. p. LX). Hæc quoque tamen interpolatio Philopono et Simplicio antiquior est.[1])

---

[1]) III c. 3 p. 428 a (§ 7) notaram tollenda verba *τότε ἢ ἀληθὴς ἢ ψευδής*. Eadem notasse video Torstrikium.

Ibd. c. 6 p. 430 b (§ 5) scribendum videtur: *χωρὶς δὲ ἑκάτερον νοῶν τῶν ἡμίσεων διαιρεῖ καὶ τὸν χρόνον ἅμα. τότε οἱονεὶ μήκη.* (Edd. *ἅμα· τότε δ' οἱονεὶ μήκη.*)

Rhetoricorum lib. I c. 2 p. 1356 a: *φανερὸν, ὅτι ταῦτα ἐστὶ λαβεῖν τοῦ συλλογίσασθαι δυναμένου καὶ τοῦ θεωρῆσαι περὶ τὰ ἤθη καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τρίτον τοῦ περὶ τὰ πάθη, τί τε ἕκαστόν ἐστι τῶν παθῶν καὶ ποῖόν τι.* Tollendum *τοῦ* post *τρίτον* ortum aut ex præcedenti syllaba aut interpolando, constructione non intellecta. Tria sunt, *περὶ ἃ θεωρεῖν* posse oportet, *περὶ τὰ ἤθη καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τρίτον περὶ τὰ πάθη.*[1])

Ibd. c. 4 p. 1360 a: *ἵνα πρὸς τούτους καὶ συνθῆκαι καὶ συμβολαὶ γένωνται.* Scrib. *σύμβολα.* Sic enim apud Græcos appellantur, de quibus hic agitur, pacta de litibus mercatorum diversarum civitatum (*ἀπὸ συμβόλων δίκαι*); *συμβολαί* (collationes) ab hac re alienissimæ sunt.

Ibd. c. 4 p. 1360 a videndum, ne scribi debeat: *περὶ ὧν μὲν οὖν ἐπαΐειν* (pro *ἔχειν*) *δεῖ τὸν μέλλοντα συμβουλεύειν, τὰ μέγιστα τοσαῦτά ἐστιν.*

Ibd. c. 5 p. 1362 a inter fortunæ bona et prospera ponitur: *ἢ εἰ μὴ ἦλθε μόνος ἀεὶ φοιτῶν, οἱ δὲ ἅπαξ ἐλθόντες διεφθάρησαν.* Nihil est *μὴ ἦλθε.* Videtur fuisse: *ἢ εἰ μηδὲν ἔπαθε μόνος ἀεὶ φοιτῶν, οἱ δὲ κ. τ. λ.*

Ibd. c. 12 p. 1372 b oratio sic interpungenda est: *ἀδικοῦσι δὲ τοὺς τοιούτους καὶ τὰ τοιαῦτα· τοὺς ἔχοντας, ὧν αὐτοὶ ἐνδεεῖς κ. τ. λ.* Promittitur hominum et rerum enumeratio; hominum, quibus iniuriam faciunt iniusti, primum genus sunt *οἱ ἔχοντες ὧν αὐτοὶ ἐνδεεῖς.*

---

[1]) Lib. I c. 1 p. 1354 b, cum uterer solo minore Spengelii exemplo in vol. I rhetorum Græcorum apud Teubnerum 1853 editorum, annotavi pro *συνῄρηται* scribendum *συνήρτηται.* Nunc ex maiore Spengelii editione idem Mureto video recte placuisse.

Ibd. c. 12 p. 1373 a: *καὶ οἷς χαριοῦνται ἢ φίλοις ἢ θαυμαζομένοις ἢ ἐρωμένοις κ. τ. λ.* Enarrare conatur Spengelius: *καὶ οὓς ἀδικοῦντες χαριοῦνται.* Hoc dativo significari nequit; scribendum: *καὶ ἐν οἷς.* Paulo post, ubi scribitur: *καὶ τοὺς ὑπ' ἄλλων μέλλοντας, ἂν μὴ αὐτοί, ὡς οὐκέτι ἐνδεχόμενον βουλεύσασθαι*, apparet (maxime ex hac adiectione et ex sequentibus) significari, qui iniuriam facturi sint, nisi ipsi (ii, de quibus agitur,) occupaverint facere. Tollendum igitur *ὑπ' ἄλλων*, ex prava enarratione ortum.

Ibd. c. 15 p. 1377 a: *ἐάν τε ὑπεναντίαι ὦσι (αἱ βάσανοι) καὶ μετὰ τοῦ ἀμφισβητοῦντος, διαλύοι ἄν τις τἀληθῆ λέγων καθ' ὅλου τοῦ γένους τῶν βασάνων.* Tollendum *τἀληθῆ* ex versu proximo altero huc translatum. Impugnandum esse dicitur totum genus; quam vere impugnetur, nihil ad rem.

Ibd. c. 15 p. 1377 a scribendum: *διότι ὁ μὲν ὀμόσας οὐκ ἀποδίδωσι, τοῦ δὲ* (pro *τοὺς δέ*) *μὴ ὀμόσαντος οἴεται καταδικάσειν.*

Lib. II c. 3 p. 1380 b: *παύει γὰρ ὀργὴν ὁ χρόνος παύει δὲ καὶ ἑτέρου ὀργὴν μείζω ἡ παρ' ἄλλου ληφθεῖσα τιμωρία πρότερον.* Scrib.: *παύει δὲ καὶ ἑτέρου ὀργὴ μείζων ἢ παρ' ἄλλου ληφθεῖσα τιμωρία πρότερον.*

Ibd c. 6 p. 1384 a: *καὶ τὸ ὑφ' ἑτέρου εὖ πάσχειν, καὶ τὸ πολλάκις, καὶ, ὃ εὖ ἐποίησεν, ὀνειδίζειν· μικροψυχίας γὰρ πάντα . . . σημεῖα.* Vitiosum *ὑφ' ἑτέρου.* Nam *εὖ πάσχομεν* semper ab aliis, nec in eo per se *μικροψυχία* est. Fuitne: *ὑφ' ὑποδεεστέρου*?

Ibd. c. 15 p. 1390 b: *κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι τῆς φύσεως· ὅπερ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὐ συμβαίνει τοῖς εὐγενέσιν, ἀλλ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ εὐτελεῖς.* Loquitur de *τοῖς πολλοῖς τῶν εὐγενῶν.* Ii non *εὐτελεῖς* sunt, sed *ἐντελεῖς* Aristotelis sententia.

Ibd. c. 20 p. 1394 a: *Δεῖ δὲ χρῆσθαι τοῖς παραδείγμασι μὴ ἔχοντα μὲν ἐνθυμήματα ὡς ἀποδείξεσιν* (...), *ἔχοντα δὲ ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγῳ χρώμενον τοῖς ἐνθυμήμασιν*. Hoc ceteris præceptis vehementer repugnat, *ἐνθυμήματα*, in quibus nervus est confirmationis, epilogi loco exemplis superponenda esse; et statim contrarium subiicitur: *προτιθέμενα μὲν γὰρ . . ., ἐπιλεγόμενα δὲ μαρτυρίοις, ὁ δὲ μάρτυς πανταχοῦ πιθανός*, quæ de exemplis dici apertissimum est (*ὡς μαρτυρίοις*). Itaque hæc *ἐπιλέγεσθαι* debent, non *τὰ ἐνθυμήματα*. Scribendum: *ἐπιλόγῳ χρώμενον ἐπὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν*.[1])

Ibd. p. 21 p. 1394 b in versu trochaico ignoti poetæ: *θνητὰ χρὴ τὸν θνητὸν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνητὸν φρονεῖν*, ineptissime repeti *τὸν θνητόν* apparet, sententiamque sic absolvi debere: *θνητὰ χρὴ τὸν θνητὸν, οὐκ ἀθάνατα φρονεῖν*. Sed ita perit versus. Is sic fere scribendus est:

θνητὰ χρὴ τὸν θνητὸν, ἀθάνατ' ἀθανάτους (*ἐᾶν*?) *φρονεῖν*.

Iam recte se habent duo contrarie relata.

Ibd. c. 23 p. 1400 b: *καὶ Δράκοντα τὸν νομοθέτην, ὅτι οὐκ ἂν ἀνθρώπου οἱ νόμοι ἀλλὰ δράκοντος*. Felici errore, si error est, apud Bekkerum *ἂν* excidit, quod ortum est ex proximi vocabuli prima syllaba.

Lib. III c. 2 init. p. 1404 b: *σημεῖον γὰρ ὅτι ὁ λόγος, ὡς ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον*. Spengelius *ὅτι* et *ὡς* abundanter iuncta defendere conatur;

---

[1]) Cum solo minore exemplo Spengeliano uterer, et c. 9 p. 1387 a *ὅπλων κάλλος* scribendum conieci (pro *ὅπλα ὧν κάλλος*) et c. 12 p. 1388 b: *Τὰ δὲ ἤθη ποῖοί τινες καὶ τὰ πάθη . . . κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ τὰς τύχας*. Illud codices præter A habent, hoc Muretus aliique occuparunt, quibus frustra Spengelius repugnat.

sed quid signum est? et quo pertinet hæc signo demonstratio? Scribendum ὅτι omisso: σημεῖον γὰρ ὁ λόγος, ὡς (ɔ: ὥστε), ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. Oratio signum est (mentem exprimens), ita ut, si non declarat (quod non facit, si ἀσαφής est), officio suo non fungatur. Librarius σημεῖον pro σημεῖόν ἐστι accipiens particulam subiecit.

Ibd. c. 8 p. 1408 b: ὁ δὲ τοῦ σχήματος τῆς λέξεως ἀριθμὸς ῥυθμός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά. Neque numeri neque rhythmi quæ sint μέτρα τμητά, scio, sed ut σχῆμα λέξεως, sic magis etiam μέτρα numero dividi posse: ᾧ καὶ τὰ μέτρα τμητά.

Ibd. c. 9 p. 1409 b: τὸ δὲ μηδὲν προνοεῖν εἶναι μηδὲ ἀνύειν ἀηδές. Et εἶναι et προνοεῖν aliena. Fortasse fuit: τὸ δὲ μηδὲν πρὸ ὁδοῦ ἰέναι aut tantum τὸ δὲ μηδὲν προϊέναι.

Ibd. c. 15 p. 1416 a: ἢ ἀντικαταλλάττεσθαι ἀδικοῦντα, εἰ βλαβερὸν, ἀλλὰ καλὸν, εἰ λυπηρὸν, ἀλλ᾽ ὠφέλιμον, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον. Nullus hic iniuriæ locus. Videtur fuisse ἀντιδικοῦντα.

Ibd. paulo post (de modo diluendæ calumniæ): ἄλλος (τρόπος), εἰ ἄλλους διέβαλεν, ἢ ἄλλος αὐτοὺς, ἢ ἄνευ διαβολῆς ὑπελαμβάνοντο ὥσπερ αὐτὸς νῦν, οἳ πεφήνασιν οὐκ ἔνοχοι. Defensio ducitur ex aliis, quos calumnia infamavit aut sine calumnia mala opinio, sed qui post innocentes reperti sunt. Ad hanc sententiam inepta illa ἢ ἄλλος αὐτούς. Scribendum: εἰ ἄλλους διέβαλεν ἢ ἄλλος ἢ αὐτὸς (aut hic ipse, qui nunc quoque eum, qui se defendit).

Ibd. c. 17 init. p. 1417 b scribendum et oratio interpungenda sic: οἷον εἰ ὅτι οὐ γέγονεν, ἀμφισβητεῖται ἐν τῇ κρίσει, δεῖ τούτου μάλιστα τὴν ἀπόδειξιν φέρειν. (Vulgo: ἀμφισβητεῖ, ἐν τῇ κρίσει δεῖ.) Paulo post scribendum: καὶ ὅτι οὐ τοσόνδε ἢ ὅτι δι-

καίως, ὡσαύτως ὡς καὶ περὶ τοῦ γενέσθαι τοῦτο ἀμφισβήτησις.

Ibd. p. 1418 a sub fin. (de Gorgia semper materiam reperiente ad proxima et adiuncta egrediendo) scribendum: ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρίαν (ἐπαινεῖ) ἢ τὰ καὶ τὰ ποιεῖ ἢ τοιόνδε ἐστίν. Persequitur opera fortitudinis et eam describit. (Vulgo: ἢ τὰ καὶ τὰ ποιεῖ· ὃ τοιόνδε, sed codex optimus ποιεῖ ἢ τοιόνδε.)

Ibd. c. 18 p. 1419 a: οἷον Σωκράτης, Μελήτου οὐ φάσκοντος αὐτὸν θεοὺς νομίζειν, εἴρηκεν ὡς ἂν δαιμόνιόν τι λέγοι, ἤρετο, εἰ οὐχ οἱ δαίμονες ἤτοι θεῶν παῖδες εἶεν ἢ θεῖόν τι κ. τ. λ. Coniungitur necessario Σωκράτης ἤρετο. Εἴρηκεν, quod pro εἶπεν in narrando pravum est, ad Meletum pertinet; nam ex eo, quod is de genio Socratis dixerat, Socrates interrogandi occasionem cepit. Sententiæ satisfaciet: εἰρηκότος δὲ, ὡς δαιμόνιόν τι λέγοι.

Appendicis loco brevissime subiungam, quæ in Theophrasti characteribus, cum eos a collega amicissimo Ussingio editos a. 1868 relegi, annotavi ab aliis, quod sciam, non occupata. Nam quædam, in quæ incideram, aliis iam in mentem venisse intellexi, ut char. 14: ἡδύ γε τῶν ἄστρων ὄζει. In præfatione igitur subditicia init. scribendum videtur: τί ἄρα δήποτε (pro τί γὰρ δ.), char. 4: λαθεῖν καταλέσας μετ' αὐτῆς . . . τὰ ἐπιτήδεια (καταλέσας), char. 5 extr.: ὕστερον ἐπεισιέναι ἵν' εἴπῃ τῶν τις θεωμένων (ἔπεισιν ἐπὶ τῶν θεωμένων), char. 8 init.: πῶς ἔχεις περὶ τοῦ τι εἰπεῖν καινόν; (περὶ τοῦδε εἰπεῖν), char. 16: ἐπὶ κρήνῃ ἀπονιψάμενος (ἐπιχρωνῆν), char. 18: Ποῦ σοι καταθῶ; οὐ γὰρ σχολάζω πω, εἰπεῖν· Μηδὲν πραγματεύου· ἐγὼ γάρ, ἕως ἂν σὺ σχολάσῃς, συνακολουθήσω (πόσου κατάθου . . . πω πέμπειν, Μηδὲν . . . ἐγὼ γὰρ ἂν σὺ), char. 21: ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσαντά τι ἰδιοποιήσασθαι

:ρὰ τῶν πρυτανέων, ὅπως (καὶ συνδιοικήσασθαι),
:r. 22: ἐπιγράψας μέλανι τὸ ὄνομα (μὲν αὐτοῦ τὸ),
:r. 23: συκοφαντηθῇ περαιτέρω φίλος εἶναι, ἢ προσ-
ει, Μακεδόσι (περαιτέρω φιλοσοφεῖν προσῆκε), char.
: ὑποπρίασθαι φίλου καὶ ἐπιβαλὼν ἀποδόσθαι
m, quam amicus empturus sit, sibi emere et aucto pretio
vendere, pro: φίλου ἐπιλαβών).

Liber IV.

Cap. I.

Polybius, Diodorus Siculus.

Scriptoribus Atticis adiunximus Aristotelem, sermonis quoque ipsius forma (non solum dicendi genere) ab illis satis seiunctum, sed tamen Demosthenis æqualem, ut non in temporis intervallo, sed in origine eius, consuetudine, ingenio posita sit diversitatis causa. Transimus ad scriptorem ab Aristotele et Demosthene integro seculo et dimidio distantem, in exponendo, quemadmodum Græci reliquique populi sub Romanorum imperium redacti sint, ea Græci sermonis forma, quæ communis appellatur, utentem, ab illo ad Augusteæ ætatis scriptores venturi. Sunt autem hi scriptores, ut a proprietate ingenii Attici et artium Græcarum flore remoti, ita et rerum genere et ipsa scribendi forma, si non suavi et ornata, at perspicua fere et stabili faciliores quam quos hactenus tractavimus. Itaque eam, quam ab initio propositam mihi dixi quamque materiæ amplitudo postulat, scribendi brevitatem iam magis sequi licebit, emendationum causis aut omissis aut verbo significatis.

Polybium cum iuvenis maxime rerum Romanarum causa studiose legerem, Schweighäuseri copiis utens, complura emendavi; eorum alia iam tum, cum ante decem et paulo plus annos Livium tractans magnas Polybii partes Bekkeriano exemplo utens percurrerem, occupata ab aliis

vidi, quædam postea a Dindorfio, Hultschio, aliis præcepta intellexi. Restant pauca nec magna.[1])

Lib. I, 29, 6: *Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κυριεύσαντες . . ., ἔτι δὲ πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην πέμψαντες τοὺς ἀπαγγελοῦντας . . ., μετὰ δὲ ταῦτα πάσῃ τῇ δυνάμει . . . ἀναζεύξαντες ὥρμησαν κ. τ. λ.* Tollendum *δέ* post *μετά*. Polybius et Diodorus similesque scriptores scribendi regulam sequentes nihil ex familiaris sermonis imitatione anacoluthi habent.

Lib. II, 6, 11: *ἀκρίτως μὲν κεχρημένοι τότε τοῖς εὐεργέταις, ἀφρόνως δ' ἐξ ἀρχῆς βεβουλευμένοι.* Scrib.: *ἀχαρίστως μὲν κεχρ.*

Ibd. 21, 9: *νομίσαντες οὐχ ὑπὲρ ἡγεμονίας ἔτι . . . Ῥωμαίους τὸν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι πόλεμον.* Scr.: *ποιήσεσθαι.*

Ibd. 22, 11: *ἐνεχείρησαν ὁμοθυμαδὸν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς πρὸς τοὺς* (sic codd., non *τὰ*) *κατὰ τοὺς πολεμίους, νομίζοντες κ. τ. λ.* Scrib.: *πρὸς τοὺς κατὰ τούτους τοὺς τόπους πολεμίους.* Nocuit similitudo vocum.

Lib. III, 25, 3 oratio sic interpungenda est: *ἐὰν συμμαχίαν ποιῶνται πρὸς Πύρρον, ἔγγραπτον ποιείσθωσαν ἀμφότεροι*, *adscribunto.* (Vulgo *πρὸς Πύρρον ἔγγραπτον, ποιείσθωσαν.*)

Ibd. 29, 10 scribendum: *περὶ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα προσληφθησομένων αὐτῷ τούτῳ, τῷ μήτε ξενολογεῖν* (v. *αὐτὸ τοῦτο, μήτε ξενολογεῖν*) *μήτ' ἐπιτάττειν μηδετέρους μηδὲν ἐν ταῖς ἀλλήλων ἐπαρχίαις καὶ συμμαχίαις, ὑπάρχειν τὴν ἀσφάλειαν* (v. *ὑπάρχειν τε τὴν ἀσφ.*) *πᾶσι τὴν παρ' ἀμφοῖν.*

Ibd. 40, 6: *πάλαι μὲν οἷον λοχῶντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, οὐκ ἔχοντες δὲ τότε καιρόν, μετεωρι-*

---

[1]) Hultschianæ editionis primum volumen ad manum non fuit.

ζόμενοι κ. τ. λ. Scrib.: *οὐκ ἔχοντες δὲ καιρὸν, τότε μετεωριζόμενοι κ. τ. λ.*[1])

Lib. IV, 57, 10: *Οἱ δὲ παρεισπεσόντες ἀπερινοήτως λαμπρῶς ἐχρήσαντο τοῖς πράγμασιν.* Transpositione certa utendum (ut in proximo loco): *Οἱ δὲ, παρεισπεσόντες λαμπρῶς, ἀπερινοήτως ἐχρήσ. τ. πρ.*, cum fortiter feliciterque in urbem penetrassent, imprudenter rebus usi sunt [2])

Lib. VI, 43, 2: *Ἐγὼ δὲ ταύτας μὲν ἐῶ· τὴν δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων οὐ πάνυ τι πολλοῦ προσδεῖσθαι πέπεισμαι λόγου.* Pronomen *ταύτας* ipsas Atheniensium et Thebanorum resp. aut solas aut cum ceteris comprehendit nec eas Polybius omittit (*ἐᾷ*), sed commemorat. Scrib.: *Ἐγὼ δὲ ταύτας μὲν (λέγω δὲ τὴν τῶν Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων) οὐ πάνυ τι πολλοῦ προσδεῖσθαι πέπεισμαι λόγου.* Cum non satis certum esset, quas resp. Polybius *ταύτας* diceret, definivit.

Lib. VIII, 33, 6: *τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐφῆκε διαρπάζειν τὰς Ῥωμαίων οἰκίας.* Qui *ἐπὶ τῶν πραγμάτων* sunt, hoc est, rebus præpositi, non dimittuntur ad urbes populandas, sed *οἱ ἐπιτηδειόστατοι ἐκ τῶν ταγμάτων.*

Lib. IX, 28, 6: *κατέφθειρε μὲν τέμνων τὴν γῆν,*

---

[1]) De III, 83, 4 vid. emendatt. Liv. p. 232. Lib. IV, 44, 4 e codicibus revocandum est: *τῶν δ' ἔμπροσθεν ἀφιᾶσι κατὰ ῥοῦν*, sed ante eas, id est, e regione earum (auf der Höhe von diesen Pünkten). *Τῶν* pro *τούτων* ex usu Polybii in talibus locis; vid. IV, 64, 7 et 85, 2, V, 1, 10.

[2]) V, 82, 10 nondum cognita Casauboni coniectura emendaveram: *μεταξὺ* (pro *μετὰ*) *δὲ τούτων καὶ τῶν εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένων τοὺς μετὰ Βυττάκου τοῦ Μακεδόνος ὄντας πενταχισχιλίους παρενέβαλεν.* Cfr. de Byttaci copiis 79, 3. Macedonice armati in medio erant (82, 2 init.). His annectebatur dextrum cornu per illos expeditos Byttaci.

κατέφθειρε δ' αὐτῶν τὰς οἰκίας. Male inter se respondent *τέμνων* et *αὐτῶν.* Respondebunt egregie: *τέμνων τὴν γῆν . . . ἅπτων τὰς οἰκίας.*

Ibd. 30, 6: *Ἀχαιοὺς μὲν γὰρ οὐχ οἷον δεῖν ἡσσωμένους βλάπτειν ὑμῶν τὴν χώραν, μεγάλην δὲ χάριν ἕξειν αὐτοὺς ὑπολαμβάνω τοῖς θεοῖς κ. τ. λ.* Nec *δεῖν* nec *ἡσσωμένους* sensum habet. Scribendum: *οὐχ οἷον δεῖν οἰησομένους βλάπτειν κ. τ. λ.*, id est: *οὐχ οἷον δεῖν οἰήσεσθαι βλ* (non solum non vexandam putaturos terram vestram credo). Sæpius Polybius post huiusmodi verba participium futuri pro infinitivo posuit, ut c. 38, 7: *τί προσδοκᾶν δεῖ τούτους ἀπεργασομένους.*[1])

Lib. XI, 16, 2 scribendum: *οἱ μὲν προδιαλελυκότες τὰς τάξεις τῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῇ τῆς τάφρου καταβάσει ἀνιόντες* (codd. *τάφρου καταβαίνοντες*) *πρὸς ὑπερδεξίους τοὺς πολεμίους ἀποδειλιάσαντες ἐτρέποντο.*

Ibd. § 6 et 8 bis eodem modo aberratum est; scribendum est enim: *καὶ μακρὰν αὐτὸν ἐν πορείᾳ διαβαλεῖ* (longo se agmine in itinere diffundet) et post: *μακρὰν ἑαυτοὺς δόντες ἐν πορείᾳ.* Utroque loco codices et editiones *ἐμπειρίας*, sine sensu.

Lib. XII, 25 i (Bekk.): *ὀλίγοι μὲν γὰρ πάντας ἐπιδέχονται διαθέσθαι τοὺς ἐνόντας λόγους.* Post *γάρ* excidit *καιροί.*

Lib. XXIII, 10 a: *ὥστε ἐπαινοῦντά τινα κακῶς ἅμα ποιεῖν.* Scr.: *λέγειν.* Philopœmen, Archonem laudans, quod *πανούργως* egisset, simul *κακῶς ἔλεγεν* Vitium est enim *πανουργία.*

Lib. XXXI, 17 a: *Ὅτι Ῥόδιοι τἄλλα συζῶντες*

---

[1]) IX, 39, 4 restituendum *καί*: *καλόν γε ταύτης τῆς συμμαχίας μετασχεῖν καὶ κατὰ προαίρεσιν*: pulchrum et tenori consiliorum (proposito) conveniens.

τῇ τοῦ πολιτεύματος προστασίᾳ βραχὺ παρώλισθον ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς. Scrib.: *σώζοντες τὴν τοῦ πολιτεύματος προστασίαν, servata reip. dignitate.*

Lib. XXXI, 13: *Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐδυνήθησαν οἱ Τρόκμοι δι' αὐτῶν ἀποτεμέσθαι τῆς Καππαδοκίας οὐδὲν, ἀλλ' ἐκ χειρὸς ᾠκοδομήσαντο τὴν δόκην ἐπιβαλόμενοι τόλμαν, καταφυγόντες ἐπὶ Ῥωμαίους διαβάλλειν ἐπειρῶντο τὸν Ἀριαράθην.* Ex corruptis illis *ἀλλ' ἐκ . . . δόκην* efficiendum est: *ἀλλ' ἐκεχειρίαν ὡρκωμότησαν, τότε ἀδικωτάτην ἐπιβαλόμενοι τόλμαν, καταφυγόντες κ. τ. λ.* Unum dubitationem habet *ἀδικωτάτην.*

Lib. XXXII, 9: *προαγόντων δ' αὐτῶν* (Polybio et P. Scipione adolescentulo, cum Q. Fabius Scipionis frater discessisset) *ὁ Πόπλιος ἡσυχῇ καὶ πράως τῇ φωνῇ φθεγξάμενος καὶ τῷ χρώματι γενόμενος ἐνερευθής, Τί δέ, φησίν, ὦ Πολύβιε, δύο τρώγομεν ἀδελφοὶ καὶ διαλέγῃ συνεχῶς καὶ πάσας τὰς ἐρωτήσεις . . . ποιῇ πρὸς ἐκεῖνον, ἐμὲ δὲ παραπέμπεις;* Ex litteris illis *δύο τρώγομεν* hæc eruuntur certissima: *Τί δέ, ὦ Πολύβιε, σὺ οὕτω τῷ μὲν ἀδελφῷ καὶ διαλέγῃ συνεχῶς καὶ . . . ποιῇ πρὸς ἐκεῖνον, ἐμὲ δὲ παραπέμπεις;*[1])

Diodori Siculi, scriptoris vel potius compilatoris minime aut diligentia aut iudicio aut arte commendabilis, sed in tanta aliorum iactura summe utilis et necessarii, librorum quinque primorum, qui in fabulis occupantur, exceptis aliquot primi capitibus et quinti quadraginta primis, tantum sparsas particulas locosque legi celeriter, reliquos, qui supersunt, et legi satis diligenter aliquot abhinc annos historiæ causa et inter legendum multa correxi, cum uterer

---

[1]) De XXIX, 1 e (p. 1033 B.) vid. emendd. Liv. p. 575 n., de XXIX, 1 f (p. 1034) ibd. p. 576.

prima et altera L. Dindorfii editione, postea Bekkeri, interdum Wesselingium adhiberem. Quæ annotaveram, contuli nunc cum quarta Dindorfii editione (a. 1866 sqq.) multaque ab illo aliisque occupata delevi[1]). Codices Diodori præter lacunas verborumque omissiones (quarum exempla, ne magnam illam in libro XVII ante c. 84 commemorem, in libro XIV cc. 16, 26, 32, 53, 60, 64, 67, 80, 83 reperias; cfr. supra p. 44) et additamenta (velut XII, 26, XV, 19) verbaque male repetita (velut XI, 79, XII, 54, XIII, 29, XVII, 69) alia quoque manifestissima et prope puerilia menda communiter obsident (quorum specimen sit in libro XIII, 69 *ἐν δ' ἴσῃ* pro *ἐν αἷς ἡ*, XV, 36 *τάς τε ναῦς τῇ πόλει* pro *τάς τ' ἐν αὐτῇ πόλεις*), eaque satis antiqua, ut præter Suidam (XIII, 69; nam Toupius fallitur) ostendit codex X aut XI seculi ante aliquot annos Patmi repertus, cuius specimen (lib. XI, 1—12) Bergmannus edidit Brandenburgi 1867.

Lib. I, 6: *τὰ μὲν πολλὰ συντάξασθαι πειρασόμεθα κατ' ἰδίαν διὰ τὸ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην πολλοῦ λόγου προσδεῖσθαι.* Contrarium hoc est consilio Diodori, qui pleraque et vulgaria omittere decrerat. Scribendum: *συντάξασθαι παρήσομεν.* XVI, 46: *τὸ διλογεῖν περὶ τῶν αὐτῶν παρήσομεν*, et XX, 37.

Lib. V, 2 tollendum *δέ* post *τελευταῖον*, ut sit: *ἀπὸ δὲ τῶν . . . Σικανῶν Σικανία προσαγορευθεῖσα, τὸ τελευταῖον ἀπὸ Σικελῶν . . . ὠνόμασται Σικελία.* Hic ne Thucydides quidem structuram perturbasset.

Ibd. 13 ridicule ferrum Ilvæ insulæ Dicæarchiæ et

---

[1]) In libro XIII hæc emendaveram, quæ nunc a Dindorfio recepta video: c. 10 *ἐπιπλέοντες* (pro *εἰσπλέοντες*), 50 *ἀπόπλουν* (pro *ἐπίπλουν*), 81 *ὁμοροῦντες τῇ . . . ἐπικρατείᾳ* (*ὁρῶντες τὴν . . . ἐπικράτειαν*), 84 *ἀγρογειτόνων* (*ἀπὸ γειτόνων*), 98 *ἀφηγημένος* (*ἀφηγούμενος*), in libro XIX, 55 *παρατήρησις* (cfr. I, 28, V, 31) et 74 *ἅμα ταπεινώσειν.* Similiter in ceteris.

alibi ad exportandum *εἰς ὀρνέων τύπους χαλκεύεσθαι* dicitur. Scrib.: *εἰς ὄγκων τύπους*, in massarum diversas formas, quæ contrariæ sunt instrumentis iam ad usum paratis, *δικέλλαις, δρεπάνοις, ἄλλοις ἐργαλείοις.*

Ibd. 15. Cum *δυσχωρίαις* non potest coniungi tanquam libertatis præsidium *ἡ ἐν τοῖς καταγείοις* (quas paulo ante *οἰκήσεις καταγείους* appellavit) *δυστραπελία.* Scrib. videtur: *ἡ ἐν τοῖς καταγωγίοις δυστραπελία.* Significatur nullos esse portus et loca, quo naves appellantur (*κατάγονται*), difficilia.

Ibd. 17: *ὠνούμενοι γυναῖκας καὶ οἶνον ἅπαντα τὸν μισθὸν εἰς ταῦτα κατεχώριζον. Καταχωρίζειν* nusquam alibi dicitur de pecunia (in quæstu) collocanda; in mulieribus et vino omnino non collocatur, sed consumitur pecunia. Scr.: *κατεχορήγουν.* Paulo rarius verbum mutatum est. (In lexici Passoviani editione quarta miro errore citatur XIII, 114, ubi non scribitur: *τὴν ἐχομένην βίβλον εἰς τὰς ἑξῆς πράξεις καταχωρίζειν*, sed: *τὰς ἑξ. πρ. εἰς τὴν ἐχομένην βίβλον.*)

Ibd. 19: *ἥ τε ὀρεινὴ δρυμοὺς ἔχει πυκνοὺς καὶ μεγάλους καὶ δένδρα παντοδαπὰ καρποφόρα καὶ πρὸς τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι διαίτας ἔχοντα συναγκείας καὶ πηγὰς πολλάς.* Tollendum *ἔχοντα*, quod omnem orationis structuram et sententiam evertit, quasi arbores *συναγκείας* habeant.

Ibd. 32: *τοὺς δὲ ὑπὲρ ταύτης τῆς Κελτικῆς εἰς τὰ πρὸς νότον νεύοντα μέρη . . . καθιδρυμένους.* Res postulat *πρὸς βορέαν*, nisi verba: *εἰς τὰ . . . μέρη* loco mota sunt reponendaque post *Πυρηναίων ὀρῶν.* Paulo post *πάλιν* non tollendum fuit, sed in *πάλαι* mutandum (*iampridem, olim*): *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πάλαι πάντα ταῦτα τὰ ἔθνη συλλήβδην μιᾷ προσηγορίᾳ περιλαμβάνουσιν.*

Ibd. 39: *Καθόλου δ' ἐν τοῖς τόποις αἱ μὲν*

γυναῖκες ἀνδρῶν, οἱ δ' ἄνδρες θηρίων ἔχουσιν εὐτονίαν καὶ ἀλκήν. Scr.: ἐν τοῖς πόνοις. (Cfr. ad XIV, 113.)

Lib. XI, 5 excidisse quædam ostendit non solum μέν, quod Dindorfius tolli vult, sed ἅμα. Scripserat Diodorus ad hanc formam: ἀπέστειλεν ἀγγέλους... τοὺς ἅμα μὲν κατασκεψομένους τοὺς τόπους, ἅμα δὲ πευσομένους, τίνα διάνοιαν ἔχουσι κ. τ. λ. Nocuit similis terminatio participiorum.

Ibd. 11: καὶ τὴν τῶν Περσῶν δὲ κατάπληξιν οὐκ ἄν τις ἀπιστήσαι γενέσθαι. Excidit μεγίστην aut simile adiectivum ante γενέσθαι.

Ibd. 13: ὥστε δοκεῖν τὸ θεῖον ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν Ἑλλήνων. Græcis συλλαμβάνειν videri poterant dii; ἀντιλαμβάνεσθαί τινος de persona longe aliter dicitur. Scrib.: τῶν Ἑλληνικῶν, rebus Græcis intervenire.

Ibd. 20 scrib.: καὶ χωρὶς ναῦς φορτίδας, τὰς κομιζούσας τὴν ἀγορὰν, ὑπὲρ τὰς τρισχιλίας, deleto πολλὰς, quod additur inter χωρὶς et ναῦς.

Ibd. 21: καὶ ἄλλας (πύλας Γέλων) προσκατεσκεύασε, δι' ὧν ἦν εὔχρηστός τε πρὸς τὰς κατεπειγούσας χρείας. Lacunam esse putant post χρείας. Scribendum: δι' ὧν ἦν εὐχρηστεῖσθαι πρὸς τὰς κατεπειγούσας χρείας. Cfr. V, 12: εὐχρηστούμενοι κατὰ πολλὰ διὰ τοὺς ἐμπόρους.

Ibd. 22: καὶ ταῖς φωναῖς ταῖς ἐλπίσι τῆς νίκης ἐπαρθέντες τοῖς φρονήμασιν ἐπέκειντο θρασύτερον τοῖς βαρβάροις. Delent ταῖς φωναῖς. Unde ortum? Scrib.: καὶ ταῖς φανείσαις ἐλπίσι τῆς νίκης.

Ibd. 23: καὶ παρὰ μὲν τοῖς Πέρσαις διαπεφευγέναι τὸν βασιλέα καὶ πολλὰς μυριάδας μετ' αὐτοῦ, παρὰ δὲ τοῖς Καρχηδονίοις μὴ μόνον ἀπολέσθαι τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ. Excidit συνέβη aut simile verbum. Neque enim post ἐποίησαν rediri potest ad sententiam eorum, qui alterisutris principatum deferebant.

Ibd. 26: Ἐπεβάλετο δὲ ὕστερον καὶ κατὰ τὴν

Verum Locri non minus *παράλιοι* erant. Videtur fuisse: *εἰς τὴν Παρνασίαν*.

Ibd. 86: *Ἐγεσταίοις καὶ Λιλυβαίοις ἐνέστη πόλεμος*. Usus postulat *συνέστη*. Error ex præcedenti *σ*. [Sic Bekk.]

Ibd. 89: *οἱ τὰς ἀμφισβητήσεις ἔχοντες . . . τῇ διὰ τῶν ὅρκων τούτων ἀναιρέσει κρίνονται*. Quæ sit *δι᾽ ὅρκων ἀναίρεσις*, prorsus nescio; rectum erit: *τῇ διὰ τῶν ὅρκων τούτων ἀνακρίσει κρίνονται*. Paulo post pro *ἀπαλλαγῶσι* scribendum *ἀπαγάγωσι* (servos abducant secum).

Lib. XII, 16 extr.: *διὸ καί τινας τῶν τοιαύτας κατηγορίας πεποιημένων πρὸς τοὺς δικαστὰς τοὺς δικάζοντας περὶ τῆς τῶν παρανενομηκότων τιμωρίας εἰπεῖν ὅτι σώζειν ἀναγκαῖον ἢ τὸν νόμον ἢ τὸν ἄνδρα*. Scrib. ad hanc formam: *διὸ καί τινος τῶν . . . πεποιημένων πρὸς τοὺς δικαστὰς σχετλιάζοντος περὶ τῆς τῶν παρανενομηκότων τιμωρίας εἶπεν* (*ὁ Χαρώνδας*), *ὅτι κ. τ. λ.* Verbum *σχετλιάζοντος* certum non est, participii forma ceteraque certa.

Ibd. 17: *τρεῖς οἱ πάντες εἰσηγοῦνται διορθωθῆναι διά τινας ἀναγκαίας περιστάσεις ἐπὶ τὴν ὑπὲρ τῆς διορθώσεως συμβουλίαν παραγενέσθαι*. Scrib.: *εἰσηγηταὶ λέγονται διά τινας κ. τ. λ.* His in unum conflatis additum est *διορθωθῆναι*. *Εἰσηγηταί* iam Reiskius. (*Εἰσηγοῦνται* non potest passive accipi, ut videtur Dindorfius fecisse in ed. 4.)

Ibd. paulo post: *ἑτερόφθαλμός τις ἐκκοπεὶς τὸν ὀφθαλμὸν καὶ στερηθεὶς ὅλης τῆς ὁράσεως, τὸν μὲν ἀντεκκόψαι τὸν δράσαντα ἔλαττον ὑπέλαβε πρόστιμον ἐκτῖσαι*. Scrib.: *τῷ τὸν ἕνα ἀντεκκεκόφθαι τὸν δράσαντα ἔλαττον ὑπέλαβε πρόστιμον ἐκτίσειν*. (*Τὸ μὲν ἕνα* Dindorfius in ed. 4, cetera non recte; subiecti locum tenere *τὸν δράσαντα*, etiam, quæ sequuntur, ostendunt.)

Ibd. 23: *Οὗτοι τοὺς νόμους συνετέλεσαν*. Et res

et quæ paucis versibus post (24) leguntur et c. 26 init., ostendunt scribendum: *Οὗτοι τοὺς νόμους οὐ συνετέλεσαν.*

Ibd. 25 extr.: *ἐὰν δὲ οἱ δήμαρχοι μὴ συμφωνῶσι πρὸς ἀλλήλους, κύριοι εἶναι τὸν ἀνὰ μέσον κείμενον μὴ κωλύεσθαι.* Ridicule interpretantur de continuando magistratu, in qua re nulla erat consensus dissensusve vis; de nominativo (*κύριοι*) solœco tacent. Scribendum est: *κύριον εἶναι τὸ ἀνὰ μ. κ. μ. κ.*, *non impediri, quod agatur et propositum sit, quin ratum sit.* Male intellexit Diodorus, quod legerat, in dissensu plus valere intercessorem, ratam esse intercessionem.

Ibd. 29 sub fin. cap. scrib.: *συμμάχων μὲν ἦσαν ἔρημοι διὰ τὰς ἄλλας πόλεις, αἳ ὑπήκουον Συρακουσίοις, μέγαν δ' ἀγῶνα συνεστήσαντο.* (Vulgo: *διὰ δὲ τὰς* et *μέγαν ἀγῶνα.*) Trinacium urbem, Trinacios confinxitne Diodorus pro Triocalis, Triocalinis?

Ibd. 30: *οἱ φυγάδες ἀθροισθέντες καὶ παραλαβόντες τοὺς Ἰλλυρίους ἔπλευσαν κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον· στρατευσάντων δὲ τῶν βαρβάρων πολλῇ δυνάμει κ. τ. λ.* Reliqua narratio terra venisse Illyriorum exercitum ostendit; neque res effecta illo loco (*ἔπλευσαν*) significari potest, quæ verbis *στρατευσάντων δὲ τ. β.* demum significatur. Scripserat Diodorus: *ἐκέλευσαν κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον στρατεύειν· στρατευσάντων δὲ τῶν βαρβ.* Omisso *στρατεύειν*, quod idem verbum sequebatur, mutatum est *ἐκέλευσαν.*

Ibd. 33 extr.: *Ἀθηναίων ἐπιφανέντων ἄλλαις εἴκοσι ναυσὶν, ἃς ἀπεστάλκεσαν ἐν τῇ δευτέρᾳ συμμαχίᾳ.* Opinor fuisse: *ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκκλησίᾳ.* Nam etsi *συμμαχία* de auxilio misso dicitur interdum, tamen vix *δευτέρα συμμαχία* rectum est aut *ἐν συμμαχίᾳ.*

Ibd. 62 extr.: *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ ἐκ τῆς Λακωνικῆς ἀμυνόμενοι τοὺς Σπαρτιάτας ἐκράτουν, Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν ἰδίαν χώραν ἔχοντες ἐκ τῆς θαλάττης*

προσέβαλλον τοῖς πολεμίοις. Scrib.: *τὴν ἰδίαν χώραν ἔχουσιν . . . τοῖς πολεμίοις.* Casus a librario accommodatus est ad præcedens *οἱ Λακεδαιμόνιοι.*

Ibd. 63 init.: *καὶ σῖτον εἰς τὴν γῆν εἰσκομίζειν κωλυόντων.* Scrib.: *εἰς τὴν νῆσον.* Nullo modo *γῇ* h. l. pro insula dici potest.

Ibd. 64: *μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἀξιολόγου.* Hoc ferri nequit, sed *πολλῆς* delentibus vix assentior; adeo enim sæpe sic apud Diodorum ponitur *ἀξιόλογος* (ut statim 67, 77), ut interpretari vix in mentem venerit. Scribendum videtur: *μετὰ πολιτικῆς δυνάμεως ἀξιολόγου*, cum magno civium exercitu. Annotatur hoc, quod contra socios desciscentes ducitur exercitus. Eundem errorem (*πολλὰ* pro *πολιτικὰ*) e Luciani loco sustuli supra p. 40, tollamque e Plutarchi Luculli c. 1.

Ibd. 84 scribendum: *πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα διαλεχθέντος αὐτοῦ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως οἰκεῖα.* sublato *περί*, quod ante *τῆς προκ.* additum est, cum non intellegeretur genetivum pendere ab *οἰκεῖα.* Alioquin plane adiectivum abundat.

Lib. XIII, 14: *καὶ πέρας ἐν ἡμέραις τρισὶ τοῖς ἔργοις ἐπέθηκαν συντέλειαν.* Recte per se dicitur *συντέλειαν ἐπιθεῖναι ἔργῳ*, recte apud Diodorum *πέρας* pro adverbio (XIII, 67, XIV, 54, XV, 7 et 88), sed prave utrumque coniungitur et ridicule *πέρας* adverbium (*tandem*) ponitur in notanda celeri rei perfectione. Scribendum: *καὶ πέρας ἐν ἡ. τ. τ. ἔ. ἐπέθηκαν*, sublata ea voce, quæ addita est, cum *πέρας* pro adverbio acceptum esset. *Πέρας ἐπιτιθέναι τινί* Polybius sæpius et ipse Diodorus XIII, 99.

Ibd. 16: *οὐθ' ὅ, τι σημαίνοιεν, εἶχον μὴ τῶν αὐτῶν πρὸς ἅπαντας συμφερόντων.* Littera geminata est. Diodorus scripsit: *πρὸς ἅπαντα.*

Ibd. 19: *ἐπακολουθοῦντες καὶ πανταχόθεν προ-*

λαμβάνοντες. Ad πανταχόθεν aptius περιλαμβάνοντες. Alterum requireret accusativum (*loca, vias*).[1])

Ibd. 27: ἧς (τῆς τύχης) τὴν ἐλευθερίαν ἀνθρωπίνως ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν προσήκει. Quæ sit τύχης ἐλευθερία (agitur autem de eius favore et rebus secundis), prorsus nescio, putoque scriptum a Diodoro fuisse εὐημερίαν.

Ibd. 65 cum scriptum esset ad hunc modum: Οἱ δὲ κατελθόντες τῶν Χίων τῶν ἀντιπολιτευομένων αὐτοῖς τοὺς τῆς καταδίκης αἰτίους καὶ τῆς ἐκπτώσεως, εἰς ἑξακοσίους τὸν ἀριθμὸν ὄντας ἐφυγάδευσαν, propter similitudinem vocum αὐτοῖς et αἰτίους quædam exciderunt. De καταδίκης nihil me affirmare, non opus est dici.

Ibd. 67 verba corrupta præter unum ad verum revocantur sic: Τῶν δ' ἐν ταῖς τριήρεσι ποιησάντων τὸ προσταχθὲν καὶ τῶν πλοίων τὰ μὲν συντριβόντων ἐν (codd. συντριβόμενα) ταῖς ἀποστολαῖς, τὰ δ' ἀποσπώντων (codd. ἀπὸ τῶν χρωμένων) ταῖς σιδηραῖς χερσὶν, ἔτι δὲ βοὴν ἐξαίσιον ποιούντων, οἱ μὲν . . . Πελοποννήσιοι κ. τ. λ. Manet dubitatio de ταῖς ἀποστολαῖς, qua voce significari debet is locus, ubi tum ipsum erant naves onerariæ. Nisi nimis a litteris discederetur, putarem fuisse ἐν τοῖς ἀγκυροβολίοις. Propius est ἐν τοῖς ἀπογαίοις, eo significatu, quo apud Polybium XXXIII, 7 legitur, de funibus navem ad terram alligantibus; sed hoc pro incerto relinquatur. ['Αποσπώντων iam Toupius.]

Ibd. 76 extr.: τοὺς μὲν ὁπλίτας Θώρακι ... παραδοὺς ἐκέλευσε πεζῇ κατὰ σπουδὴν ἐπιγενέσθαι, ταῖς δὲ ναυσὶν αὐτὸς παρέπλευσε. Non agitur de superveniendo, sed de festinando: κατὰ σπουδὴν ἐπείγεσθαι.

Ibd. 79: κατεχούσης δὲ φιλοτιμίας ἀνυπερβλήτου τὰ στρατόπεδα πολὺς ἐγίνετο πόλεμος, ἀπάντων ἀφειδῶς

---

[1]) Ibd. c. 21 quid lateat in ἀγαθόν (ἀγαθὸν γάρ ἐστι τὸ θεῖον... περιβαλεῖν), non reperio.

τὰ σώματα τοῖς κινδύνοις παραρριπτόντων. Cum talibus animis in prœlium ruitur, non magnum fit bellum, sed magna cædes: πολὺς ἐγένετο φόνος. (Cfr. ad XIV, 113.)

Ibd. 83 scrib.: Ἦν (pro Ὁ) δὲ τῶν Ἀκραγαντίνων σχεδὸν πλουσιώτατος κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον Τελλίας, ὃς κ. τ. λ.

Ibd. medio capite scribendum: Καὶ Πολύκλειτος ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐξηγεῖται περὶ τοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν πιθεῶνος λέγων, διαμείναντος αὐτοῦ, στρατευόμενος ἐν Ἀκράγαντι τεθεωρηκέναι, εἶναι δ᾽ ἐν αὐτῷ κ. τ. λ. (Codd. λέγων ὡς δ. α. στρατευομένου. Polyclitus dixerat: στρατευόμενος ἐν Ἀκ. τεθεώρηκα. Aliter Dindorfius, non recte.)

Ibd. 89: διεκαρτέρουν τοῦ φόβου τὰς ψυχὰς ἐκτείνοντος. Scrib.: ἐντείνοντος. Intendebat animos timor et durabat.

Ibd. 94: χρείαν γὰρ ἔχειν τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου τοιούτου στρατηγοῦ δι᾽ οὗ δυνατὸν εἶναι εὐπορεῖν τοῖς πράγμασι. Non agitur de copia, nec verbo εὐπορεῖν recte additur τοῖς πρ. Scrib.: εὐροεῖν. Verbum Polybii, Diodori, Plutarchi usu frequentatur.

Ibd. 97: αὐτὸς δὲ (ὁ Καλλικρατίδας) πληρώσας ναῦς ἑκατὸν τετταράκοντα κατὰ σπουδὴν ἀνήχθη καὶ τῶν Ἀργινουσῶν περὶ θάτερα μέρη, αἳ νῆσοι τότ᾽ ἦσαν οἰκούμεναι κ. τ. λ. Tollunt καί. Verum non ἀνήχθη περὶ (corrigitur ἐπὶ) θάτερα μέρη τῶν Ἀργινουσῶν, sed ἀναχθεὶς ex eo loco, ubi erat (ad Mytilenen), ad contrarium latus Arginusarum, quam ad quod Athenienses erant, stationem cepit: ἀνήχθη καὶ τῶν Ἀ. περὶ θάτερα ὥρμει. (Per se recte dicitur περὶ θάτερα μέρη, sed de maiore insula plures regiones complexa, ut Sicilia, XIV, 47.)

Ibd. 104: Μετὰ δὲ ταῦτ᾽ ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν καὶ πολλοὺς πλεύσας τόπους μέγα μὲν οὐδὲν . . . ἔπραξε. Ad Atticam hoc tempore ex Asia traiecisse Lysandrum

prorsus improbabile est, cum præsertim subiiciatur, eum postremo Lampsacum cepisse. Videtur fuisse: *ἐπὶ τὴν* *Αἰολικὴν κατὰ πολλοὺς πλεύσας τόπους.*

Ibd. 106: *καὶ τούτων (τῶν σακίων) ἔχοντος ἑκάστου σκυτάλην ἔχουσαν τὴν ἐπιγραφὴν τὸ πλῆθος τοῦ χρήματος δηλοῦσαν, ταύτην ἀγνοήσας ὁ Γύλιππος κ. τ. λ.* Hæc ne Diodorus quidem tam prave scribere potuit (*ἔχοντος — ἔχουσαν δηλοῦσαν*), cum præsertim necessario *ἔχουσαν ἐπιγραφὴν* sine articulo dicendum fuerit. Scrib.: *ἔχοντος ἑκάστου σκυτάλην τῇ ἐπιγραφῇ τὸ πλῆθος τ. χ. δηλοῦσαν.*[1])

Ibd. 112: *οἱ γὰρ ἱππεῖς οὔτ' ἀπελθεῖν οὔτε μεῖναι κατὰ τὸ στρατόπεδον τὸν Διονύσιον ὑπελάμβανον.* Quid igitur fecisse eum putabant? Scr.: *οἱ γὰρ ἱππεῖς ἀπελθεῖν οὐδὲ μεῖναι κατὰ τὸ στρατόπεδον* (nedum inde ad urbem accedere) *τ. Δ. ὑπελάμβανον.*

(De cap. 114 dictum supra p. 129.)

Lib. XIV, 3: *Οἱ γὰρ τῆς ὀλιγαρχίας ὀρεγόμενοι τὴν παλαιὰν κατάστασιν ἔφασαν διανείμασθαι.* Scrib.: *ἔφασαν δεῖν ἀνανεοῦσθαι.*

(De c. 20 dictum p. 312 ad Thuc. II, 83, 1.)

Ibd. 21: *ἕτερον ὄρος μία δ' ἐστὶ τῶν περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους.* Recte Dindorfius superlativum adiectivi subesse vidit, sed *σπιλώδης* mons vix recte dicitur. Scr.: *ὑλωδέστατον.* Id aptum ad Libanon.

Ibd. 22: *τάφρον, τὸ μὲν πλάτος ποδῶν ἑξήκοντα, τὸ δὲ μῆκος ποδῶν δέκα.* Pro *μῆκος* scribendum *βάθος.*

Ibd. 25 (præter eum locum, de quo dictum est p. 44): *τὰ δὲ ἀντὶ τούτων δοθησόμενα μετὰ ταῦτ' ἀξιοῦντας αἰτεῖν προστάττει.* Prorsus nihil est *ἀξιοῦντας.* Scrib.: *μετὰ ταῦτ' ἀξιοῖ ἰόντας αἰτεῖν*, omisso *προστάττει*,

[1]) Cap. 109 ipse scripsi: *ἐξορμήσας ἐπὶ τὴν βοήθειαν τοῖς Γελῴοις* (pro *τοῖς τόποις*). Occupaverat Reiskius; neglegitur.

quod additum est illo corrupto, ut apud Thucyd. II, 10 extr. ἔλεξεν corrupto παρῄνει.

Ibd. 28 extr.: *αὗται δὲ (αἱ κῶμαι) τὰς μὲν τοῖς ὑποζυγίοις καταβάσεις εἶχον ὀρυκτὰς, τὰς δὲ τοῖς ἀνδράσι κατὰ κλιμάκων ταῖς οἰκίαις ἐγκαταβαίνουσι· τά τε βοσκήματα τρεφόμενα χόρτῳ, τοῖς δ᾽ ἀνδράσι πολλὴν ἀφθονίαν πάντων τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων.* Scribendum videtur: *τὰς δὲ τοῖς ἀνδράσι κατὰ κλιμάκων ἐς τὰς οἰκίας· ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις ἦν καταβαίνουσι τά τε βοσκήματα τρεφόμενα χόρτῳ τοῖς τ᾽ ἀνδράσι πολλὴ ἀφθονία κ. τ. λ.*

Ibd. 31 extr.: *τὴν παρακειμένην Θρᾳκῶν πόλιν.* Tollendum potius *πόλιν* quam in *χώραν* mutandum.

Ibd. 40 scriptum fuerat ad hanc formam: *παρώρμων δὲ τῶν Ῥηγίνων τοὺς παρακαλοῦντας πρὸς τὸν πόλεμον οὐκ ἐλάχιστα καὶ οἱ φυγαδευθέντες τῶν Συρακοσίων.* Codd. *παρὰ τῶν Ῥηγίνων λαβόντας πρὸς τὸν πόλεμον κ. τ. λ.* Eodem capite paulo post scribendum videtur: *πρὸς τοὺς ὅρους τῆς Μεσσηνίας* (codd., edd. *Μεσσήνης*), ut aliquot versibus post scribitur: *ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Συρακοσίας.*

Ibd. 46: *τὰς ναῦς γεμούσας φορτίων, ὧν ἅπαντα διεφόρησαν οἱ Συρακόσιοι.* Scrib., sublata geminatione syllabæ: *φορτίων, ἃ πάντα.*

Ibd. 52: *καὶ μάλιστα ἀπογινώσκειν ἐποίει τοὺς Φοίνικας τὸ ὠμῶς κεχρημένους τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἡλωκόσιν, οἳ ταὐτὸ προσεδόκων πείσεσθαι.* (Dindorfius in ed. 4 *ἡλωκόσιν*, οἷς.*) Scribendum: *καὶ μάλιστα ἀπογινώσκειν ἐποίει τοὺς Φοίνικας τὸ, ὠμῶς κεχρημένους τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἡλωκόσιν, ταὐτὸ προσδοκᾶν πείσεσθαι.* (De c. 53 vid. p. 35.)[1])

---

[1]) Cap. 62 quod conieceram: *εἰσέθεον, κεναὶ μὲν ὑπὲρ τὰς χιλίας, φέρουσαι δὲ κ. τ. λ.*, occupavit Sinteniaius in libro trimestri, ab Herma nomen gerente.

Ibd. 73: *διὰ τὸν ἀπὸ τῆς πληγῆς φόβον.* Frustra ab Hippocrate arcessitur inusitata ceteris vox *πνίξ.* Timent homines, ne *πνίγωνται*, non *ἀπὸ τοῦ πνίγους.* Scribendum: *ἀπὸ τῆς φλογός.*

Ibd. 74: *ἡ φιλοτιμία τῆς ψυχῆς κατῆρχε τὴν ἡλικίαν.* Num *κατεῖργε* (coercebat)? (Dind. *κατίσχυε.*)

Ibd. 77: *οἱ σύμμαχοι καὶ πάλαι μὲν μισοῦντες τὸ βάρος τῆς τῶν Καρχηδονίων ἡγεμονίας, τότε δὲ διὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν . . . προδοσίαν πολὺ μᾶλλον ἐξέκαυσαν τὸ κατ' αὐτῶν μῖσος.* Scrib.: *καὶ πάλαι μὲν ἐμίσουν τὸ βάρος κ. τ. λ.* (Cfr. Plat. de rep. II p. 367 E.) Alioquin Diodorus scripsisset: *καὶ πάλαι μισοῦντες τὸ βάρος . . . τότε δή.* (Plat. Phædon. p. 84 E.)

Ibd. 86: *Ἐν δὲ Κορίνθῳ τινὲς τῶν ἐπιθυμίᾳ κρατούντων συστραφέντες ἀγώνων ὄντων ἐν τῷ θεάτρῳ φόνον ἐποίησαν.* Nulli sunt illi *ἐπιθυμίᾳ κρατοῦντες* (longe enim aliud est *κρατεῖν ἐπιθυμοῦντες*). Apparet ex tota narratione significari (*τινὰς*) *τῶν τῆς δημοκρατίας ἐπιθυμούντων.* Et sic Diodorus scripsit. Voces miro modo conflatæ et membra eorum transposita sunt, quomodo XV, 17 pro *ἀναιρεθέντας εὑρεθῆναι* in codicibus scribitur *εὑρεθέντας ἀναιρεθῆναι.* Transiliit oculus librarii primum ad extremum (*ἐπιθυμούντων*), deinde eius parte scripta rediit ad priora, sed confuse. Prorsus eiusdem generis est, quod accidit librario Latino in Senecæ consol. ad Marc. 18, 2, ubi ex *micare videbis* factum est (in bonis codd.) *videre micabis.*

Ibd. 88: *Διονύσιος τοὺς Σικελοὺς διὰ τὴν ὀχυρότητα καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ τείχους ῥαθυμοῦντας περὶ τὴν κατὰ τὴν ἀκρόπολιν φυλακὴν εὑρὼν κ. τ. λ.* Potest *ὑπερβολὴν ὕψους* murus habere; *ὑπερβολὴ τοῦ τείχους* nulla est, quodque his verbis significari putatur, ea est *ὀχυρότης.* Aliam præterea neglectæ custodiæ causam a Diodoro significatam esse ostendunt, quæ præcedunt de

τροπαῖς χειμεριναῖς et nivis multitudine. Scribendum: *καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους*. Cfr. XVII, 82: *διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους*.

Ibd. 100: *Διονύσιος σπεύδων τὴν κατὰ τὴν νῆσον δυναστείαν καὶ τοὺς κατ' Ἰταλίαν Ἕλληνας προσλαβέσθαι τὴν μὲν κατ' ἐκείνους κοινὴν στρατείαν εἰς ἕτερον καιρὸν ἀνεβάλετο*. Siciliam iam tenebat et agitur tantum de Italis ad imperium adiungendis (*κατ' ἐκείνους*). Scrib.: *τῇ κατὰ τὴν νῆσον δυναστείᾳ· καὶ τοὺς κατ' Ἰταλίαν Ἕλληνας προσλαβέσθαι κ. τ. λ.* Decepit interpolatorem *καί* et dativus relatus ad præpositionem. (Cfr. ad Xen. anab. VII, 6, 30.) [Iam Eichstadius.]

Ibd. paulo post: *Οἱ δ' Ἰταλοὶ ... ἀπέστειλαν ἐκ Κρότωνος ναῦς ἑξήκοντα σπεύδοντες παραδοῦναι τοῖς Ῥηγίνοις*. Non tradere suas naves Rheginis volebant, sed iis furtim coniungi, antequam a Dionysio excluderentur, hoc est, *παραδῦναι* aut *παρεισδῦναι*.

Ibd. 112 scribendum videtur: *τῆς τιμωρίας, ἣν αὐτὸ τὸ δαιμόνιον ἐκείνῳ συντόμως ἐπιστήσει*, pro *αὐτῷ*.

Ibd. 113. Cum Galli Galliam Cisalpinam dividerent, Senones, si codicibus credimus, *ἔτυχον λαβόντες τὸν πορρωτάτω κείμενον λόφον τῶν ὀρῶν παρὰ θάλατταν*. Ridiculum de colle; scribendum: *τόπον*. Significatur ager Gallicus ad mare Adriaticum. Fieri potest, ut *λόφον* scripserit, qui *τῶν ὀρῶν* partitive acciperet, quod a *πορρωτάτω* pendet. Sed in Diodori codicibus sine tali causa notissimæ voces permutantur (XV, 1 *πολλοῖς φόνοις* pro *πολλοῖς πόνοις*, XV, 43 *ὅπλων ὀχυρότητα* pro *τόπων ὀχυρ.*, XVII, 75 *ἐπιφάνειαν* pro *ὠφέλειαν* aut *χρείαν*. Cfr. quæ annotavi de V, 39, XIII, 79, XIV, 88).

Ibd. 115: *ἀνακόπτοντες τὰς κεφαλὰς τῶν τετελευτηκότων*. Scr.: *ἀποκόπτοντες*.

Ibd. 116: *χῆνες ἱεροὶ τῆς Ἥρας τρεφόμενοι*. Parti-

cipio addito necessario scribendum: *τῇ Ἥρᾳ.* (Cfr. ad XV, 49.)

Lib. XV, 1: *ἐπὶ τοὺς συνεχεῖς τῆς ἱστορίας μεταβησόμεθα πρὸς τῇ γραφῇ χρόνους.* Plura mutant. Una tollenda est præpositio prave addita, cum verba non intellegerentur: *ἐπὶ τοὺς συνεχεῖς τῆς ἱστορίας μεταβησόμεθα τῇ γραφῇ χρόνους*, *scribendo transibimus.* Idem, quod hic Diodorus *μεταβαίνειν τῇ γραφῇ*, XVIII, 53 appellavit *μεταβιβάζειν τὴν ἀναγραφήν.*

Ibd. 6: *μετ' ὀλίγον δὲ τῶν γνωρίμων ἅμα καὶ τοῦ Διονυσίου παραιτουμένων τὴν ἄκαιρον παρρησίαν.* Non ipsum Dionysium Philoxeno suasisse, ut prudentius responderet, nec ei Philoxenum id promisisse, quod narratur, iam alii intellexerunt. Scrib.: *τῶν γνωρίμων ἅμα αὐτοῦ καὶ τοῦ Διονυσίου.* Communes amici et familiares significantur.

Ibd. 10: *περὶ δὲ τῶν χρησμῶν ἔφησε μὴ χρηματίζειν τὸν θεὸν καθόλου περὶ θανάτου· καὶ τούτου μάρτυρας παρείχετο πάντας τοὺς παρόντας Ἕλληνας.* Ineptum illud *περὶ θανάτου*, quoniam insimulabatur Tiribazus Delphos misisse quosdam consulturos *περὶ τῆς ἐπαναστάσεως*, non de morte (c. 8). Scribendum: *μὴ χρηματίζειν τὸν θεὸν καθόλου ὑπερθαλαττίοις.* Itaque ne Tiribazus quidem se ad consulendum admissum iri credere potuerat.

Ibd. 16: *διὰ δὲ τῆς τῶν ἔργων ἀθλήσεως καὶ τῆς τῶν λόγων παρακλήσεως καὶ γυμνασίας ἐν τοῖς ὅπλοις εὐπειθῆ καὶ δυνατὴν ἐποίησε τὴν στρατιάν.* Primum tollendum *γυμνασίας*, quod ad *ἀθλήσεως* adscriptum, dein in alienum locum illatum sententiam perturbat; tum fuit: *καὶ δυνατὴν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ εὐπειθῆ ἐποίησε τὴν στρατιάν.* Adiectivum *δυνατήν* loco motum est, invecto *γυμνασίας.*

Ibd. 27 *οἰκοῦντες* non mutandum, sed tollendum, ut

sit: *οἱ δ' ἐν τῇ Καδμείᾳ παρακληθέντες ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων εὐρώστως ἠμύνοντο.* Ad *οἱ δ'* explendum additum est *οἰκοῦντες.*

Ibd. 33 pravum est: *δυναμικωτέραν ἔχων τὴν δύναμιν.* Videtur fuisse *μαχιμωτέραν*, sed præceptis aliquot litteris corruptum.

Paulo post in codicibus scribitur: *εἰ δὲ . . . ἐβιάσατο τοὺς πολεμίους ὑπομένειν τὸ δεινὸν, ἴσως ἂν διὰ τὸ παράλογον τῆς τύχης δύναιντο καὶ πταῖσαι κατὰ τὸν κίνδυνον οἱ Λακεδαιμόνιοι.* Pro *δύναιντο*, quod ferri nequit, Dindorfius *ἐδύναντο* posuit. Sed debebat (quoniam exprimitur Agesilai ratiocinatio) esse: *δύνασθαι . . . τοὺς Λακεδαιμονίους* et simul omitti *ἄν*. Nam *πταίσαιμι ἄν* dicitur, sed *ἐδυνάμην πταῖσαι.* Scribendum sublatis additamentis: *τὸ δεινὸν, ἴσως ἂν διὰ τὸ παράλογον τῆς τύχης καὶ πταῖσαι κατὰ τὸν κίνδυνον.* Non intellectum est, *πταῖσαι ἄν* ad ipsum Agesilaum referri.

Ibd. 41: *ἀνέζευξαν οἱ τοῦ βασιλέως στρατηγοὶ . . . καὶ τοῦ στόλου συμπαρόντος προῆγον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον.* Ad *ἀνέζευξαν* et *προῆγον* aptius erit *σ υ μ π α ρ α π λ έ ο ν τ ο ς.*

Ibd. 49. Ridiculum est, Helicen olim appellatam esse (non Ionicam, sed) Ioniam, nunc appellari Achaiam. Scribendum est: *ἐξ Ἑλίκης τῆς ἐν τῇ τότε* (pro: *ἐν τῷ τότε*) *μὲν Ἰ ω ν ί ᾳ, νῦν δὲ Ἀ χ α ί ᾳ κ α λ ο υ μ έ ν ῃ* (pro: *Ἰωνίας . . . Ἀχαίας καλουμένης*). Hæserat iam H. Stephanus. (Cfr. c. 53, XIV, 116; supra p. 67 n., ad Thucyd. II, 83 p. 312.)

Ibd. 50: *Ἔνιοι δὲ τῶν φυσικῶν τὴν γένεσιν τῆς λαμπάδος εἰς φυσικὰς αἰτίας ἀνέφερον, ἀποφαινόμενοι . . . ἐπιτυγχάνειν· τοὺς δὲ μὴ θαυμάζειν, ὅταν γένηταί τι τοιοῦτον, ἀλλ' ἐὰν μὴ γένηται κ. τ. λ.* Scribendum: *ὥ σ τ ε* (pro *τοὺς δὲ*) *μὴ θαυμάζειν*, *itaque se non mirari.* Paulo post in ea sententia, quæ incipit ab his verbis: *τὴν δ' οὖν λαμπάδα*, excidit *φασί* aut simile verbum. Neque

enim hæc pars est eorum, quæ physici illi de huiusmodi rebus sentiebant, sed narrationis Diodori de eo, quod accidisset.

Ibd. 51: *ὡς οὔτ' αὐτοὶ πολυπραγμονοῦσί τι τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν οὔτ' ἐκείνοις ἅπτεσθαι προσήκειν τῆς Βοιωτίας*. Recte veteres editiones *προσήκει*. Traxit hoc alter infinitivus. (Paulo ante, ubi est *ὑπελάμβανον αὐτοὺς ῥᾳδίως . . . καταπολεμηθῆναι*, excidisse *ἄν*, post ea, quæ lib. I c. 4 disputavi, non opus est dici.)

Ibd. 52: *Περὶ γὰρ τὰς πύλας ἀπήντησε τοῖς περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν κῆρυξ τυφλὸν ἄνδρα ἀποδεδρακότα κομίζων καί, καθάπερ ἦν εἰθισμένον, ἀνηγόρευε κηρύττων μήτ' ἐξάγειν Θήβηθεν μήτ' ἀφανίζειν, ἀλλ' ἀπάγοντα πάλιν ἀνασῴζειν*. Ridiculum, præconem ipsum servum adducere, quem fugisse pronuntiet et educi abscondive vetet; neque sane cœci servi aufugiunt. Scrib.: *κῆρυξ τυφλός* (id ominosum) *ἀνδράποδα ἀποδεδρακότα γνωρίζων καί, . . ., ἀνηγόρευε κ. τ. λ. Γνωρίζειν* est palam, ad hominum notitiam pronuntiare (*bekanntmachen*).

Ibd. 53: *Ἐπαμεινώνδας . . . ἐπροτέρησε τῆς γνώμης*. Græcum est de eo, cuius sententia comprobatur: *ἐπροτέρησε τῇ γνώμῃ*, ut *νικᾶν τῇ γνώμῃ* et *τῇ μάχῃ*, non *τῆς γνώμης* aut *τῆς μάχης*. (Vid. ad c. 49.)

Ibd. 56: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀναχωροῦντες τὴν τάξιν διέλυον, τὸ δὲ τελευταῖον . . . ἐγένετο παντελὴς τροπὴ τοῦ στρατοπέδου*. Necessario scrib.: *τὴν τάξιν οὐ διέλυον* (servatis ordinibus, *συντεταγμένοι*, recedebant; *ἐν τάξει ἐποιοῦντο τὴν ἀποχώρησιν*, ut dicitur XIX, 84, qui totus locus comparandus est). De negatione addita cfr. XII, 23, XVI, 27.[1])

Ibd. 64: *Ἡ μὲν οὖν πρώτη μερὶς τῶν Βοιωτῶν*

---

[1]) Miror c. 57 potius notari *διαφυλάττειν* quam *δεῖ διαφυλάττειν* cum Schæfero poni.

ἴσην τὴν πορείαν ἐποιήσατο ἐπὶ τὴν Σελλασίαν καλουμένην πόλιν. Adiectivum ἴσην non habet, quo referatur. (Eritne, qui cum εὐθείᾳ confundat?) Verum non tollendum, quod Dindorfius significat, sed scribendum: μέσην. Nam duæ reliquæ partes dextro et sinistro itinere usæ sunt. Paulo post (de Ischola) scribendum est, coniunctis Schæferi et Angli cuiusdam coniecturis: τῶν ἐπιφανεστάτων Σπαρτιατῶν ὤν (pro στρατιωτῶν sine ὤν).

Ibd. 75: Φλιασίοις δὲ πολεμουμένοις ὑπ' Ἀργείων Χάρης ὑπ' Ἀθηναίων πεμφθεὶς στρατηγὸς μετὰ δυνάμεως ἐβοήθησε τοῖς Φλιασίοις πολιορκουμένοις. Tria postrema verba delenda sunt. Cfr. ad XI, 61.

Ibd. 85: κατὰ δὲ τὴν ἀξίαν Μαντινεῖς μὲν μετὰ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων τὸ δεξιὸν ἐπεῖχον κέρας κ. τ. λ. Scrib.: κατὰ δὲ τὴν τάξιν Μαντινεῖς. (Si propria aliqua dignitas Mantinensium significaretur, quæ nulla erat, diceretur: Οἱ μὲν Μαντινεῖς κατὰ τὴν ἀξίαν.)

Ibd. 95: τῶν δὲ συγγραφέων Διονυσόδωρος καὶ Ἄναξις οἱ Βοιωτοὶ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατεστρόφασι τὰς συντάξεις. Scrib.: τῆς τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίας . . . τὰς συντάξεις. (Dindorfius in ed. 4 τὴν et ἱστορίαν sustulit.)

Lib. XVI, 1: οὕτω γὰρ μάλιστα διαλαμβάνομεν τὴν ἱστορίαν . . . σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγιγνώσκουσιν. Scrib.: μάλιστ' ἂν διαλαμβάνομεν . . . γενέσθαι. XVII, 1: οὕτω γὰρ μάλιστα ὑπολαμβάνομεν . . . ἔσεσθαι.

Ibd. 12: ἐν σταδίῳ ὀλίγῳ δὲ διαστήματι τῆς διατειχίου ἔσω μάχης οὔσης συνέδραμε πλῆθος στρατιωτῶν εἰς στενὸν τόπον. Ineptum est ἔσω, non Græcum διατειχίον Scrib., sublato interpolamento: ἐν σταδιαίῳ δὲ (sic iam Steph. et Dind. 4) διαστήματι τῆς διατειχίσεως οὔσης. Cum ex διατειχίσεως ortum esset διατειχίου ἔσω, additum est μάχης. (Prius mendum ortum est ex ΣΤΑΔΙΛΙΩΙ pro ΣΤΑΔΙΑΙΩΙ.)

Ibd. 19: οἱ μὲν στρατηγοὶ τῶν Συρακοσίων ἐκ τῆς

μέθης μεθύοντες ἐπειρῶντο βοηθεῖν. Scrib.: *ἐκ τῆς μέθης ἀνανήφοντες.* Confusæ voces vicinæ. Dionys. Halic. IV, 35: *ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀνανήψας μέθης.*

Ibd. 27: *προσέταττε τῇ Πυθίᾳ τὴν μαντείαν ἀπὸ τοῦ τρίποδος ποιεῖσθαι κατὰ τὰ πάτρια. Ἀποκριναμένης δ' αὐτῆς ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ πάτρια, διηπειλήσατο κ. τ. λ.* Scrib.: *ὅτι οὐ ταῦτά ἐστι τὰ πάτρια.*

Ibd. 33 sic scribendum est: *τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχε, τοὐναντίον δὲ διὰ τὸ τοὺς Ἀμφικτύονας ἐκ τοῦ ζημιώματος τῶν Φωκέων εἰς τὸ ἱερὸν παρανομησάντων καὶ διὰ τοῦτο ζημιωθέντων [τὸν κολοττὸν ἀνατεθεικέναι], ἐσημαίνετο ἡ ζημία τῶν Φωκέων αὔξησιν ἀπολήψεσθαι κ. τ. λ.* Verbum *παρεσημαίνετο* post *τοὐναντίον δὲ* additum est a librario non animadvertente *τοὐναντίον δὲ* coniungi cum *ἐσημαίνετο.* Lacunam animadvertit Rhodomannus, explevit Wesselingius.

Ibd. 35: *οἱ γὰρ φεύγοντες ῥίψαντες τὰς πανοπλίας διενήχοντο πρὸς τὰς τριήρεις, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς Ὀνόμαρχος. Τέλος δὲ τῶν Φωκέων καὶ μισθοφόρων ἀνῃρέθησαν μὲν ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς ὁ στρατηγός, ἥλωσαν δ' οὐκ ἐλάττους τῶν τρισχιλίων.* Onomarchum (de cuius exitio alios aliter tradidisse e Pausania et Eusebio constat) Diodorum captum putasse, ex iis, quæ sequuntur, apparet (*Φίλιππος τὸν μὲν Ὀνόμαρχον ἐκρέμασε*); nam de cadavere cruci affixo neque per se verba accipi possunt neque propter adiunctum: *τοὺς δ' ἄλλους κατεπόντισε.* Itaque hæc verba: *ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς ὁ στρατηγός* loco mota sunt, et bis, altero quidem loco substituto pro *ὁ στρατηγός* ipso nomine, prave interposita; Diodorus sic scripserat: *διενήχοντο πρὸς τὰς τριήρεις. Τέλος δὲ . . . ἑξακισχιλίους, ἥλωσαν δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν τρισχιλίων, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς ὁ στρατηγός.*

Ibd. 56 (et 61). Philomelo Pausanias (X, 2, 2) alium patrem adsignat, alium Onomarcho Aristoteles (polit. V, 4 Be

V, 3, 4 St.). Ac Pausanias ipse ita in Onomarcho et Philomelo de generis communione tacet, Onomarchum et Phayllum fratres appellans, ut eum illos duos fratres non putasse manifestum sit; nec Justinus fratres fuisse significat. Diodorus, non dubitant, quin hic et c. 61 Onomarchum Philomeli fratrem dixerit, suntque e recentioribus, qui eum sequantur, ut Wachsmuthius (Hellen. Alterthumskunde I, 2 p. 374 ed. 1), aliis dissentientibus (ut Curtio in hist. Gr. III, p. 433). Equidem valde suspicor, ne Diodorum quidem ita sensisse. Nam primum (prorsus ut Pausanias), ubi Onomarchum Philomelo ducem successisse narrat, c. 31, fraternitatis adeo non mentionem facit, ut eam excludere potius videatur (*ὁ συνάρχων αὐτῷ στρατηγὸς Ὀνόμαρχος*); contra in prima Phaylli mentione c. 35, et ubi eum Onomarcho successisse tradit, c. 36, fratris nomen ponit. Deinde hoc, a quo orsi sumus, loco, quis credere potest, si omnes hos tres fratres putasset, sic scripturum fuisse: *ὁ δὲ δεύτερος, προσαγορευόμενος Ὀνόμαρχος, ἀδελφὸς δ' ὢν Φιλομήλου, ... τρίτος δὲ Φάϋλλος, ὁ ἀδελφὸς Ὀνομάρχου*, quasi Onomarchi frater non idem Philomeli fuerit, ac non dicturum: *ὁ τούτων ἀδελφός* aut *καὶ αὐτὸς Φιλομήλου ἀδελφός* similiterve? Itaque, quoniam tamen propinquitatem aliquam Philomeli et Onomarchi h. l. et c. 61 significatam apparet, utroque loco *ἀδελφιδοῦς* scriptum a Diodoro fuisse puto.

Ibd. 59: *ἔκρινεν οὖν συγκατάγειν τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον.* Scribendum: *συναγαγεῖν* (XVII, 4 etc.).

Ibd. 67 post *στρατιώτας δὲ πεζοὺς μὲν πεντακισμυρίους* excidit *ἱππεῖς δὲ . . . χιλίους*. Vid. c. 77. Quot milia Diodorus posuerit, nescio.

Ibd. 83: *ἔτι δὲ πύργων ἀξιολόγων κατασκευὰς καὶ τάφους πυραμίδων πολλῶν καὶ μεγάλων, διαφόρων ταῖς φιλοτεχνίαις.* Ridiculi sunt *τάφοι πυραμίδων*. Scrib.: *καὶ κατὰ τάφους πυραμίδων πολλῶν καὶ μεγάλων*, ut

pendeat hic quoque genetivus a *κατασκευάς* (*et in sepulcris pyramides multas magnasque*). Sed restat aliud. Nam initium huius sententiæ (*ἐν δὲ ταῖς ἐλάττοσι πόλεσιν, ἐν αἷς ἡ τῶν Ἀγυριναίων καταριθμεῖται, μετασχοῦσα . . . κατεσκεύασε*) ineptissimum est. Scribendum: *ἐν δὲ ταῖς ἐλάττοσι πόλεσιν πολλά, ἐν αἷς ἡ τῶν Ἀγυριναίων, μετασχοῦσα τῆς τότε κληρουχίας, . . . κατεσκεύασε κ. τ. λ.* Redditur hoc illi: *ἐν μὲν ταῖς Συρακούσαις* breviter et universe, uno posito plenius exemplo.

Ibd. 84: *Φίλιππος ὁ βασιλεὺς τοὺς πλείστους τῶν Ἑλλήνων εἰς φιλίαν προηγμένος.* Scr.: *προσηγμένος.* Vid. v. c. XVII, 4: *ἐς τὴν ὁμοίαν εὔνοιαν προσαγαγόμενος. Προάγει* (non *προάγεται*) *ἐς φιλίαν* rex, quem ex inferiore loco inter amicos evehit.

Lib. XVII, 7 confusa quædam esse apparet; nam *propter ventorum tranquillitatem* verticem montis *supra ventorum flatum* eminere, ne Diodorus quidem dicere poterat. Scrib.: *ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς διὰ τὴν νηνεμίαν τοῦ περιέχοντος ἀέρος* (— *ὑπερπετῆ γὰρ γίνεσθαι τὴν ἄκραν τῆς τῶν ἀνέμων πνοῆς* —) *ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον ἔτι νυκτὸς οὔσης ἀνατέλλοντα.* (Vulgo: *ἀέρος ὑπερπετῆ γίνεσθαι . . . πνοῆς, ὁρᾶσθαι δὲ τὸν ἥλ.*). Causa affertur, cur in vertice *νηνεμία* sit. Extremo capite in *μέν* post *Κάλλας* numeri nota latere videtur.

Ibd. 20: *ὥστε τὸ μὲν κράνος διαπτύξαι.* Hoc corruptum. Num *διαρρῆξαι*?

Ibd. 27: *ὁ κίνδυνος παλίντροπον τὴν μάχην ἔσχεν.* Scrib.: *τὴν ῥοπὴν ἔσχεν.* (*Ὁ κίνδυνος* ipsa est *μάχη*.)

Ibd. 29 extr. (30 init.): *μεταθήσεσθαι τὸν πάντα πόλεμον ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην* pro *μεταθήσειν* non ferendum nec omnino *μετατιθέναι* in hac re pro *μεταβιβάζειν*. Scrib.: *μεταβήσεσθαι.*

Ibd. 33: *ἐταλαντεύετο γὰρ δεῦρο καὶ ἐκεῖσε* (*ἡ μάχη*) *τῆς τροπῆς ἐναλλὰξ γινομένης.* Nulla erat adhuc

τροπή. Scrib.: *ῥοπῆς* accommodate ad *ἐταλαντεύετο*. Cfr. c. 27.

Ibd. 35: *καὶ ταῖς στάθμαις τῶν δοράτων τύπτοντες*. Scrib.: *ταῖς αἰχμαῖς*. (Vid. ad XIV, 113. Egeminato σ initium erroris.)

Ibd. 41: *ὡς δὲ εἰς τὴν ἄφεσιν τοῦ βέλους διέτεινε τὸ κατασκευαζόμενον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἔργον*. Nonne *εἰς ἄφεσιν βέλους* (*ad teli iactum*)?

Ibd. 43: *Οἱ δὲ Τύριοι, ἁλιεῖς ἔχοντες τεχνίτας καὶ μηχανοποιούς, κατεσκεύασαν φιλότεχνα βοηθήματα*. Quid piscatorum ars hic agat, omnino non video, nec artifices et mechanicos piscatores fuisse puto. Scribendum videtur *ἅλις*, ut id Diodorus pro adverbio posuerit (*satis magno numero*), antiquo usu et Homerico.

Ibd. 50: *καὶ τὰς τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν καὶ συγγενῶν οἰκήσεις καὶ φυλακτήρια τῶν τόπων*. Ridicula *φυλακτήρια τῶν τόπων*, cum præsertim sequantur his extrinsecus circumiecta *τὰ φυλακτήρια τῶν τὸν τύραννον δορυφορούντων*. Scrib.: *τῶν τροφέων*.

Ibd. 51: *ἀλλ' εἴ μοι δίδως τὴν ἁπάσης τῆς γῆς ἀρχήν*. Excidit aliquid ob similitudinem: *ἀλλ' εἰπέ μοι, εἴ μοι δίδως κ. τ. λ.* (De c. 58 extr. dictum est p. 56.)

Ibd. 59: *συνῆσαν δὲ τούτοις οἵ τε μηλοφόροι, πολλοὶ ταῖς ἀνδραγαθίαις καὶ κατὰ τὸ πλῆθος*. Scribendum: *μηλοφόροι, ὅμοιοι ταῖς ἀνδρ. καὶ κατὰ τὸ πλῆθος*. (Aliter Reiskius et Dind. non recte.) Eodem capite inferius: *ἡ δὲ μήτηρ τοῦ Δαρείου Σισύγαμβις ... ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινε φιλοφρόνως*. Nulla erat in manendo *φιλοφροσύνη*. Scrib.: *φιλοχωροῦσα*.

Ibd. 82: *ἔνιοι δὲ διὰ τὴν τῆς χιόνος ἀνταύγειαν καὶ σκληρότητα τῆς ἀναβαλλομένης ἀνακλάσεως ἐφθείροντο*. Scrib.: *ἐτυφλοῦντο*. Sequitur: *ἀλλὰ μόνῳ τῷ καπνῷ δηλουμένων τῶν κωμῶν ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες οὐ κατοικοῦσιν ἐφιστάμενοι*. Scribendum: *ἐλάνθανον οἱ Μ. τοῖς κατοικοῦσιν ἐφιστάμενοι*.

Ibd. 94: τοῖς δὲ παισὶν ἐπιφορὰς ταγματικὰς ἀπένειμε κατὰ τοὺς τῶν πατέρων συλλογισμούς. Syllogismi in hac re nihil habebant loci, sed συλλοχισμοί (secundum locum, quem in copiarum numeris tenuerant).

Ibd. 95: Κρίνας δὲ ἐπὶ ταύτης τοὺς ὅρους θέσθαι τῆς στρατείας. Pronomen omnino non habet, quo referatur. Latet ἐπὶ τῷ Ὑπάνι. (Itaque hic locus supra lib. I c. 3 poni debuerat.) Eodem capite inferius post πεζοῖς μὲν δισμυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις excidit: ἱππεῦσι δὲ (δισ) χιλίοις.[1])

Ibd. 102: τὴν μὲν στρατιὰν προσέταξεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀντιπαράγειν ταῖς ναυσίν. Necessario scribendum: παρὰ τὸν ποταμόν.

Ibd, 105: δρομάδας καμήλους καὶ τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φορτίων. Scrib.: τῶν ζώων. Omne genus significatur. [Iam Wesselingius.]

Ibd. 106: ὅτι πολλοὶ τῶν βιαίως καὶ ὑβριστικῶς κεχρημένων ταῖς ἐξουσίαις παρανενομήκασι. Miram vero partitionem. Apparet requiri: ὅτι πολλοὶ βιαίως ... κεχρημένοι. Sed fortasse post τῶν excidit substantivum (τῶν ἀρχόντων, τῶν ἐπάρχων), deinde ad τῶν, quod restabat, prave accommodatus est participii casus.

Ibd. 110: καταμίξας δὲ τούτους τοῖς προϋπάρχουσι στρατιώταις τῇ καινότητι τῆς καινοτομίας κατεσκεύασε τὴν ὅλην δύναμιν κεκραμένην καὶ ἁρμόζουσαν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει. Scrib.: τῇ κοινότητι τῆς καινοτομίας. Medio capite (τέλος δὲ προσμείνας ἡμέρας ἀνέζευξε) excidit numerus dierum.

Ibd. 115: αὐτὸς δὲ τοὺς ἀρχιτέκτονας ἀθροίσας καὶ λεπτουργῶν πλῆθος. Alienissimi hinc λεπτουργοί.

---

[1]) Cap. 100 e duobus codicibus scribendum: ἡμέραν τῇ μάχῃ τάξαντος pro τῆς μάχης.

Scribendum: λειτουργῶν (operariorum), usu Polybiano et ipsius Diodori exemplo, V, 39: ταῖς κατὰ τὴν λειτουργίαν συνεχέσι κακοπαθείαις.

Ibd. 116: ὁ βασιλεὺς καταπλαγεὶς τὸ παράδοξον προσῆλθε τῷ θρόνῳ καὶ χωρὶς καταπλήξεως ἡσυχῇ τὸν ἄνθρωπον ἀνέκρινε, τίς ὢν . . . τοῦτο ἔπραξε. Opinor fuisse: χωρὶς ἐπιπλήξεως.

Lib. XVIII, 3: Τούτων δὲ τὴν συνορίζουσαν σατραπείαν τοῖς περὶ Ταξίλην βασιλεῦσι συνεχώρησε. Dativus pertinet ad συνορίζουσαν. Deest nomen ducis huic satrapiæ præpositi; id latet in τούτων, quod neque casu ad sententiam accommodatum est nec, quo referatur, habet. Scribendum: Πύθωνι (Πίθωνι) δέ. Vid. c. 39 et XIX, 56 (Πύθωνα τὸν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς καταβεβηκότα). Ei nescio quando Eudamus successit (XIX, 14). Hoc quoque oblitus sum supra lib. I c. 3 ponere.

Ibd. 6: ἐκ δὲ θατέρου μέρους, ἀφ' οὗ ποιούμεθα τὴν ἀνάβασιν. Scrib.: ἐποιούμεθα (nuper in hac ipsa recensione).

Ibd. 9: Διὸ καὶ τούτους προσέταξαν ἐν ἀπορρήτοις Λεωσθένει τῷ Ἀθηναίῳ τὸ μὲν πρῶτον ἀναλαβεῖν αὐτοὺς ὡς ἰδιοπραγοῦντα χωρὶς τῆς τοῦ δήμου γνώμης. Scribendum: Διὸ καὶ τούτους . . . ἀναλαβεῖν αὐτὸν ὡς ἰδιοπραγοῦντα κ. τ. λ.

Ibd. 14: καὶ παρασκευὰς μείζους ἐποιοῦντο πρὸς τὴν τῶν ὅλων διάθεσιν. Scrib.: πρὸς τὴν τῶν ὅλων διάκρισιν, *ad summæ rerum discrimen*. Cfr. c. 17 (περὶ τῶν ὅλων διακρίνωνται), c. 21 (περὶ τῶν ὅλων διακριθῆναι), in superioribus sæpius.

Ibd. 18: τοῦ δὲ Ἀντιπάτρου δόντος ἀπόκρισιν, ὡς οὐ μὴ . . . περὶ τῆς εἰρήνης, ὁ δὲ δῆμος, οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη κ. τ. λ. Tollendum δέ. (Cfr. ad V, 2.)

Ibd. 25: τῶν περὶ Κρατερὸν . . . συναναγκαζόντων τοὺς πολεμίους μένειν τὸν χειμῶνα ἐν τοῖς

χιονοβολουμένοις καὶ τροφῆς ἐνδεεῖς, εἰς τοὺς ἐσχάτους ἦλθον κινδύνους. Universe loquitur: ἐν τόποις χιονοβολουμένοις καὶ τροφῆς ἐνδεέσιν.

Ibd. paulo post: καὶ μεταστῆσαι πανοικίους εἰς τὴν ἐρημίαν καὶ πορρωτάτω τῆς Ἀσίας κειμένην χώραν. Nec certa ἐρημία nec χώρα significatur. Scribendum: εἴς τινα ἐρήμην καὶ πορρωτάτω τῆς Ἀσίας κειμένην χώραν.

Ibd. 26: τῷ σώματι κατεσκευάσθη χρυσοῦν σφυρήλατον ἁρμόζον. Excidit substantivum (ἄγγος?).

Ibd. 33 (de Perdicca): καὶ γὰρ φονικὸς ἦν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων περιαιρούμενος τὰς ἐξουσίας καὶ καθόλου πάντων βουλόμενος ἄρχειν βιαίως. Quæ adduntur, non pertinent ad cædium sanguinolentam cupiditatem (quæ XIX, 71 recte significatur, addito τῶν τυράννων ὠμότερος). Suspicor scriptum fuisse: καταφρονητικός.

Ibd. 52 extr.: Μετὰ δὲ ταῦτα συμπολιορκήσας ἐπῄει τὰς ἑξῆς πόλεις, ἃς μὲν βίᾳ χειρούμενος, ἃς δὲ πειθοῖ προσαγόμενος. Συμπολιορκήσας, quoniam aoristus ferri nequit, si hoc ad τὰς ἑξῆς πόλεις refertur, Dindorfius in συμπολιορκήσων mutavit. Sed quid significat συμπολιορκεῖν, quoniam Antigonus nulli alii obsidionis socius est? Vereor ne fuerit: Κύμην πολιορκήσας (ἐκπολ.?).

Ibd. 66: Ἀποστείλαντος δὲ καὶ τοῦ δήμου πρεσβείαν πρὸς τὸν Πολυσπέρχοντα τὴν κατηγοροῦσαν μὲν τῶν περὶ Φωκίωνα, παρακαλοῦσαν δὲ τὴν Μουνυχίαν αὐτοῖς δοῦναι . . ., ὁ Πολυσπέρχων ἔσπευδε κ. τ. λ. Scrib.: τὴν κατηγορήσουσαν. Cfr. c. 69: ἐξέπεμψε δύναμιν . . . τὴν ἐπιθησομένην τοῖς πολιορκοῦσι, XX, 38: ἐκπεμψάντων δύναμιν τὴν προσαξομένην. In παρακαλοῦσαν Diodorus Atticam formam secutus esse potest.

Lib. XIX, 3. Neque πολὺ σεμνός usitate dicitur neque πολύσεμνος, utrumque a re et ab Agathoclis persona

alienum. Credo scriptum fuisse: *ἐπίσημος διὰ τὸ μέγεθος τῶν ὅπλων.*

Ibd. ad finem capitis: *ἐφ' οἷς περιαλγὴς γενόμενος αὐτοὺς διεγνωκότας ἐπιθέσθαι τυραννίδι κατηγόρησεν ἐν τῷ δήμῳ.* Nusquam Diodorus aut quisquam huius ætatis *κατηγορεῖν τινά* dixit neque accusatus est nisi unus Sosistratus tanquam tyrannidi studens. Scrib.: *αὐτοῦ ὡς διεγνωκότος.* (*Ὡς* addendum iam alii viderunt.)

Ibd. 17: *ὕστερον δὲ δοὺς ἑαυτῷ λόγον συνεχώρησεν, ὅτι . . . συμβήσεται.* Scrib.: *συνεφρόνησεν.* (De c. 19 vid. p. 130 n.)

Ibd. 20: *ὁ Πύθων ἧκεν ἄγων . . ., τῶν δ' ὑποζυγίων τοσοῦτον ἀριθμὸν ὥστε δύνασθαι καθοπλίσαι πᾶν τὸ στρατόπεδον.* Nemo iumentis aut ex iumentis armatur nec milites armis egebant. Scrib.: *καταπλουτίσαι.*

Ibd. 21: *αὐλῶνάς τε γὰρ εἶχε . . . καὶ παραδείσων φυτείας ποικίλας, ἔτι δὲ παντοδαπῶν δένδρων φυσικὰς συναγκείας καὶ ῥύσεις ὑδάτων.* Ineptum *φυσικαὶ συναγκεῖαι*, ineptum *συναγκεῖαι δένδρων.* Subest adiectivum transitivum, a quo pendet *δένδρων* genetivus; id puto fuisse *φυτικάς*, *ad arbores gignendas aptas.*

Ibd. 22: *τῶν τε δευτέρων ἡγεμόνων καὶ τῶν ἔξω τάξεως καὶ φίλων καὶ στρατηγῶν καὶ τῶν ἱππέων.* Scrib. uno *καὶ* sublato: *καὶ τῶν ἔξω τάξεως φίλων καὶ στρατηγῶν*, *amicorum ducumque, qui nullum certum in exercitu et acie ordinem tenebant.*

Ibd. 58 extr.: *διαβεβαιούμενος ἐν ταύτῃ τῇ θερείᾳ ἀποπλευσεῖσθαι ναυσὶ πεντακοσίαις.* Opinor: *αὐτὸς πλευσεῖσθαι.* (Dind. *ἀναπλευσεῖσθαι.*)

Ibd. 65 init.: *διεληλυθότες τὰ πραχθέντα τῶν Ἑλλήνων τῆς Εὐρώπης περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν.* Usus videtur postulare: *τὰ πραχθέντα ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων* aut: *τὰ πραχθέντα τῆς Εὐρώπης περὶ τ. Ἑ.*

κ. Μ. Nam *τῆς Εὐρώπης* partitive pendet ab his *περὶ τὴν Ἑ. κ. Μ.* [Iam Stephanus *ὑπὸ τῶν.*]

Ibd. 69: *προστάξας ἐνεδρεύειν τοὺς περὶ Πτολεμαῖον, οὓς ὑπώπτευεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου προάξειν.* Non agitur de insidiis, sed de observatione hostium; id est ex usu Polybii et Diodori *ἐφεδρεύειν τοῖς περὶ Πτολεμαῖον*. Vid. h. libr. 57 (*ἐφεδρεύῃ τοῖς περὶ Κάσσανδρον, ἂν ἐπιχειρῇ διαβαίνειν*) et 100 (*ἅμα μὲν ἐφεδρεύων τοῖς πολεμίοις*), XVIII, 25 (*ἐφεδρεύειν τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον τόποις*), XX, 47 (*ἐφεδρεῦσαι τῇ τε Βαβυλωνίᾳ καὶ ταῖς ἄνω σατραπείαις*) et 60 et 104. Contra cap. 68 de insidiis rectum est *ἐνεδρεῦσαι*, sed pravum *τοῖς πολεμίοις* pro *τοὺς πολεμίους*.

Ibd. 83: *μαθόντες δὲ παρὰ τῶν κατασκόπων τὸ γεγονὸς ταχέως ἐξέταξαν τὴν δύναμιν, ὅπως τὸ δεξιὸν κέρας κ. τ. λ.* Iampridem *ἐκτεταγμένοι* erant; nunc eo consilio, quod indicatur, *μετέταξαν τὴν δύναμιν*.

Ibd. 85: *ὅτι . . . τὰ μέρη τῆς δορικτήτου χώρας οὐκ ἀποδοίη τοῖς φίλοις, καὶ συνθέμενος πάλιν πρὸς αὐτὸν τοὐναντίον ἀφέλοιτο τὴν σατραπείαν τῆς Βαβυλωνίας Σελεύκου παρὰ πάντα τὰ δίκαια.* Scribi debet: *οὐκ ἀποδοίη τοῖς φίλοις καὶ συνθεμένοις πάλαι πρὸς αὐτόν, τοὐναντίον δ' ἀφέλοιτο κ. τ. λ.* (Cod. F *τοὐναντίον διαφέλοιτο*. in quo verum inest.)

(De c. 86 dictum est p. 175, de c. 88 p. 130.)

Ibd. 93 restituendum e codicibus: *τὴν ἧτταν ἀναμαχέσασθαι διειλήφει* pro *διελήφθη*, quod, quo significatu h. l. ponitur, barbarum est.

Ibd. 97: *νομίσαντες συντόμως ἥκειν τοὺς Ἕλληνας.* Scrib.: *ἥξειν*.

Ibd. 100: *προβολαῖς χρώμενος ποταμῶν καὶ διώρυξιν.* Dindorfius stellulam præfixit vocabnlo *ποταμῶν*. Miror fugisse virum peracutum facillimam emendationem: *ποταμῷ* (Euphrate) *καὶ διώρυξιν*.

Ibd. 102: (Pasiphilus, Agathoclis dux, huius v

ἠξίου τοὺς Μεσσηνίους βούλεσθαι τὴν φιλίαν καὶ μὴ συναναγκάζεσθαι τοῖς πολεμιωτάτοις αὐτοῦ διαλύεσθαι. Perversissime Agathocles Messenios, qui exsules Syracusanos ab illo eiectos tuebantur, hortatur, ne (simul) cogantur cum suis inimicissimis (exsulibus) pacem facere. Scrib.: *καὶ μὴ συνεξετάζεσθαι τοῖς πολεμιωτάτοις αὐτοῦ* (sublato *διαλύεσθαι*) *neve cum inimicissimis suis consociari.* Sed restat *βούλεσθαι τὴν φιλίαν*, quod pro eo, quod est *δέχεσθαι*, nemo Græcus dixit. Scilicet *φιλία* non Agathoclis significatur, sed exsulum, et pro *βούλεσθαι* restituendum est ipsum illud *διαλύεσθαι*, quod nescio quo errore suo eiectum loco in alienum devenit: *ἠξίου τ. Μ. διαλύεσθαι τὴν φιλίαν καὶ μὴ συνεξετάζεσθαι τ. π. α.*

Ibd. 103: *δυσὶ δὲ περιπεσόντες φορτηγοῖς πλοίοις τὴν μὲν ἐξ Ἀθηνῶν κατέδυσαν, τῶν δὲ ἐπιπλεόντων τὰς χεῖρας ἀπέκοψαν.* Unde igitur altera et quid ei factum est, quod Diodorus se dicturum promittit? Et unde *τὴν* femininum? Scribendum: *φορτηγοῖς πλοίοις, ἃ ἧκεν ἐξ Ἀθηνῶν, κατέδυσαν κ. τ. λ.*

Ibd. 108: *φῆμαι δὲ κατεῖχον ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων.* Nonne: *ἀπό*? Nam tunc quoque obtinebant.

Ibd. 110: *πυνθανόμενος δ' ἐν ταύτῃ καὶ δύναμιν εἶναι τὴν ἀμυνομένην.* Scrib.: *ἀμυνουμένην*, quod Dindorfius XVIII, 22 in gemino loco restituit; itemque XX, 48 scribendum *τῶν ἀμυνουμένων.* Vid. ad XVIII, 66. Res spectari debet in *θησόμενος* similibusque formis.

Lib. XX, 1: *τὸ δὲ τὴν ἀναγκαίαν σύνθεσιν ἔχον εὐκαίρως τετήρηται καὶ . . . ἐπιτερπῆ καὶ σαφῆ παρίστησι τὴν ἀνάγνωσιν.* Scrib.: *εὐκαίρως τε τηρεῖται.* Initio capitis lacuna sic fere explenda est, causa erroris perspicua: *ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοτίμως ἐχόντων πρὸς τὴν τῶν πράξεων ἐπίγνωσιν τὴν προθυμίαν ἀπαμβλύνουσι πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν.*

Ibd. 10: *τῶν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας ταττομένων τινὲς μὲν φοβούμενοι τὰς ἐν τῷ δικαστηρίῳ κρίσεις ἀποστάται γίνονται τῆς ἡγεμονίας, τινὲς δὲ ἐπιτίθενται τυραννίσιν.* Tollendum *τῆς ἡγεμονίας*: *aut deficiunt* (a patria) *aut tyrannide potiri conantur.*

Ibd. 11: *μετὰ δὲ τῆς θεραπείας αὐτὸς τοῦ ἡμίσους κέρατος προηγωνίζετο.* Num: *μετὰ δὲ τῆς θεραπείας αὐτὸς τοῦ ἡμίσους τοῦ εὐωνύμου κέρατος πρ.*, *cum dimidia parte satellitii* (c. 17), ut *τοῦ εὐωνύμου* omissum putetur, quod *τοῦ ἡμίσους κέρατος* coniungeretur? (Dind. *τοῦ ἀριστεροῦ* pro *τοῦ ἡμίσους.*) Paulo post (*τοὺς δὲ ἐκ τῶν ἀφράκτων ὁρῶν ἀόπλους*) qui sint *οἱ ἐκ τῶν ἀφράκτων*, nescio suspicorque scribendum esse: *τοὺς ἐκ τῶν ἀτάκτων* (etsi apertius esset *τοὺς ἀτάκτους*) significarique *τοὺς ἔξω τάξεως λεγομένους* (c. 41), de quibus c. 29: *παρηκολούθει δὲ καὶ πλῆθος ὄχλου παντοδαπὸν ἐκτὸς τῆς τάξεως.* Utroque loco de Africanis rebus agitur. Iidem fere sunt, qui c. 110 in Demetrii exercitu appellantur *ψιλικὰ τάγματα καὶ πειρατῶν παντοδαπῶν τῶν συντρεχόντων ἐπὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰς ἁρπαγάς.*

Ibd. 14: *ἔπεμψαν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι πρὸς τὴν ἱκεσίαν.* Opinor: *σὺν τοῖς ἀφιδρύμασι.*

Ibd. 23: *διεστύλωτο δ' εὖ κίοσιν.* Codices: *διεστύλωτο δ' οἴκοις.* Scribendum igitur: *δὲ δοκοῖς*, *trabibus.*

(De c. 25 et 31 dictum est supra p. 131.)

Ibd. 31 extr.: *θεμένους τὰ ὅπλα.* Suspectum mihi, quod hic et c. 45 extr. *τίθεσθαι τὰ ὅπλα* (quod apud antiquos quidem semper est *armatum consistere, stationem locumque capere*) eodem significatu ponitur, quo et alibi et hoc ipso libro c. 42 extr. et 88 extr. *ἀποτίθεσθαι τὰ ὅπλα* (*κατατίθεσθαι ὅπλα*) de armis in deditione

nendis. Initio capitis 31 scrib. (omisso, non transposito τῇ): τοῖς δευτερεύουσι μετὰ τὸν στρατηγὸν τιμῇ.

Ibd. 33: τῇ παιδιᾷ τὰ πρὸς πικρίαν λεγόμενα διέσυρεν. Num: ἐπὶ παιδιᾷ?

Ibd. 40: τὴν Μιλτιάδου θυγατέρα τοῦ τὴν προσηγορίαν φέροντος εἰς τὸν στρατηγήσαντα τῶν ἐν Μαραθῶνι νικησάντων. Scrib.: ἀναφέροντος.

Ibd. 41: διὰ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγριότητα διατυπῶσαί φασι τὴν ὄψιν αὐτῆς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον θηριώδη. Scrib.: διατετυπῶσθαι.

Ibd. 47: ἐφεδρεῦσαι . . . πάλιν τῇ κάτω σατραπείᾳ καὶ ταῖς ἀπ' Αἰγύπτου σατραπείαις. Recte iam alii intellexerunt, nullas fuisse ἀπ' Αἰγύπτου σατραπείας, sed male corrigunt: ταῖς περὶ Αἴγ. σατραπείαις. Nam ne illæ quidem fuerunt, sed una Ptolemæi Ægyptus. Scribendum: καὶ ταῖς ἀπ' Αἰγ. στρατείαις. De ἐφεδρεύειν verbo dixi supra ad XIX, 69.

Ibd. 48: καὶ ἅμα πάντας τοὺς πυρσοφόρους ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀφέντες. Et πάντες et articulus inepta sunt. Opinor fuisse: καὶ ἅμα παντοίους πυρσοφόρους. Ceterum sæpe in hoc libro πυρφόροι appellantur, hoc uno loco πυρσοφόροι. Fuitne: πυρσοὺς καὶ πυρφόρους?

Ibd. 56: Θερμίτας μὲν προσαγαγόμενος ὑποσπόνδους ἀφῆκε, τῶν Καρχηδονίων φρουρούντων ταύτην τὴν πόλιν. Non incolas urbis ad suas partes traductæ Agathocles Carthaginiensibus urbem custodientibus dimisit, sed ipsos milites præsidiarios. Pravum ταύτην. Scribendum: ὑποσπόνδους ἀφῆκε τοὺς Καρχηδονίων φρουροῦντας τὴν πόλιν. (Error a Reiskio animadversus erat.)

Ibd. 59: τρισμυρίων μὲν γὰρ στρατιωτῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐκπεμφθέντων οἱ καταλειπόμενοι ἔμποροι οὐχ οἷον ἱκανὰ πρὸς αὐτάρκειαν εἶχον, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἐχρῶντο δαψιλέσι πᾶσιν. Non agi de ἐμπόροις intellexerat iam in prima editione Dindorfius. Scrib.: οἱ καταλειπόμενοι ἔμφρουροι. Paulo ante in his verbis: ὁ δὲ

τῆς πολιορκίας οὐκ ἦν κίνδυνος aperte mendosum est ἦν (dicendum enim erat saltem, omisso articulo: τῆς δὲ πολιορκίας οὐδεὶς ἦν κ.). Scribendum: ὁ δὲ τῆς πολιορκίας οὐκ ἦν ἴα κίνδυνος.

Ibd. 60: Ὑποτεμομένων δὲ τῶν Καρχηδονίων τὴν εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀποχώρησιν τῶν πολεμίων ἠναγκάσθησαν οἱ περὶ τὸν Εὔμαχον καταφυγεῖν κ. τ. λ. Tollendum τῶν Καρχηδονίων, adscriptum ad declarandum τῶν πολεμίων. Nam prorsus perverse post ea, quæ præcedunt, nomen τῶν πολεμίων transfertur ad Græcos Carthaginiensium hostes, eosdem, qui οἱ περὶ τὸν Εὔμαχον appellantur.

Ibd. 63 scribendum: παρέλαβεν αὐτοὺς τότε (pro ποτε) κατ' ἰδίαν πάλιν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν. Ad narrationem huius rei tum factæ præparandam interpositus est totus locus de Agathoclis ingenio.

Ibd. 70: ἐπισημήναιτ' ἄν τις ... τὴν εἰς τὰ τέκνα γενομένην τιμωρίαν οἷον τῆς θείας προνοίας. Scrib.: οἷον ἐκ θείας προνοίας. Infra medio capite apparet, nihil prorsus ad sententiam desiderari, si hæc legas: εἰς τηλικαύτην δ' ὑπεροχὴν προελθόντος αὐτοῦ καὶ τὸν Ὀφέλλαν φονεύσαντος . . . φανερῶς ἐπεσημήνατο τὸ δαιμόνιον ὡς διὰ τὴν εἰς τοῦτον παρανομίαν τῶν ὕστερον (fort. ὑστέρων) αὐτῷ γεγενημένων· τοῦ γὰρ αὐτοῦ μηνὸς κ. τ. λ. Quæ post γεγενημένων in codicibus adduntur: τὸ θεῖον ἐπιστῆσαι (sive ἐπιστῆσαι scribere malis), in orationis structuram et sententiam quomodo includantur, non video, mirorque τῷ δαιμονίῳ superpositum τὸ θεῖον. Itaque secludenda hæc puto; videoque addi potuisse, cum putaretur post ἐπεσημήνατο ὡς verbum finitum sequi debere. Sed tamen quid significare voluerit, quicunque addiderit, non reperio maximeque in ἐπιστῆσαι hæreo.

Ibd. 72 ii, qui ad ipsam oram maris interfecti sunt,

nonne rectius ἐπὶ τοῦ κλύσματος φονευθέντες dicuntur quam ἐπὶ τοῦ κύματος?

Ibd. 76: τρία μὲν σκάφη τῶν τετρηρικῶν καὶ τῶν στρατιωτικῶν πορείων ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ βιαιότερον . . . ἐπὶ τὴν γῆν ἐξεβράσθη. Non potest τῶν στρ. πορείων pendere a τρία σκάφη, quod expletur genetivo τῶν τετρηρικῶν. Scrib.: πορείων ἔνια κατὰ κ.τ.λ. Bellicarum navium certus numerus ponitur, reliquarum incertus significatur. Ibd. medio capite (ὑπολείπειν ἤδη συνέβαινε τὸν σῖτον) pro ὑπολείπειν usus requirit ἐπιλείπειν, quod pro eodem restituendum est etiam c. 109 (τῆς τροφῆς ὑπολειπούσης τοὺς πολιορκουμένους). (Apud Lys. XXVII, 1 idem mendum Reiskius sustulit.) Sequitur: διὰ δὴ ταῦτα τῆς δυνάμεως ἀθυμούσης, παραλαβὼν τὸ στρατόπεδον καὶ τοὺς ἡγεμόνας Ἀντίγονος προέθηκε βουλὴν κ. τ. λ. Non tota castra in consilium vocavit Antigonus, sed aut (ut Perdiccas XVIII, 25) τούς τε φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας, aut potius τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς ἡγεμόνας, duces (legatos) præfectosque. Scrib. puto: τὸ στρατηγικὸν καὶ τοὺς ἡγεμόνας.

Ibd. 84: Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ τῶν δούλων τοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους ἐν τοῖς κινδύνοις ἀγοράσαντας παρὰ τῶν δεσποτῶν ἐλευθεροῦν καὶ πολίτας εἶναι. Scribendum: ἀγοράσαντες. Decrerunt ipsi publice servos redimere et manumittere.

Ibd. 85 πλοῖα ἴσα βεβηκότα (ἴσων βεβηκότων) non intellego quæ sint, sed ἴσον βεβηκότα, eiusdem altitudinis.

Ibd. 91: Ἐκ δὲ τῶν γωνιῶν ὑπῆρχον ἴσοι τῷ μήκει βραχὺ λείποντες τῶν ἑκατὸν πηχῶν. Addunt contra codices κίονες ante ἴσοι, quod abundat, quoniam communis omnium mensura indicatur. Scrib.: ἱστοὶ τῷ μήκει κ. τ. λ. (*Mastbäume*).

Ibd. 96: προσέπιπτον οἱ πυρφόροι τῷ ξυλοφανεῖ τοῦ κατασκευάσματος. Si hoc verum est, significatur

tamen lignea superficies, non partes ligni speciem habentes; sed fortasse scriptum fuit: τῷ ξυλοπαγεῖ.

Ibd. 101: Διόπερ ἔδοξε πολλοῖς ὁ μὲν (Αἴολος) ... εὐθὺς κατὰ τὸν πρῶτον πλοῦν λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τιμωρίαν, ὁ δὲ Ἥφαιστος ἐπὶ τῆς τελευτῆς, οἰκείως τῆς ἀσεβείας κολάσας τὸν τύραννον ἐν τῇ πατρίδι. Scrib.: ἐπὶ τῆς τελευτῆς οἰκείως . . . κολάσαι τὸν τύραννον ἐ. τ. π. Quod additur: συνωνύμως ἐπὶ θερμοῖς ἄνθραξι κατακαύσας ζῶντα, quæ sit συνωνυμία, non intellego.

Ibd. 102: ἅμα μὲν νομίζων δόξαν οἴσειν αὐτῷ μεγάλην τὴν τῶν Ἑλλήνων αὐτονομίαν, ἅμα δὲ καὶ τοὺς περὶ Πρεπέλαον ἡγεμόνας τοῦ Κασσάνδρου πρότερον συντρῖψαι καὶ τότε προάγειν (sic recte Bekkerus pro προσάγειν) ἐπ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν ἢ ἐπ' αὐτὸν πορεύοιτο τὸν Κάσσανδρον. Scribendum primum: ἅμα δὲ καὶ τοὺς περὶ Πρεπέλαον ἡγούμενος δεῖν τοῦ Κασσάνδρου πρότερον συντρῖψαι καὶ τότε κ. τ. λ. Sed præterea apparet illa ἢ ἐπ' αὐτὸν πορεύοιτο τ. Κ., quæ ad πρότερον pertinent, debuisse poni ante καὶ τότε. Aut igitur transposita sunt aut, quod magis puto, subditicia; nam idem significant, quod inest in verbis καὶ τότε κ. τ. λ.

Ibd. 103: εἶτα τῶν ἐν ταύτῃ συμφυγόντων πρὸς τοὺς κατειληφότας τὸν Ἀκροκόρινθον. Prave ἐν ταύτῃ ad τὸ Σισύφειον refertur; scribendum: τῶν ἐντεῦθεν.

Ibd. 110. Ex eo, quod codices habent: Μετὰ δὲ ταῦτα Πρώνας μὲν καὶ Πτελεὸν προσηγάγετο, fit non Ἄντρωνα (Wessel.), sed Ἄντρωνας. Vid. præf. Livii a me et Ussingio editi vol. IV, 1 p. IX. (Strab. IX p. 432 Cas., Ps.-Demosth. Philipp. IV, 9.)

Ibd. 113: Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις οἱ τῶν παρὰ Λυσιμάχῳ στρατιωτῶν αὐτομολήσαντες ἐκ τῆς χειμασίας παρ' Ἀντίγονον, Αὐταριᾶται μὲν διοχίλιοι, Λύκιοι δὲ καὶ Παμφύλιοι περὶ ὀκτακοσίους. Scri-

bendum: *Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ηὐτομόλησάν τινες τῶν π. Λ. στρατιωτῶν κ. τ. λ.*

Fragmentorum Diodori e libris XXI ad XL correctiones aliquot natas, cum ea historiæ causa percurrerem, nullo addito verbo indicabo ac ne posita quidem vulgata scriptura. Eæ correctiones quod maxime in fragmentis Hœschelianis et iis, quæ Maio debentur, interdum longius a litterarum vestigiis discedunt, non mirabuntur, qui eorum condicionem norunt.

Scribendum est igitur XXI, 8 Bekk. (c. 2, 3 Dind.): *καὶ τρόπαιον στήσας· διὸ δεῖ διαλαβεῖν ἀληθῆ τὸν λόγον εἶναι*, et ibd. 14 (7): *ὁ βουλόμενος ἔφεδρον ἔχειν τῇ βασιλείᾳ.*

Lib. XXII, 20 (9, 5): *ὄντων δὲ ἐν τῷ τεμένει θυεῖν ἐδῶν*, 21 (10) med.: *πάσης τῆς Καρχηδονίων ἐπικρατείας κύριος ἐγένετο*, ibidemque: *μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Μοτύης.*

Lib. XXIII, 2 (1, 2): *προσεπηγγέλλετο δὲ τῶν ὁμόρων πρὸς Ἱέρωνα πόλεων μὴ ἐπιβήσεσθαι* et paulo post: *τοὺς μιαιφόνως μάλιστα πίστεως καταφρονήσαντας*, 3 (2): *Ὅτι Φοίνικες Ῥωμαίους καταναυμαχήσαντες*, 18 (12): *ἐφ' οἷς ὁρῶν αὐτοὺς ἀγανακτοῦντας.*[1])

Lib. XXVI, 1 (1): *πᾶσα δύναμις οὐκ ἐκ τῆς ἀλλοτρίας ἀσθενείας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰδίας ἕξεως θεωρεῖται*, ibidemque: *διὸ δεῖ τοὺς εὐφρονοῦντας τοῖς μὲν διὰ ἐπιμέλειαν κατωρθωκόσιν καὶ ἀρετὴν ἀπομερίζειν τὸν ἔπαινον.*

Lib. XXVII, 18 in fr., quod incipit sic: *Ὅτι ἀτυχίαν ἀδικίας* (18): *οὐ γὰρ δυνατὸν τὸν εἰς ἑτέρους ὠμὸν γενόμενον ἐν μέρει πταίσαντα τυγχάνειν ἐλέου.*

Lib. XXIX, 3 (3): *Διὸ καὶ τοὺς πεπεικότας*

---

1) De 7 (4, 2) dictum p. 131.

αὐτὸν ἀπαράσκευον ὄντα ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίαν (*ἐπὶ τῇ . . . συμμαχίᾳ*?) *τὸν πόλεμον ἐπανελέσθαι*, 22 (19): *καὶ τὰς περιβοήτους πράξεις ἐπετελέσατο πολιτικοῖς μὲν τελέσμασι καὶ δυνάμεσι μικροῖς, μισθοφόροις δὲ . . . παμμεγεθέσι*, 24 (21): *κατηγορούμενος γὰρ ὑπὸ τῶν δείνων θανάτῳ*, 30 (27): *ὁ ὕπατος καὶ ἐκ πατρῶν γεγονὼς ἦν εὖ καὶ κατὰ τὴν ὄψιν εὐπρεπής* (aut *πατρῶν γεγ. ἦν εὐγενῶν καὶ*), 36 (33): *καὶ ἀπολογησαμένοις τοῖς τοῦ Περσέως πρεσβευταῖς περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀπολύειν αὐτὸν ἐγκλημάτων ἔφη, περὶ δὲ κ. τ. λ.*

Lib. XXX, 5 (5): *ὅπως ἅπαντας καταπληξάμενος τοὺς δυναμένους ἀντιπολιτεύεσθαι καθάπαξ εἴη κύριος ἁπάσης τῆς Ἠπείρου*, 9 (8): *πῶς γὰρ ἄν τις οὐκ εἰκότως διαλάβοι* et paulo post: *τὸ γὰρ συμπεριενεχθῆναι πᾶσι τοῖς καιροῖς ἁρμοζόντως*, 14 (11): *νομίζων πολὺ, οὐ τοῖς ὅλοις κρατεῖν Ῥωμαίους*, 19 (15): ... *ἑσώρευον. Πῶς οὐκ ἄν τις θαυμάσειεν . . .;*

Lib. XXXI, 3 (3) post med.: *τὴν ἐν ἀρχῇ παρατεθεῖσαν ἀπόφασιν*, 18 (11, 1): *καθόλου δὲ τέταρτον ἀντοφθαλμοῦντος τοῦ βασιλέως τοῖς Ῥωμαίοις ἐνιαυτὸν* (cfr. Liv. XLV, 41, 5), 47 (36): *ἐπιδεξίοις γὰρ θωπεύμασι καὶ ψηφίσμασι*, 49 (38): *ἀδυνατεῖ ἀπᾶραι τῆς τῶν κυνιδίων ἐλαφρότητος.*

Lib. XXXII, 4 (4): *ἔλαβε παρὰ τῶν πολεμίων ἐθελοντῶν τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν*, 24 (24): *ὑπὸ τοῦ Πολυβίου ἐπιστατοῦντος, τίνος ἕνεκα*, 26 (26): *μέρος οὐκ ἐλάχιστον . . . συμβαλλόμενα . . . τὰ διὰ τῆς τῶν ἀποτελεσμάτων πείρας νουθετήματα*, et paulo post: *χρεῶν ἀπολύσεις*, 27 (27, 1): *κατὰ τοὺς τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἡλικίας καιρούς.*

Lib. XXXIII, 7 (5, 4): *τοῖς ἑαυτῶν παρανομήμασι συνεπιχειροτονοῦντες ἀλκήν* (?) et paulo post: *πρὸς ἀλήθειαν ἥκειν συμμάχους ἀποστελλομένους.*

Lib. XXXIV et XXXV, 60 (33): *Κάτων ὁ ἐπικληθεὶς τιμητικός.*

Lib. XXXVI, 1 (4, 4): *καὶ ταῖς γυναικείαις θέαις ἐργολαβοῦντα*, pauloque post: *γυμνασίαις πολεμικαῖς ἐνδιατρίβοντες*, et sub fin. fr. (8, 5): *τὰ μὲν κρατῶν, τὰ δὲ κρατούμενος*, 2 (9, 2): *ὑπελάμβανε τῇ τούτου ταπεινώσει καὶ ἀδοξίᾳ καὶ τὴν ἑαυτοῦ κατηγορίαν καταλύσειν.*

Lib. XXXVII, 12 (8, 4): *διατελέσας εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων ἀδικημάτων*, coll. XXXVIII et XXXIX, 24 (20); 41 (30, 1): *τοὺς ἄφρονας ὠθεῖ πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων.*

Lib. XXXVIII et XXXIX, 3 (3): *μετὰ τὸ σύνθεσιν ποιήσασθαι, ἐφ' ᾧπερ αὐτὸν ὑπατεῦσαι, ἔδοξε*, 15 (12): *ἔσπευσαν τῷ νεανίσκῳ κοινωνῆσαι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἀγώνων.*

Lib. XL, 2 (2): *ἀφεστηκότας τοῦ Σύρου πεπρεσβευκέναι πρὸς τὴν σύγκλητον.*

His addam, in fragmento libri VI, 1 (2, 5) sic esse scribendum: *εἶναι δὲ κατὰ τὴν νῆσον ἱερὰ θεῶν καὶ ἕτερα πλείω . . . περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος . . . ἀναγεγράφαμεν, εἶναι δὲ ἐν αὐτῇ κατά τινα λόφον ὑψηλὸν καθ' ὑπερβολὴν ἱερὸν Διὸς Τριφυλίου κ. τ. λ.* (Vulgo: *εἶναι δὲ τὴν νῆσον ἱερὰν θεῶν καὶ ἕτερα.*)

Cap. II.

Strabo.

Strabonis legendi initium feci a libro V et VI, Italiæ antiquæ formam et intermixtam rerum Romanarum, partim etiam Græcarum memoriam persequens. Aliquot annis post adiunxi III et IV, quibus terræ et provinciæ ad occidentem et septentrionem versæ continentur, repetitisque illis duobus libris ad VII proximosque perrexi, hic quoque præter geo-

graphica animo in intervenientem multis modis Græcarum Romanarumque rerum litterarumque mentionem intento. Sed sensim, maxime inde a libro undecimo celerius legi multoque pauciora annotavi. Duos primos libros antea hic illic inspectos postremos legi. Straboniani operis emendandi subsidia Kramerus diligentissime conquisivit prudenterque et caute de codicibus æstimandis disseruit, quorum vel optimi (in priore parte A B, in altera F D E) antiqua et gravia menda habent; in ipsa oratione constituenda et emendanda etsi non pauca vera invenit, tamen non raro minus libero iudicio usus menda a Corae aut etiam Groskurdio animadversa et partim sublata defendit interdum pravis enarrandi artificiis et fingendo. Multa feliciter Meinekius correxit; ex iis, quæ is quoque aut reliquit aut non recte expedivit, quæ nobis videmur recte animadvertisse et emendasse, age, persequamur.[1])

Lib. I p. 4 Casauboni (c. 1 § 7): *Τοῖς γὰρ πέρασι* (*πᾶσι* recte om. B C) *συνήθη λέγει τὸν Ὠκεανὸν, τὰ δὲ πέρατα κύκλῳ περίκειται.* Nihil est *συνήθης τοῖς πέρασι.* Scr.: *συνῆφθαι λέγει τὸν Ὠκεανόν.* Cfr. p. 8, c. 1, 15 med.

Ibd. 6 (1, 9): *Ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ . . . εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα . . ., ἱκανῶς διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον.* Pro corrupto *διακρατήσαντας* scrib. *διαιτήσαντας.* Cfr. p. 14 extr., 94, 103 et sæpius.

Ibd. eadem pag. (1, 10): *Αἴγυπτος καὶ Φοινίκη, ἑξῆς δὲ ἡ πέριξ τῆς Κύπρου, εἶτα Σόλυμοι καὶ Λύκιοι καὶ Κᾶρες. Πέριξ τῆς Κύπρου* nulla est pars huius, quam Strabo persequitur, oræ. Scrib.: *ἡ περαία τῆς Κύπρου,* pars continentis Cypro obiecta, quæ confinis So-

---

[1]) Exemplo Parisiis apud Didotum edito a Muellero uti non potui, ex quo mihi casu innotuit egregia in libr. III p. 155 (3, 7) emendatio.

lymis est. Notissima ἡ περαία τῆς Ῥόδου. (De p. 9 dictum est supra p. 326 ad Thucyd. VI, 21, 2.)

Ibd. 10 (1, 17): *Καὶ τοῦτο καὶ ἐν μικροῖς μὲν δῆλόν ἐστιν.* Scribendum: *ἐν μικροῖς ἔνδηλόν ἐστιν.*

Ibd. p. 11 (1, 18) scrib.: *ἄλλοις γὰρ νόμος τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα, ἄλλοις δὲ τὸ τῶν ἀρίστων κ. τ. λ.* (pro ἄλλος). Non agitur de diversitate legum, sed alios in aliis civitatibus legum esse auctores.

Ibd. 11 (1, 20) ὥσπερ mendosum est; fortasse scribendum: *ἀλλ', οἷα τὰ περὶ τὴν ἀναμέτρησιν . . ., ἐν ἄλλοις δεικνύουσιν.* Deinde autem, sublatis, quæ errore repetita sunt (ὑποθέσθαι δὲ) scribendum est sic: *ἐνταῦθα δὲ ὑποθέσθαι δεῖ καὶ πιστεῦσαι τοῖς ἐκεῖ δειχθεῖσιν, καὶ σφαιροειδῆ μὲν τὸν κόσμον, σφαιροειδῆ δὲ . . ., ἔτι δὲ τούτων πρότερον τὴν ἐπὶ τὸ μέσον τῶν σωμάτων φορὰν, αὐτὸν μόνον, εἴ τι τῆς αἰσθήσεως ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐγγύς ἐστιν, εἰ ἄρα, ἐπισημαινόμενον ἐπὶ κεφαλαίῳ μικρά*: *ita ut ipse tantum summatim et breviter, si forte, confirmes et quasi signes, si quid sensui et communibus notitiis propinquum est* (ut inde confirmetur). In codicibus est αὐτὸ μόνον ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως et ἐπισημαινόμενοι. Mirum est in elliptico illo εἰ ἄρα hæsisse editores (vid. VIII p. 351, c. 3, 27, IX p. 431, c. 5, 5, XVII d. 790, c. 1, 5, Wyttenbach. animadv. ad Plutarch. cons. ad Apoll. p. 113 A, p. 749 ed. Oxon., nam Heindorfius ad Plat. Parmen. p. 150 B tantum de εἴπερ dixit); in ceteris aberrarunt a facili correctionis via. Strabo Stoicus est (κοιναὶ ἔννοιαι).

Ibd. 13 (1, 21): *δι' οὗ φερόμενος ὁ ἥλιος τρέπεται καὶ διδάσκει διαφορὰς κλιμάτων τε καὶ ἀνέμων.* Scrib.: *ἀλλάσσει* aut *διατάσσει.*

Ibd. paulo post scribendum: *ταῦτα γὰρ . . . καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὴν πρώτην ἀγωγὴν τὴν εἰς τὰ μαθήματα παραδίδοται, κατανοήσας τις ἁμωσγέπως* (pro ἄλλως πως) *δύναται παρακολουθεῖν κ. τ. λ.* Mendum per-

vagatum tollendum etiam p. 63 extr. (c. 4, 4), ut scribatur: *οἰκήσιμον ἁ μ ω σ γ έ π ω ς*. VI p. 255 recte Coraes; quæ Kramerus comparat, nulla aut prorsus diversa sunt. Cfr. ad Plutarchum de audiendo c. 13.

(De p. 16, c. 2, 3 dictum est supra p. 24, de p. 20, c. 2, 9 p. 29 n.)

Ibd. 21 (2, 10): *τοὺς Ἀριμασπούς . . ., οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐνδέδωκεν Ἀριστέας*. Prorsus alienum *ἐνδιδόναι* est, longius discedit *παραδέδωκεν*. Fuitne: *ἐ ν δ έ δ ε ι κ ε ν*?

Ibd. 23 (2, 15): *καθάπερ Δαναὸν μὲν τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν Ἄργει παραδείξαντα, Ἀτρέα δὲ τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ δρόμον, μάντεις τε καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας*. Scribendum: *μάντεις τε καὶ ἀ σ τ ε ρ ο σ κ ό π ο υ ς γ ε ν ο μ έ ν ο υ ς ἀποδείκνυσθαι βασιλέας*. Solis cursum *ἀστεροσκόπος* observavit, non *ἱεροσκόπος*. (Paulo ante iniuria et Kramerus hæsit in verbis *καὶ τὸ πλῆθος* et Meinekius *καί* in *κἀκ* mutavit, perturbata structura. Multitudinem scriptorum et late diffusam in ipsis locis famam (hoc est enim *τὸ πλῆθος τῆς ἐπιχωριαζούσης φήμης*) Strabo argumento esse dicit, non fictas res esse.)

Ibd. 25 (1, 16): *καὶ τὸ τὴν ἀκμὴν τοῦ ζῴου συαγρώδη εἶναι καὶ τὴν θήραν*. Minime *συαγρώδης* erat *ἡ θήρα*. Scribendum: *συαγρώδη εἶναι καὶ δ η κ τ η ρ ί α ν*.

Ibd. 28 (2, 20): *ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ἐφεξῆς κατὰ τοὺς Θρᾶκας εἰδώς*. Scrib.: *ἀλλὰ κ α θ᾽ α ὑ τ ὴ ν τὴν ἐφεξῆς*.

Ibd. 35 (2, 28) tollendæ voces *τοὺς Αἰθίοπας*, additæ, cum non animadverteretur obiectum esse: *καὶ τὸν περὶ τῶν Πυγμαίων λόγον* (propter *καί*). Poterat Strabo dicere: *ἐπὶ τοὺς κατ᾽ Αἴγυπτον Αἰθίοπας μόνους*.

Ibd. 38 (2, 31): *οἱ μὲν περίπλουν τῶν διὰ Γαδείρων μέχρι τῆς Ἰνδικῆς εἰσάγουσιν*. Scribendum: *δ ι ὰ*

τῶν Γαδ., per fretum Gaditanum. Paulo post prave ab editoribus additum est *οὐδ'* ante *ἡ 'Οδυσσέως*. Sententia est: „Sic enim sequeretur etiam Ulixis errorem fieri non potuisse". Sed scribendum: *οὐχ ὡς ἀδύνατος (εἴη ἂν καὶ γὰρ ἡ 'Οδυσσέως πλάνη ἀδύνατος), ἀλλ' ὅτι κ. τ. λ.* (pro *οὐχ ὡς ἀδύνατος εἶναι*).

Ibd. 41 init. (2, 33). Verba in codicibus loco mota (*καλῶς εἶχεν . . . παραλαβεῖν*) Casaubonus ceterique cum non recto loco posuissent, et *δέ* post *ἐμφαίνει* addere coacti sunt neque sententiam rectam consecuti; nam *ἐμφαίνει* Homerus *τὴν παρὰ Σιδωνίοις ἀποδημίαν* nomine eorum hoc loco (Od. IV, 84) interposito; alibi artificiorum laude et hospitii mentione aliud et maius significat. Scribendum sic: *ἵνα δ' ἐμφήνῃ καὶ τὴν π. τ. Σ. ἀποδημίαν, καλῶς εἶχεν εἴτ' ἀναλαβεῖν εἴτε καὶ παραλαβεῖν, ἣν ἐπὶ πλέον γενομένην ἐμφαίνει διὰ τῶν ἐπαίνων κ. τ. λ.* Et vocum aliquot et versuum plurium transpositorum non rara sunt in Strabonis opere exempla (IV p. 177, c. 1, 2, ad VI p. 253).

Eadem pag. extr. (2, 34) mira significatur differentia hominum (*τούτοις*) et finium, tum finium mediorum (*πρὸς μέσους τοὺς ὅρους*, non *πρὸς τοὺς μέσ. ὅρ.*). Scribendum: *εἰ δέ τις . . . γίνεται διαφορὰ τοῖς προςβόρροις πρὸς τοὺς μεσημβρινοὺς καὶ τούτοις πρὸς τοὺς μέσους τοῖς ὅροις, ἀλλ' ἐπικρατεῖ γε τὸ κοινόν.*

Ibd. 44 (2, 36) scribendum: *μᾶλλον γὰρ ἂν ἐφαρμόττοι τῷ δὶς γενέσθαι τὴν παλίρροιαν . . . ἢ τῷ τρὶς τὸ τοσοῦτον χρόνον μεῖναι τὰ ναυάγια ὑποβρύχια.* Vulgo deest *τό.*

Ibd. 45 (2, 39) scribendum: *'Ως μὲν γὰρ ἅπαντες λέγουσιν, ὅ τε ἐξ ἀρχῆς πλοῦς* (sic Coraes pro: *ὅτι ἐξ ἀρχῆς ὁ πλοῦς*) *ἐπὶ Φᾶσιν ἔχει πιθανόν τι . . . καὶ ἡ ἐπάνοδος . . . ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνυμένων καὶ πεπιστευμένων, ἔτι δὲ ἐκ τῆς 'Ομήρου φωνῆς* (v. *πεπιστευμένων ἐστὶν ἐκ*).

Ibd. 47 (3, 2) scrib.: *ἀλλ' ὅτι καὶ περὶ ὧν* (pro

τῶν) τόπων οὐδὲ καθ' ἑαυτόν πω γνώριμα εἶναί φησι τὰ καθ' ἕκαστα ἀκριβολογούμενα, καὶ κελεύσας . . . καὶ τὰς αἰτίας . . . ἀποδοὺς . . ., αὐτὸς ἐπίστευσε τοῖς τυχοῦσι: etiam de iis locis, de quibus . . ., ipsum levibus testibus credidisse.

Ibd. 49 (3, 4): *λίθον τε κογχυλιώδη καὶ τὰ κτενώδεα καὶ χηραμίδων τυπώματα.* In *τά*, qui articulus ferri nequit, latet substantivum, quo carere non possumus: *καὶ ὄστρακα κτενώδεα.*

Ibd. 53 (3, 9) interpungenda oratio scribendumque sic: *ἡ δ' ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν ὥστε, ὥσπερ νεκρὸν ἢ ξύλον . . . ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβληθῆναι, οὕτω καὶ ἐκ τῶν πλησίον αὐτῆς τόπων εἰς τὸ πέλαγος προπεσεῖν ὑπολειφθέντων ὑπὸ τοῦ κύματος.* E mari in litora eiecta (sæpe) ibi remanent nec, unda recedente, in mare retrahuntur. (Codices et editiones: *ὥστε νεκρὸν . . . οὕτω δὲ καὶ τῶν πλησίον αὐτῆς τόπων . . . ὑποληφθέντων*, sine sensu.)

Ibd. 55 (3, 12; nam de p. 55, c. 3, 11 dictum est p. 71): *ὥστ' οὐχ ὅτι παλιρροοῦντας, ἀλλ' οὐδὲ καθεστῶτας καὶ μένοντας, συρροίας μὲν ἐν αὐτοῖς οὔσης, μὴ μιᾶς δὲ ἐπιφανείας.* Nihil est, unde pendeant accusativi; nam ante *συρροίας* excidit propter similitudinem litterarum *ὁρώης ἄν* (*καὶ μένοντας ὁρώης ἄν, συρροίας κ. τ. λ.*). Quæ Kramerus de accusativo participii scribit, plane ficta sunt.

Ibd. 56 (3, 13): *καὶ πάντα τὸν τόπον, ὅπου νῦν τὰ καλούμενα Γέρρα, καθ' ἕκαστα τεναγίζειν.* Nesciunt, quid faciant verbis *καθ' ἕκαστα.* Scripserat Strabo: *ὅπου τὰ νῦν καλούμενα Γέρρα καθέστηκε, τεναγίζειν.*

Ibd. 58 (3, 17) post *τὴν Ταντάλου βασιλείαν* excidit folium antiqui codicis. Aliquid deesse Meinekius intellexit.

Ibd. 61 init. (3, 20 extr.): *καὶ τριήρη τινὰ ἐκ τῶν νεωρίων ἐξαιρεθεῖσαν ὑπερπεσεῖν τοῦ τείχους.* Scriben-

dum: *ἐξαρθεῖσαν*. (Paulo ante sic interpungendum: *δέξασθαι μεταξύ, καὶ τῶν πεδίων κ. τ. λ.*)

Ibd. 66 (4, 7) scribendum: *οἱ δὲ λοιποί, οἱ ἐπιόντες, ὅση ἦν ἱκανὴ ὑπογράψαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπίνοιαν, οὗτοί εἰσιν οἱ κ. τ. λ.* (Vulgo: *οἱ δὲ λοιποὶ ἐπιόντες.*)

Ibd. 66 (4, 8): *ὁποτέρου δή ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, δηλονότι ἡ κάτω λεγομένη τῆς Αἰγύπτου χώρα.* Pro *δηλονότι*, quod ignavum est, codices omnes *διελόντι*. Scribendum igitur: *ὁποτέρου δή ἐστιν ἡ Αἴγυπτος ἤ, διελόντι, ἡ κάτω λεγομένη τῆς Α. χ.*, id est: *aut, si dividas* nec de omni Ægypto simul statuas. (De *διελόντι* synt. Gr. § 38 c.)

Lib. II p. 76 (1, 18) scrib.: *ὡς ἰσοδυναμοῦν τῷ ζητουμένῳ λαμβάνοντος πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι τὸ ζητούμενον*: contendit adversarium id, quod quæratur, demonstrare sumpto (sine demonstratione) eo, quod idem valeat. Codd. et edd.: *ὡς ἰσοδυναμούντων τῶν ζητουμένων λαμβάνοντος*, sine sensu. Error cœpit ab *ἰσοδυναμουντῳ* in unam vocem conflato et *ἰσοδυναμούντων* facto.

Ibd. 79 (1, 23) pro *καταμηνύοιτο* scrib.: *καταμηνύοι*. (Error ex sequenti *ο*.)

Ibd. 80 (1, 26) scribendum: *Τοῦ δὲ πρὸς ἕω πλευροῦ τὸ μὲν διὰ τῆς Περσικῆς μῆκος . . . οὐκ ἔλαττον εἶναι δοκεῖ τῶν ὀκτακισχιλίων . . ., τὸ δὲ λοιπὸν διὰ τῆς Παραιτακηνῆς κ. τ. λ.*, sublato *κατά*, quod inter *Περσικῆς* et *μῆκος* additur.

Ibd. (1, 26 et 27). Non transitur ad ea, quæ Eratosthenes *περὶ τῆς τρίτης σφραγῖδος* dixerat, sed ea finiuntur, ut deinceps de iis iudicetur. Scrib.: *Ὁ μὲν δὴ Ἐρατοσθένης τοιαῦτ' εἴρηκε περὶ τῆς τρίτης σφραγῖδος. Καὶ ἄλλα μέν τινα ἁμαρτήματα ποιεῖ κ. τ. λ.* Male discerptis sententiis post *περί* additum est *δέ*.

Ibd. 81 (1, 28) inserendus articulus: *τὴν διορίζουσαν γραμμὴν τὸ ἑσπέριον πλευρὸν τῆς Ἀριανῆς.*

Ibd. 82 extr. (1, 29) tollendum *δέ* post *πλέον* (*τὴν Μεσοποταμίαν . . . περιέχεσθαι λέγων ὑπό τε τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος, τὸ πλέον τῆς περιοχῆς ὑπὸ τ. Εὐφ. συμβαίνειν φησίν*).

Ibd. 84 (1, 31) oratio sic interpungenda est: *οὐ πιθανὸν, τῆς τε Σεμιράμιδος... μητρόπολις τῆς Συρίας, καὶ τῆς διαλέκτου . . . διαμενούσης . . . καὶ τοῖς ἐντός. Τὸ δὲ ἐνταῦθα... διασπᾶν ἔθνος γνωριμώτατον κ. τ. λ.*

Ibd. 85 (1, 32) manifestum est excidisse quædam propter repetitionem earundem vocum: *ἐπὶ μέρους δὲ μῆκος μὲν τὸ παράλληλον τῷ τοῦ ὅλου μήκει τμῆμα ἐκείνου, πλάτος δὲ τὸ παράλληλον τῷ τοῦ ὅλου πλάτει τμῆμα ἐκείνου.* (Deinde scr.: *ὁπότερον ἂν οὖν ᾖ μεῖζον.*)

Ibd. 86 (1, 33 extr.): *οὐκ ἂν εἴη παράλληλος οὐδετέρα.* Scr.: *οὐδετέρῳ* (*παραλλήλῳ*). Deinde *αἱ βόρειοι* pravum; nam de septentrione omnino non agitur. Codices *διαβόρειοι*. Videtur fuisse: *διάφοροι.*

Ibd. 87 (1, 35) scribendum: *φήσας, εἰ μὲν παρὰ μικρὰ διαστήματα ὑπῆρχεν ὁ ἔλεγχος, συγγνῶναι ἄν· ἐπειδὴ δὲ κ. τ. λ.* Vulgo post *ἂν* additur *ἦν*, nulla structura.

Ibd. 89 (1, 36) scribendum interpungendumque ita: *ἵνα δὲ μὴ ἀνίσχυρον ᾖ, τὸ ὑπὸ ἐκείνου διδόμενον λαβὼν, τὸ εἶναι . . . ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας, δεικνύτω τὸ αὐτό.* Vulgo scribitur: *ἵνα δ' ἀνίσχυρον ᾖ τὸ ὑπ' ἐκ.* et *ἐδείκνυε τὸ αὐτό*, quod postremum falsissimum est (ne dicam de imperfecto pro aoristo). Potest etiam fuisse: *ἵνα δ' αὖ ἰσχυρὸν ᾖ.*

Ibd. 92 (1, 40): *οὐ πολὺ ἧττον μεσημβρινώτερον ὄν.* Scrib.: *μεσημβρινὸν ὄν.*

Ibd. 95 (2, 3): *ἀφόρους πλὴν σιλφίου καὶ πυρωδῶν τινων καρπῶν συγκεκαυμένων.* Scrib.: *πυρηνωδῶν τινων καρπῶν.* Nam *καρποὶ πυρώδεις* nulli sunt; satis est *σύγκεκαῦσθαι.*

Ibd. 96 (3, 1): *πρός τε τὰς τῶν ζῴων καὶ φυτῶν συστάσεις καὶ τῶν ἄλλων ἡμισυσταλεῖς τῶν ὑπὸ τῷ ἀέρι καὶ ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ.* Pro voce, quam corruptam esse consentitur, scribendum, una littera mutata, *ἡμισυστάσεις.* Novam vocem componendo Strabo finxit, ut significaret, solis animantibus et stirpibus tribuendam esse proprie *σύστασιν.*

Ibd. paulo post scribendum: *ζητεῖ γὰρ ἡ γεωγραφία τῇ ἑτέρᾳ* (pro *τῆς ἑτέρας*) *τῶν εὐκράτων ἀφορίσαι τὸ οἰκούμενον ὑφ' ἡμῶν τμῆμα.* Non separatur pars a nobis habitata ab altera zona temperata (ipsa enim est), sed ea terminatur et continetur. (Vid. p. 67 n. et ad Thucyd. II, 83.)

Ibd. 97 (3, 2) scribendum: *δῆλον γάρ, ὅτι, εἰ διαιρεῖται κατὰ ταύτην τὴν τομὴν καὶ ἡ διακεκαυμένη, ποιεῖ τινα ἐπιτηδειότητα.* In codd. et edd. deest *εἰ.*

Ibd. 105 (4, 3): *καὶ ἐν δεξιᾷ εἰς τὴν Ἰαπυγίαν.* Manifestum est (quoniam hic in metiendo sinu Adriatico a meridie proceditur), scribi debuisse *ἐν ἀριστερᾷ.* Sed omnes hæ voces perverse interponuntur, cum tota mensura alterum (Græcum) litus sequatur. Unde tamen ortæ sint, hæreo.

Ibd. 106 (4, 3): *ἀπὸ δὲ τῆς Ῥοδίας εἰς Βυζάντιον . . . περὶ πεντακισχιλίους, ὡς εἰρήκασι, σταδίους.* Nihil est, unde pendeat accusativus. Scribendum: *πεντακισχιλίους εἰρήκασι σταδίους.* *Ὡς* ex *ους* ortum, cuius erroris aliquot exempla supra notavi. Paulo post, ubi editur: *οὐ γὰρ παραπλήσιον, ἀλλὰ πολὺ δυσμικώτερον εἶναι τὸ διάρμα τοῦτο,* tollendum *εἶναι* aut in *ἐστί* mutandum. Ab ipso Strabone hoc obiicitur alienæ sententiæ præcedenti.

(De p. 110, c. 5, 1, p. 117, c. 5, 10, p. 121, c. 5, 17 dictum est supra p. 27, p. 37, p. 71.)

Ibd. 114 (5, 7): *καὶ περατοῖ τὰ προσάρκτια μέρη*

τῆς οἰκουμένης. Deest subiectum. Scr.: περατοῦται τά. (Cfr. III, 1, 4 p. 137.)[1]

Ibd. 115 (5, 8) in hac sententia: οἱ δὲ πλέοντες τὸ μέγιστον δ'ἄρμα κ. τ. λ. excidit λέγουσι aut φασί.

Ibd. 118 (5, 12): ἃ πολλῶν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀφώρισαν. Hærent in πολλῶν et varie tentant. Scrib.: πολλῷ.

Ibd. 127 init. (5, 26): πολλοῖς τούς τε ἀνεπιπλέκτους ἀλλήλοις ἐπέπλεξαν καὶ . . . ἐδίδαξαν. Videtur apud πολλοῖς excidisse χρόνοις. Paulo ante videndum, ne scribi oporteat: κατὰ τὴν φύσιν ἀνήμερα pro καὶ τ. φ. Nam πολλὰ καὶ κακὰ similiaque nihil huc pertinent.

Ibd. paulo post: ὥστε πανταχοῦ τὸ γεωργικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν καὶ τὸ μάχιμον παρακεῖσθαι. Apertissime Strabo et in præcedentibus et in proximis (πλέον δ' εἶναι θάτερον) duo facit genera, non tria. Scribendum: τὸ γεωργικὸν καὶ πολιτικὸν καὶ τὸ μάχιμον.

Eadem pag. (5, 2.): καὶ τούτοις ἐναποτέμνεται τὸ πλευρὸν ὄρος ἡ καλουμένη Πυρήνη. Infeliciter hunc locum tractarunt Coraes, Groskurdius, quem Kramerus sequitur, Meinekius. Emendatio facillima est: καὶ τοῦτο συναποτέμνει τὸ πλευρὸν ὄρος ἡ καλουμένη Πυρήνη. Ex τοῦτο συναποτέμνει ortum τούτοις ἐναπ. eodem errore, quem in p. 55 accidisse supra p. 71 ostendi; tum alterum additum mendum. (Cfr. III p. 137 cap. 1, 3: πρὸς τῇ Πυρήνῃ τῇ ποιούσῃ τὴν ἑῴαν πλευράν et: καὶ δὴ τὸ μὲν ἑῷον πλευρὸν τῆς Ἰβηρίας ἡ Πυρήνη ποιεῖ.)

Ibd. 129 (5, 31) ridicule palus Mæotica (— nam ad eam necessario refertur αὐτῆς —) Tauro monte dividi

---

[1]) P. 113 (5, 6) restituendum e codicibus τοῦ . . . τμήματος, quod Kramerus et Meinekius in τὸ . . . τμῆμα mutarunt. Genetivus pendet a σχῆμα (σπόνδυλος σχῆμά ἐστιν τοῦ μεταξὺ τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ ληφθέντος παραλλήλου . . . τμήματος τοῦ βορείου ἡμισφαιρίου, *eius partis hemisphærii septentrionalis, quæ est inter cett.*

dicitur. Nimirum in superioribus excidit aliquid, cum sic fere scriptum esset: *Ἀπὸ δὲ τοῦ Ταναΐδος καὶ τῆς Μαιώτιδος ἡ Ἀσία ἐστίν, ἧς ἐστιν τῇ Μαιώτιδι τὰ ἐντὸς τοῦ Ταύρου συνεχῆ.*

Ibd. paulo post, ubi sic editur: *τὰ ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας μέχρι πρὸς τὴν κατὰ Ἰνδοὺς καὶ Σκύθας τοὺς πρὸς τὴν αὐτὴν θάλατταν καὶ τὸ Ἰμάιον ὄρος*, ineptissime hæc coniunguntur: *μέχρι πρὸς τὴν κατὰ Ἰνδ. θάλατταν* et *πρὸς Σκύθας τοὺς πρὸς τὴν αὐτὴν θ.*, quanquam neque *Ἰνδοὺς καὶ Σκύθας* divellere licet neque *πρὸς* ante *Σκύθας* audire. Poteram plura arguere, sed nolo: satis enim apparet, cohærere *πρὸς τὴν κ. Ἰνδοὺς κ. Σκ. θάλατταν καὶ τὸ Ἰ. ὄρος.* Scribendum est: *μέχρι πρὸν τὴν κατὰ Ἰνδοὺς καὶ Σκύθας τοὺς ἑῴους τὴν αὐτὴν θάλ. κ. τ. Ἰ. ὄρος*, *usque ad id mare, quod idem (simul) et Indos et Scythas orientales alluit.* Scythas hos *ἑῴους* Strabo appellavit iam II p. 114 (5, 7); pag. 118 (5, 14) Indos et Scythas *τοὺς ὑπὲρ τῆς Βακτριανῆς* dixit et ad mare *ἑῷον* utrosque pertinere.

Ibd. 131 (5, 33) scribendum: *καὶ οὐ πιστὰ πάντα λέγουσιν* (pro: *οὐ πιστὰ οὐδὲ πάντα λ.*).

Ibd. 132 (5, 34): *τοῖς δὲ γεωγραφοῦσιν οὔτε . . . οὔτε ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς οἰκουμένης μέρεσι τὰς τοιαύτας . . . διαφορὰς παραδεκτέον τῷ πολιτικῷ· περισκελεῖς γάρ εἰσιν.* Prave concurrunt *τοῖς γεωγραφοῦσιν* et *τῷ πολιτικῷ.* Scribendum: *παραδεκτέον· τῷ πολιτικῷ γὰρ περισκελεῖς εἰσίν.*

Ibd. 133 (5, 37): *τοῖς δ' ἀπὸ Συήνης ἐκ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ πρὸς ἄρκτους.* Scrib.: *ἀπὸ Σ. καὶ τοῦ θ. τρ.* (idem enim utrumque est). Facta emendatio est iam in cod. C altera manu et in *l* apud Kramerum. Paulo post scribendum videtur: *αὕτη γάρ ἐστιν ἡ γῆ διάμμος κ. τ. λ.* Codices: *αὐτή τε γάρ ἐστιν ἡ δίαμμος.* Coraes et Meinekius *ἡ* sustulerunt; sed abesse *γῆ* nomen nequit,

ubi ab aliis rebus ad solum commemorandum transitur; τε deleri iam Meinekius volebat.

Ibd. 135 (5, 43): ὅσα ἄλλα τῶν οὐρανίων Ἵππαρχος μὲν εἴρηκεν, ἡμεῖς δὲ παραλείπομεν διὰ τὸ τρανότερα εἶναι τῆς νῦν προκειμένης πραγματείας, παρ' ἐκείνου λαμβανέτω. Τρανότερα δ' ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τῶν περισκίων καὶ ἀμφισκίων κ. τ. λ. Non ob nimiam et non convenientem huic scribendi generi perspicuitatem res astronomicas Strabo omisit, sed quod pro hoc genere obscuriores et molestæ essent. Certus sum, scriptum fuisse bis aut ἀτρανότερα (etsi negativa hæc forma alibi reperiri non videtur) aut ἀμαυρότερα.

Lib. III p. 137 (1, 4): Περατοῦται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν δυεῖν ἠπείρων ἡ οἰκουμένη πρὸς δύσιν τοῖς τε τῆς Εὐρώπης ἄκροις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Λιβύης. Scrib.: ἀπὸ τῶν δ. ἠ., *ab utriusque continentis parte.*[1])

Ibd. 142 (2, 3): πεδίον μέγα καὶ ὑψηλὸν καὶ εὔκαρπον καὶ μεγαλόδενδρον καὶ εὔβοτον. Planities laudis causa ὑψηλή non appellatur. Scrib.: ὑδρηλόν. Nam hac voce alii quoque inferioris ætatis scriptores in prosa oratione usi sunt.

Ibd. 143 (2, 5). Codices: Καὶ αἱ σύρροιαι δὲ ὡσαύτως ὠφελοῦσι κατὰ τὰς ἐπὶ πολὺ πλήμας διειργομένας ὑπὸ τῶν διειργόντων ἰσθμῶν τοὺς πόρους καὶ πλωτὸν ἀπεργαζομένων. Scrib. διερχόμεναι ὑπὲρ τῶν διειργόντων ἰσθμῶν τοὺς πόρους καὶ ἀπλώτους ἀπεργαζομένων: *transcurrentes super isthmos, qui vias intercludunt*

---

1) P. 141 (2, 2) cum in codicibus sic scriberetur de Asta: εἰς ἣν οἱ τουνγαδιτανοὶ συνίασι μάλιστα, superiores editores effecerant Τουρδιτανοί. Kramerus et Meinekius miro errore Γαδιτανοί posuerunt, quos Strabo Græca forma Γαδειρίτας appellat (vid. ind. edit. Kram.), nisi quod p. 169 bis Γαδειτανοί in optimis codicibus sunt. Gaditani in aliam urbem non conveniebant, sed incolæ regionis circumiacentis Astam maxime petebant negotiorum causa.

et innavigabiles faciunt; nisi absolute Strabo dixit: ἄπλωτον ἀπεργαζομένων, *navigationem impediunt*. (De ordine verborum οἱ διείργοντες ἰσθμοὶ τοὺς πόρους vid. synt. Gr. § 9 n. 1.)

Ibd. 145 (2, 6): τὸ δὲ πλῆθος μικροῦ δεῖν ἐνάμιλλον τοῖς Λιβυκοῖς ἐκπολλαπλασιασις. Confusas has litteras editores inde a Casaubono tollunt aut tolli iubent; unde venerint, non dicunt. Scrib.: τοῖς Λιβυκοῖς ἐκ πολλαπλασίας οὖσιν. Navigia ex una Turditania advecta numero certant cum Africanis, quæ ex terra multis partibus maiore sunt.[1])

Ibd. 146 (2, 8) codices: Ἀξιοῦσι δὲ Γαλάται τὰ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι τὰ μέταλλα. Facillimum est: Γαλάται ἴσα παρ' ἑαυτοῖς εἶναι τ. μ.

Ibd. 148 (2, 11): καὶ ὅσα δὴ ἄλλα εἴρηκε Πυθίᾳ πιστεύσας δι' ἀλαζονείαν. Scrib.: Πυθίᾳ πιστεύσας, οὐ δι' ἀλαζονείαν.

Ibd. 149 (2, 12). Scribendum videtur: Ἡ δὲ νὺξ ὅτι δύσφημον καὶ τῷ Ἅιδῃ πλησιάζον, δῆλον, ὁ δὲ Ἅιδης τῷ Ταρτάρῳ· εἰκάζοι οὖν ἄν τις κ. τ. λ. In codicibus deest οὖν. Meinekius δῆλον sustulit.

Ibd. 149 extr. (2, 13). Locus sic constitui debet, lacuna incerto supplemento expleta: ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται . . . καὶ ἄλλα μυρία ἴχνη τῆς τε ἐκείνου πλάνης καὶ ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου περιγενομένων. Τῶν γὰρ Τρωικῶν χρονίων γενομένων καὶ (codd.) ἐπ' ἴσης κακωσάντων (codd.) τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς

[1]) P. 145 (2, 7) vereor ne frustra editores studeant thynni cum sue comparationem ex Athenæo quasi a Polybio sumptam in Strabonis verba, in quibus nullum eius vestigium est, inferre; nam eam ipsum Athenæum Polybii verbis addidisse puto. Fuitne: εἶναί τε παραλλάττον τι τὸ ζῷον τοῦτο? Paulo ante mendum est in μᾶλλον (ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὑρίσκεται). Fuisse videtur: ἐλάττων ἀεὶ καὶ ἧττον εὑρίσκεται.

ἑλόντας τὴν Τροίαν, (— καὶ γὰρ οὗτοι Καδμείαν νίκην ἐτύγχανον ᾐρμένοι . . . τῶν λαφύρων ὀλίγων εἰς ἕκαστον ἐληλυθότων, —) συνέβη τοῖς τε περιλειφθεῖσιν (codd. *συνέβη τοῖς περιλ.*), *ἀπελθοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων, κατὰ λῃστείας τρέπεσθαι καὶ τοῖς Ἕλλησι, τοῖς μὲν* (hoc est *τοῖς περιλ.*, Troianis) *διὰ τὸ ἐκπεπορθῆσθαι, τοῖς δὲ* (Græcis) *διὰ τὴν αἰσχύνην.* Cfr. I p. 48 (3, 2): *συνέβη γὰρ δὴ τοῖς τότε Ἕλλησιν ὁμοίως καὶ τοῖς βαρβάροις κ. τ. λ.* In sententiis et membris sententiarum distinguendis ab omnibus, in extrema parte graviter a Meinekio aberratum est.[1])

Ibd. 152 (3, 1): *Τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλευροῖς ἐπετείχισε τὴν Ὀλυσιπῶνα.* Latera fluvii nihil ad *ἐπιτείχισμα*. Codices *πλιθροις*. Scribendum igitur: *κλείθροις*, claustris fluvii, loco, in quo positum erat fluvii claudendi et aperiendi arbitrium. Cfr. IX p. 428 extr. (4, 15): *τῶν κλείθρων ἐκυρίευε τῶν περὶ τὰ στενά.*

Ibd. (3, 2). Suspicor Strabonem scripsisse: *Τῆς . . . Ὠρητανίας κρατιστεύουσά ἐστι πόλις Καστουλών, ἡ καὶ Ὠρία* (pro *Καστουλὼν καὶ Ὠ.*), etsi Artemidorus apud Stephanum (v. *Ὠρισία*) duas facit urbes.

Ibd. 154 (3, 6): *ψυχρολουτροῦντας καὶ μονοτροφοῦντας καθαρείως καὶ λιτῶς.* Pravum ipsum verbum *μονοτροφεῖν* et ineptum rei. Scrib.: *κομοτροφοῦντας*. Paulo post (3, 7): *Ἅπαντες οἱ ὄρειοι λιτοὶ . . . ., βαθεῖαν κατακεχυμένοι τὴν κόμην.* Ipsum verbum *κομοτροφεῖν* legitur IV p. 196 (4, 3).

Ibd. 156 (3, 8) scribendum: *Τοιαύτης δὲ οὔσης καὶ τῶν τόπων* (aut: *καὶ αὐτῶν τῶν τόπων*, vulgo: *καὶ ἀπὸ τῶν τόπων*) *λυπρότητος ἐνίοις καὶ τῶν ὀρῶν, εἰκὸς ἐπιτείνεσθαι τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν.*

Ibd. 157 (4, 3): *καὶ ὑπάρξαι πόλεις αὐτόθι, τὴν*

---

[1]) P. 151 extr. (3, 1) sic scribendum: *καθ' ἣν ἵδρυνται Ἰπουλάκκαια.* In litteris confusis subsunt nomina duorum oppidorum. Hactenus vere Coraes.

μὲν καλουμένην Ἕλληνες, τὴν δὲ Ἀμφίλοχοι, ὡς καὶ τοῦ Ἀμφιλόχου τελευτήσαντος δεῦρο κ. τ. λ. Mira prudentia omnes de nominativis incredibilibus tacent. Scrib.: *τὴν μὲν καλουμένην Ἕλληνος, τὴν δὲ Ἀμφιλόχου.* (Deinde e codicibus scrib. *ἱστορεῖσθαί φησιν*, narrari.)

Ibd. 158 (4, 5): *τῷ κατὰ μέρη πρὸς τοὺς Ἴβηρας πολεμεῖν καθ' ἑκάστην διὰ ταύτην τὴν δυναστείαν.* Neque *καθ' ἑκάστην* poni potest pro *καθέκαστα* neque *διὰ ταύτην τὴν δυν.*, cum non una aliqua significata sit, sed alia alii succedentes. Scrib.: *καθ' ἑκάστην τὴν δυναστείαν.* (*Διετέλεσαν . . . καταστρεφόμενοι.* sublato commate post *χρόνον.*)

Ibd. 159 (4, 7) scribendum puto: *μεταξὺ δὲ τῶν τοῦ Ἴβηρος ἐκροῶν καὶ τῶν ἄκρων τῆς Πυρήνης.* Longe aliæ sunt *ἐκτροπαί* fluvii nec ullæ in Ibero commemorantur.[1])

Ibd. 163 (4, 13): *αἱ δὲ πόλεις ἡμεροῦσιν οὐδ' αὐταὶ ῥαδίως.* Videntur accipere, quasi sit *ἡμεροῦνται.* Scrib.: *εὐημεροῦσιν*, *lætæ florent.*

Ibd. (4, 15): *Φέρει δ' ἡ Ἰβηρία . . . ἵππους ἀγρίους· ἔστι δ' ὅπου καὶ αἱ λίμναι πληθύνουσιν· ὄρνεις δὲ κύκνοι καὶ τὰ παραπλήσια.* Apparet deesse nomen rei, qua abundent lacus. Quod Meinekius scripsit: *πληθύνουσιν ὀρνέοις· εἰσὶ δέ*, ut omittam violentiam mutationis, in lacubus non maxime aves quæruntur et *ὄρνεις* prave divel-

---

[1]) P. 160 (4, 9) memorabile exemplum est pravæ crisis. Coraes pro: *τινὲς δὲ καὶ τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται*, aptissime scribi voluerat *τινά*, ut significaretur, eo usque Emporitanorum agros pertinere. Kramerus ineptos illos *τινάς* retineri vult, sed *τῶν . . . ἄκρων* in *τὰ ἄκρα* mutari, probabiliter scilicet; Meinekius post *νέμονται* inseruit *τά*. Paulo ante (4, 8) Meinekius sine ulla causa sex verba delevit. Emporitani communem habebant murum externum, sed oppidum eo cinctum altero muro in duo divisum. Vid. Liv. XXXIV, 9. Hactenus *διπλοῦς* erat *περίβολος*.

litur a κύκνοι. Post πληθύουσιν excidit simillimarum litterarum nomen ἰχθύσιν. (Πληθύει δ' ἐλέφασιν ἡ χώρα καὶ λέουσι, XVI p. 774, c. 4, 15; add. XV p. 727.)

Ibd. 166 (4, 19) post καλεῖσθαι excidisse videtur ὁμολογεῖται. Quæ Kramerus de libero infinitivi usu a nullo verbo pendentis scribit, inania sunt.[1])

(De p. 167, c. 5, 1 dictum supra p. 20.)

Ibd. 169 (5, 3): προσεχὲς δ' αὐτῇ τελευταῖόν ἐστι τὸ Κρόνιον πρὸς τῇ νησῖδι. Non προσεχὲς, sed προεχές erat et extremum procurrebat.

Ead. p. extr. (5, 5): τὰ ἄκρα ποιοῦντα τὸν πορθμόν. Significantur non *promuntoria, cum (quod) faciant fretum*, sed *quæ faciant*, hoc est: τὰ ἄκρα τὰ ποιοῦντα τ. π. Cfr. p. 171 (5, 6): τὰς ἄκρας τὰς ποιούσας τὸν πορθμόν.

Ibd. 173 (5, 7) scribendum: εἰ δ' . . . εἰσπνοῇ τε καὶ ἐκπνοῇ τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ περὶ τὰς ἀμπώτεις ἔοικεν, εἴη ἄν (codd., edd. εἶναι) τινα τῶν ῥεόντων ὑδάτων κ. τ. λ. Paulo post (5, 8) in ἄρχεσθαι δεῖν subest ἄρχεσθαι οἴδειν, non διοιδεῖν.

Lib. IV p. 177 (1, 1): τοὺς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης μέρη κατέχοντας καὶ τῆς Κεμμένης μέχρι πρὸς τὸν ὠκεανὸν τὰ ἐντὸς Γαρούνα ποταμοῦ. Terra latissima inter Cebennam montem et Oceanum nullo pacto ipsius montis pars dici potest (τῆς Κεμμένης . . . τὰ ἐντὸς Γ. π.). Præterea recte annotant, nusquam alibi Strabonem feminina huius nominis forma uti, sed Κέμμενον ὄρος, τὰ Κέμμενα dicere. Scrib.: καὶ τῆς κειμένης [ἀπὸ τῶν Κεμμένων] μέχρι πρὸς τὸν ὠκεανὸν τὰ ἐντὸς Γ. π.

Ibd. 181 (1, 5): τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων

---

[1]) P. 165 (4, 18) tollendum καί, quod post Coraem additur ante διεσώζοντο. Ἀποδειχθέν non cum verbis πρὸς μέτρον coniungitur, sed impersonaliter dicitur: cum edictum esset, ut mercedem homines acciperent muscas ad certam mensuram venantes.

πέπεικεν ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκεῖσε (*εἰς Μασσαλίαν*) *φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας*. Non significatur omnes *τοὺς γνωριμωτάτους* Romanorum esse *φιλομαθεῖς*, sed consilium Massiliensis commorationis indicatur: *φιλομαθήσοντας*, ut studiis operam dent. Idem mendum e Plutarchi Sulla c. 13 sustulit Reiskius. De re Tacitus Agric. 4, ann. IV, 44.[1])

Ibd. 182 (1, 6): *πόλιν ἔχων ἑκάτερος ὁμώνυμον αὑτῷ* pro *αὐτῶν*. (Codd. optimi duo *αὐτῷ*)

Eadem pag. extr. (1, 7) scribendum proxime codices: . . . *καὶ τὰς ψήφους τὰς αἰγιαλίτιδας. Ὁμοίους δὲ καὶ λείους καὶ ἰσομεγέθεις τῇ ὁμοιότητι καὶ τῆς αἰτίας* (pro *τὴν αἰτίαν*) *ἀποδεδώκασιν ἀμφότεροι*: uterque autem (et Aristoteles et Posidonius) tradit lapides esse similes et læves et eiusdem magnitudinis propter similitudinem etiam causæ.

Ibd. 183 (1, 7) in Æschyli Promethei *λυομένου* fragmenti (196 D.) v. tertio pro *βέλη λιπεῖν* scribendum opinor *βέλη ’κλιπεῖν*. Non relicturus ibi Hercules sagittas erat, sed sagittæ ei non suppetituræ. Vid. Dionys. Halic. a. R. I, 41.

Ibd. 186 (1, 11): *πάλιν ἄλλην καμπὴν λαβὸν νότιον φέρεται τὸ ῥεῦμα μέχρι τῶν ἐκβολῶν δεξάμενον καὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς*. Describitur cursus Rhodani inde a recepto Arari et a Lugduno. *Οἱ ἄλλοι ποταμοί* non possunt igitur ullo pacto Arar et Dubis intellegi, sed Isarus, Druentia, alii, de quibus supra (p. 185) Strabo dixit. Itaque non *δεξάμενον*, sed *δεξόμενον* eos *φέρεται τὸ ῥεῦμα*. Sed residet difficultas; nam *ἐκβολαί* non sunt Rhodani in mare; sequitur enim de imo cursu: *κἀκεῖθεν ἤδη* (receptis aliis fluviis) *τὴν λοιπὴν ποιεῖται μέχρι τῆς θαλάττης ῥύσιν*. Itaque verba *μέχρι τῶν ἐκβολῶν* aut de Isari Druentiæque ceterorumque oribus intel-

---

[1]) Ann. philol. Dan. V p. 18 et 158.

legenda sunt miro ordine (*μ. τ. ἐκβολῶν, δεξόμενον καὶ τοὺς ἄ. π.*) aut prorsus tollenda.

Ibd. 187 (1, 13). Codices: *οὐ γὰρ παρειλήφαμεν οἰκοῦντάς τινας τὴν νυνὶ Τρόκμους ἢ Τολιστοβωγίους [οὔτ'] ἐκτὸς τῶν Ἄλπεων οὔτ' ἐν αὐταῖς οὔτ' ἐντός.* Delent *τήν*. Fuit fortasse: *οἰκοῦντάς τινα γῆν νυνί.*

Ibd. 189 (1, 14): *διὰ τὸ τοὺς ἐμπίπτοντας εἰς αὐτὸν ποταμοὺς ὑπάρχειν πλωτοὺς καὶ διαδέχεσθαι τὸν φόρτον πλεῖστον· ὁ δ' Ἄραρ ἐκδέχεται καὶ ὁ Δοῦβις ὁ εἰς τοῦτον ἐμβάλλων.* Scrib.: *καὶ διαδέχεσθαι τὸν φόρτον πλεῖστον δ' ὁ Ἄραρ ἐκδέχεται κ. ὁ Δ.*

Ibd. 190 (2, 1): *θερμὰ κάλλιστα ποτιμωτάτου ὕδατος.* Si potando, non lavando aptas aquas Strabo significaret, *ποτίμου* diceret. Nunc puto scripsisse: *ποριμωτάτου*, *efficacissimi.*

Ibd. 191 (3, 1) ineptum est *μέχρι τοῦ Ῥήνου παντός*. Opinor fuisse: *ἡ ἐφεξῆς ἐστι μέχρι τοῦ Ῥήνου, πᾶν τὸ ἀπὸ τοῦ Ἄγρρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ.*

Ibd. 193 (3, 3): *ἧς* (*λίμνης*, lacus Brigantini) *ἐφάπτονται καὶ Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδολικοὶ τῶν Ἀλπείων τινὲς καὶ τῶν ὑπεραλπείων.* Scrib. primum *τῶν Ἀλπείων καί τινες καί*, deinde, opinor, *τῶν ὑπαλπείων*. Ii *τοῖς Ἀλπείοις* contrarii. Qui ultra Alpes erant, nihil hic agunt.

Ibd. 193 (3, 4): *Σηκοανοὶ καὶ Μεδιοματρικοὶ κατοικοῦσι τὸν Ῥῆνον.* Scrib.: *παροικοῦσι τὸν Ῥ.* Sæpius enim Strabo *παροικεῖν* cum accusativo ponit, ut hoc libro p. 177 (1, 1), 194 init., 196 (4, 3), libro I p. 31 (2, 24) bis, libro XVI p. 748 (1, 27). Lib. I p. 31 (2, 24), ubi bis dixi legi *παροικοῦντες τὸν ὠκεανόν*, paulo post editur: *ἐφ' ἑκάτερα παροικοῦσι τῷ ὠκεανῷ*, dativo casu; sed duo præstantissimi codices *παρῴκηνται* habent, quomodo VII p. 294 (2, 4) omnes *παρῴκηνται τῷ ὠκεανῷ*. Et hoc quidem Meinekius, Corais suspicionem secutus, in *παροικοῦσι* mutavit. Sed obstat præter alterum locum Plutarchus de sollert. anim. 32, 2

p. 981 scribens: οἱ λίμναις παρήκουσαν νεμόμενοι θάλατταν ἰχθύες. Sine varietate tamen hoc libro p. 190 extr. (2, 2) legitur: οἱ τῷ Γαρούνᾳ παροικοῦντες.

Ibd. 195 (4, 1): ἁλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων. Scr. totidem et iisdem litteris ἁλύσεσι (catenis vela tendebant). Dativo opus esse Coraes intellexit, sed non recte ἁλύσει scripsit.

Ibd. 196 (4, 3). Gallos braccis usos credo non περιτεταμέναις (*circumtensis*), sed laxis et fluentibus, περιπεπταμέναις. Paulo post hunc accusativorum concursum non intellego: οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι καὶ ἐν τοῖς προσβορροτάτοις ὑποδιφθέρους τρέφουσι ποίμνας ἱκανῶς ἀστείας ἐρέας, putoque ἐρέας mala manu additum esse, cum Strabo lanæ bonitatem significasset gregum laude (ποίμνας ἱκ. ἀστείας).

Ibd. 197 (4, 4): ἀφθάρτους δὲ λέγουσι καὶ οὗτοι (Druidæ) καὶ ἄλλοι τὰς ψυχὰς καὶ τὸν κόσμον, ἐπικρατήσειν δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ. Nimis infinitum ἄλλοι, itaque articulum addunt. Scrib.: κατ' ἄλλα. A ceteris interitus causis invictos animos mundumque putant, sed conflagrationi et aquis aliquando cessuros. Etiam (καί) hos sic putare, Strabo Stoicus dixit, memor, quid de τοῦ κόσμου ἐκπυρώσει in sua disciplina traderetur.

Ibd. 198 (4, 6) non φορτίον nescio quale ad templum tegendum feminas in insula fabulosa afferre fingebant, sed φορμίον, *tegetem*; sic bis scribendum.

Ibd. 200 (5, 3) restituenda est codicum scriptura: τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα, pro qua editur e Xylandri coniectura οὔπως. Adeo gravia Britannos Romanis portoria pendere Strabo dicit, ut nihil opus sit tributa imponere eorumque causa militum præsidium ibi habere; impositis tributis minutum iri portoria. Rem ipse Strabo perspicue exposuit etiam II p. 115 extr., 116 init. (5, 8).

Ibd. 201 (5, 5): πρὸς μέντοι τὰ οὐράνια . . . ἱκανῶς δόξειε κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι τοῖς τῇ κατεψυγμένῃ

ζώνῃ πλησιάζουσι τὸ τῶν καρπῶν εἶναι τῶν ἡμέρων καὶ ζώων τῶν μὲν ἀφορίαν παντελῆ, τῶν δὲ σπάνιν. Nihil est κεχρῆσθαι. Meinekius inter πράγμασι et τοῖς lacunæ notam posuit. Scribendum videtur: πρ. μ. τ. οὐρ. κ. τ. μαθ. θεωρίαν ἱκ. δόξειεν ἂν κεχρῶσθαι τοῖς πράγμασι τοῖς κ. τ. λ. Cœli tamen rationem si spectes, id, quod tradit Pytheas, fruges animaliaque domestica ibi partim omnino non gigni, partim rara esse, satis (tinctum esse videatur iis rebus, h. e.) colorem habere eorum, quæ zonæ frigidæ accidunt (*scheint hinlänglich die Farbe derienigen Verhältnisse zu tragen, denen die kalte Zone unterliegt*).

Ibd. 202 (6, 1): τὰ γὰρ Ἄλπεια καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια, καθάπερ καὶ Ἀλπιόνια. (Sic codices, non καὶ Ἀλπεινά) Ab albo colore nomen ductum significatur. Fuitne: καθάπερ καταχιόνια, *nive tecta*? Καταχιονίζω verbum Hesychius habet.

Ibd. 203 (6, 5) scripsisse Strabonem puto: ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινοτέρας ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος, sublatis verbis τούτων τῶν χωρίων, quæ accessisse videntur adiectivo corrupto. Comparantur duo, quos supra dixit, fontes, non fluvius et hæc (nescio quæ) loca.

Ibd. 204 (6, 6): Μετὰ δὲ τούτους καὶ τὸν Πάδον Σαλασσοί. Non post Padum, sed post illos, ad Padum: κατὰ τὸν Πάδον.

Eadem pagina: καὶ ἄλλα πλείω μικρὰ ἔθνη κατέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις λῃστρικὰ καὶ ἄπορα. Nunquam hi Italiam tenuerant, sed olim rapinis et prædationibus vexarant: κατατρέχοντα. Cfr. modo p. 206 (6, 8): Ἅπαντες δ' οὗτοι καὶ τῆς Ἰταλίας τὰ γειτονεύοντα μέρη κατέτρεχον ἀεί. Receptam pridem oportuit in Thucydidis IV, 92, 5 certam Reiskii emendationem κατατρέχειν pro κατέχειν.

Lib. V p. 211 (1, 3): καὶ ἔστι τῆς μὲν παραλίας τὸ μῆκος ὅσον τριακοσίων σταδίων ἐπὶ τοῖς ἑξακισχιλίοις

τῶν ὀρῶν. Sic scribendum, sublato, quod contra codices ante τῶν ὀρῶν inseritur, μετά. Alpes et Apennini, qui Galliam Cisalpinam continui cingunt, sex milia stadiorum explent; his, ut prorsus ad mare Adriaticum perveniatur, adduntur τῆς παραλίας (planitiei inter montes et mare) stadia trecenta.

Ibd. 212 (1, 5). Hæretur iure in his: μάλιστα δὲ ὁ Πάδος subiectis verbo ἔχουσι, quod ad urbes refertur. Tollenda una littera et sic interpungenda oratio: ... ἔχουσι. Μάλιστα δ' ὁ Πάδος (μέγιστός τε γάρ ἐστι καὶ πληροῦται πολλάκις ἔκ τε ὄμβρων καὶ χιόνων) διαχεόμενος εἰς πολλὰ μέρη . . . τυφλὸν τὸ στόμα ποιεῖ κ. τ. λ. In codicibus post διαχεόμενος additur δ'.

Ibd. 213 (1, 6) recte habent verba: οὐ μέντοι ᾤκησαν αὐτόθι. Significat Strabo quingentis nobilissimis Græcis Cæsarem sic civitatem dedisse, ut specie adscriberentur coloniæ Novocomensi nec tamen ibi habitare cogerentur. Sed deinde mendosum aperte est καί. Scribendum puto: ἀλλὰ καινὸν τοὔνομά γε τῷ κτίσματι ἐκεῖνοι κατέλιπον.[1])

Ibd. 220 (2, 3): Περὶ μὲν τῆς ἐπιφανείας τῶν Τυρρηνῶν ταῦτα καὶ ἔτι τὰ τοῖς Καιρετανοῖς πραχθέντα· καὶ γὰρ κ. τ. λ. In περί latet substantivum, τεκμήρια, μαρτύρια, σημεῖα aut simile.

Ibd. 222 (2, 5): ὁ Μάκρας ἐστὶ χωρίον, ᾧ πέρατι κ. τ. λ. Videtur fuisse: ἐστὶ χειμάρρους. Eo vocabulo utitur Strabo IV p. 187 (1, 12), IX p. 426 (4, 4), XV p. 722 (2, 6).

Ibd. 223 (2, 5): καὶ γὰρ μαχιμώτεροι Τυρρηνῶν

---

[1]) P. 217 (1, 11) recte fecisset Meinekius, si totum locum, qui hic male post ἡ Κελτική insertus est, scriba ad aliud folium, omissis mediis, aberrante, p. 223 (2, 6) posuisset, quam quod ibi frustum posuit, alterum frustum p. 218 (2, 1).

ὑπῆρξαν. Non Etruscis bellicosiores Arretini erant, ipsi Etrusci, sed μαχιμώτατοι Τυρρηνῶν. Eundem errorem II p. 106 (4, 3: δυσμικώτερα) et VII p. 320 (6, 2: πρότερον) sustulit Coraes, cui Meinekius obsecutus est. (Kramerus II p. 97 3, 2 (et III) p. 158 prave citat.) Cfr. ad Plutarch. præc. coniug. 42.

Eadem pag. (2, 6): διάπερ παντάπασιν ἔφευγον οἱ κτίσται τὴν θάλατταν ἢ προεβάλλοντο ἐρύματα πρὸ αὐτῆς. Nugæ de munitionibus πρὸ τῆς θαλάττης. Codices πρὸς αὐτῆς. Scrib: ἐρύματα προσάντη.

Ibd. 224 (2, 7): Ἔστι δὲ αὐτῆς (τῆς Σαρδόνος) τὸ πολὺ μέρος τραχὺ καὶ οὐκ εἰρηναῖον, πολὺ δὲ καὶ χώραν ἔχον εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι. In hac soli descriptione nihil agit pacis mentio. Scrib. videtur: εὔεργον (cultu facile) aut ἐργάσιμον

Ibd 225 (2, 7): τὰς τῶν ἐργαζομένων καθαρπάζοντες. Scrib.: τὰ τῶν ἐργ.

Ibd. 226 (2, 9) scribendum: Ἔνιοι δ' οὐ Τυρρηνοὺς φασι τοὺς Φαλερ ους, ἀλλ' ἴδιον ἔθνος· τινὲς δὲ καὶ τοὺς Φαλίσκους πόλιν ἰδιόγλωσσον, sublato Φαλίσκους, quod inter ἀλλὰ et ἴδιον ἔθνος additur.

Ibd. 230 (3, 2): Οὔτε γὰρ ἐρυμνὸν τὸ ἔδαφος οὔτε χώραν οἰκείαν ἔχον τὴν πέριξ. Opinor, εἶχον. Nam ἔδαφος minus recte χώραν ἔχειν dicitur.

Eadem pag. (3, 2): ἐπηγγείλατο ἕνα ἀγῶνα ἱππικὸν τοῦ Ποσειδῶνος. Vitiosum ἕνα. Scribendum videtur: τιθέναι.

Ibd. 231 (3, 4): Αἶκοι δὲ γειτονεύοντες μάλιστα τοῖς Κυρίταις· καὶ τούτων δ' ἐκεῖνος τὰς πόλεις ἐξεπόρθησεν. Scr.: δ' ἐγειτόνευον μάλιστα.

Ibd. 232 (3, 5), scrib.: Νυνὶ μὲν οὖν ἀνεῖται τοῖς ἡγεμόσιν εἰς σχολὴν καὶ ἄνεσιν τῶν πολιτικῶν . . ., πρότερον δὲ ναῦς ἐκέκτηντο κ. τ. λ., sublato καί ante πρότερον.

Ibd. 233 (3, 6): Ἑξῆς δ' ἐν ἑκατὸν σταδ οις τῷ Κιρκαίῳ Ταρρακῖνα ἐστί. Scrib.: τοῦ Κιρκαίου. Fre-

quens apud Strabonem de intervallo absolute *ἐν ἑκατὸν σταδίοις*, sed additur etiam genetivus loci, unde intervallum numeratur, ut X p. 486 (5, 5): *ἐν τέτταρσι τῆς Δήλου σταδίοις*, apud Plutarchum Cæs. c. 19: *ἐν διακοσίοις τῶν πολεμίων σταδίοις*. Præponitur etiam *ἀπό* I p. 49 (3, 4), XIII p. 626 (4, 5); dativus alienus est.

Eadem pag. paulo post: *παραβέβληται τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ διῶρυξ ἐπὶ πολλοὺς τόπους πληρουμένη τοῖς ἑλείοις τε καὶ τοῖς ποταμίοις ὕδασι*. Scrib.: *ἐπὶ πολλοὺς σταδίους*.

Ibd. 235 (3, 7): *τὰς οἰκοδομίας, ἃς ἀδιαλείπτους ποιοῦσιν αἱ συμπτώσεις καὶ ἐμπρήσεις καὶ μεταπράσεις, ἀδιάλειπτοι καὶ αὗται οὖσαι· καὶ γὰρ αἱ μεταπράσεις ἑκούσιοί τινες συμπτώσεις εἰσί, καταβαλλόντων καὶ ἀνοικοδομούντων κ. τ. λ.* Inusitatum *μετάπρασις* (et *μεταπιπράσκω*, si scholiastas excipias) pro *πρᾶσις*, nec de venditionibus agi satis adiecta ostendunt. Scr. bis *μεταπλάσεις*.

Ibd. 236 (3, 8): *Καὶ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ πεδίου* (campi Martii) *θαυμαστὸν ἅμα καὶ τὰς ἁρματοδρομίας καὶ τὴν ἄλλην ἱππασίαν ἀκώλυτον παρέχον τῷ τοσούτῳ πλήθει τῶν σφαίρᾳ . . . καὶ παλαίστρᾳ γυμναζομένων*. Qui pila et palæstra exercebantur, iis non præbendum erat aurigandi et equitandi spatium. Scrib.: *παρέχον ἐν τῷ τοσούτῳ πλήθει*.

(De p. 240, c. 4, 1 dictum est p. 67 not.)

Ibd. 241 (4, 2): *κεῖται δ' (Ἀγκὼν) ἐπ' ἄκρας μὲν λιμένα ἐμπεριλαμβανούσης τῇ πρὸς τὰς ἄρκτους ἐπιστροφῇ*. Pravum *μέν*. Videtur subesse: *μέγαν λιμένα*.

(De p. 242, c. 4, 3 dictum p. 132, de p. 244, c. 4, 5 p. 20.)

Ibd. 244 (4, 5): *διὰ τὸ προκεῖσθαι τὸν Λοκρῖνον κόλπον προσβραχῆ καὶ πολύν*. Scrib.: *καὶ ἄπλουν*. Nam magnitudo nihil officiebat.

Eadem pag.: *καὶ τοῦτο τὸ χωρίον Πλουτώνιόν τι*

ὑπελάμβανον καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγεσθαι. Scr.: ἐνταῦθα γενέσθαι. Eundem errorem Coraes correxit VI p. 270 (2, 4) sic scribens: ὅνπερ πρώτους φησὶ τῶν βαρβάρων Ἔφορος γενέσθαι (codd. λέγεσθαι) τῆς Σικελίας οἰκιστάς, cui ne Meinekium quidem paruisse iure mireris.

Ibd. 247 (4, 8): Ἀχερρῶν, ὁμωνύμου κατοικίας τῆς περὶ Κρέμωνα, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ Πομπηία. Scrib.: ὁμωνύμου . . . τῇ περὶ Κρ. Vid., si tanti est, VIII p. 359 extr. (4, 4), 368 (6, 1). Cfr. supra p. 67 n.

Ead. pag. (4, 8): ἔχει μὲν γὰρ τὸ λιπαῖνον καὶ τὴν ἐκπυρουμένην βῶλον κ. τ. λ. In ἔχει μέν, quam particulam Coraes tollebat, latet aliud verbum, quod irrigandi aut penetrandi similemve significationem habeat; sed ipsum non reperio.

Ibd. 251 (4, 13). Codices: ἐφ' οὗ (τοῦ Σιλάριδος ποταμοῦ) τοῦτ' ἴδιον ἱστοροῦσιν ἐπὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ὄντος ποταμοῦ τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι. Recte Kramerus ex Eustathio scribendum vidit: τοῦ ὕδατος ὄντος ποτίμου. Sed simul ἐπί non in περί cum Corae mutandum erat, sed tollendum: ἐφ' οὗ . . . ἱστοροῦσιν, τοῦ ὕδατος κ. τ. λ.

Lib. VI p. 253 (1, 2). Hoc loco, ut aliquoties apud Strabonem factum est (in huius ipsius libri initio p. 252 notabilius) versus aliquot suo loco moti et in alienum illati videntur. Sic enim scribendum locum opinor: οἵ τε Ἕλληνες καὶ οἱ βάρβαροι πρὸς ἀλλήλους. Ὕστερον μέν γε καὶ τῆς μεσογαίας πολλὴν ἀφῄρηντο, ἀπὸ τῶν Τρωικῶν χρόνων ἀρξάμενοι, καὶ . . . τὴν μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον. Οἱ δὲ τῆς Σικελίας τύραννοι καὶ μετὰ ταῦτα Καρχηδόνιοι . . . ἅπαντας τοὺς ταύτῃ κακῶς διέθηκαν, μάλιστα (sic iam Meinekius e Villebrunii coniectura pro μετά) δὲ τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴν Σικελίαν· νυνὶ δὲ πλὴν Τάραντος κ. τ. λ. Optime iam omnia cohærent. [Partem veri iam Siebenkeesius et Coraes viderant.]

Ibd. 254 (1, 3): *Ἐροῦμεν δὲ κοινῶς ἃ παρειλήφαμεν οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι τοὺς τὴν μεσόγαιαν οἰκοῦντας.* Nec quo *τοῦτο* referatur nec quid sit *οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιοῦμαί τινας*, expediri potest; accusativi *τοὺς . . . οἰκοῦντας Λευκανοὺς τε καὶ . . . Σαυνίτας* necessario referuntur ad illud: *ἐροῦμεν δὲ κοινῶς*. Et tamen geminum illud videtur in libro XIV p. 673 (5, 11): *τὴν . . . γραμμὴν . . . τὴν αὐτὴν ἀποφαίνομεν τῇ μέχρι Ἰσσοῦ, οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι.* Accedit tertius Plutarchi locus, de audiend. poet. c. 6 p. 24 D: *ἐπεὶ γὰρ (ἡ ἀρετὴ) καὶ δόξας ἐπιεικῶς καὶ δυνάμεις περιποιεῖ, παρὰ τοῦτο ποιοῦνται καὶ τὴν εὐδοξίαν ἀρετὴν καὶ δύναμιν ὀνομάζοντες*, ubi Wyttenbachius Strabonis locos iam a Casaubono inter se compositos comparavit, sed nihil, quod aliquam speciem haberet, effecit. Scribendum enim, sublata interpolatione, apud Strabonem bis *οὐδὲν παραποιούμενοι*, *nihil mutantes, nihil adulterantes*, apud Plutarchum *παραποιοῦνται*, *adulterant et falso nomine utuntur.* Apud Strabonem simili interpolatione p. 259 (1, 7) pro *τῆς Κρότωνος καὶ Συρακουσσῶν κτίσεως* scriptum erat: *τῆς ἀπὸ Κρότωνος* mansitque ad Coraem. (Eadem p. 251 (1, 4) pro *Βρεττανίας* (codd. *Βρεττίας*) scribendum erat *Βρεττιανῆς*.)

Ibd. 255 (1, 4): *οἰκῆσαι γὰρ τοὺς τόπους τούτους Χῶνας, Οἰνωτρικὸν ἔθνος κατακοσμούμενον.* Opinor: *κατ' ἀποικισμόν.* Ead. pag. (1, 6) ante *γενέσθαι βαρύμηνιν* excidit *λέγεται.*

(De p. 257, c. 1, 6 dictum p. 29.)

Ibd. 258 (1, 6) scribendum: *ἐντεῦθεν ἀπερρωγέναι δοκεῖ* (pro *δοκεῖν*) *εὐλογώτερον.* Valuit præcedens infinitivus. Paulo infra post *κατασκάψαι* excidit *φασί* (*κατασκάψαι φασὶ Διονύσιον*).

Ibd. 263 (1, 12): *τοσοῦτον δ' ἴσχυσε μόνον.* Scrib.: *ἰσχῦσαι.* Ead. pag. (1, 13): *καταφρονήσαντες δ' αὐτῶν τοὺς μὲν διεχειρίσαντο, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἕτερον*

τόπον μετέθηκαν. Scr.: καταφρονήσαντες δ' αὐτοὺς μὲν διεχ., τὴν δὲ πόλιν κ. τ. λ.[1])

Ibd. 265 (1, 15): ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσι καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν. Totus, qui sequitur locus, ostendit scribendum: Μέταβον, alterum nomen ex superiore urbis mentione ortum. Apud Stephanum Byz. v. Μεταπόντιον scribendum: τὸν γὰρ Μέταβον οἱ βάρβαροι Μεταπόντιον (Μέταπον?) λέγουσι (ut hinc nata sit urbis nominis forma).

Ibd. 266 (2, 1). Totus locus sic est scribendus: ὅμως δ' οὖν ὄντως τῆς Σικελίας τῇ Ἰταλίᾳ πρὸς νότον κειμένης ἡ Πελωριὰς ἀρκτικωτάτη λέγοιτ' ἂν καλῶς τῶν τριῶν, ὥσθ' ἡ ἐπιζευγνυμένη ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸν Πάχυνον, ὃν ἐκκεῖσθαι πρὸς ἕω ἔφαμεν, ἅμα πρὸς ἄρκτον βλέπουσαν ποιήσει τὴν πλευρὰν καὶ πρὸς τὸν ὄρθρον. In his κειμένης e cod. B (post optimum secundo) est, βλέπουσαν et καί (post πλευράν) ex omnibus; ὄντως pro ἐν τοῖς Cluverii est; conceditur, reapse, quod Posidonius posuerat, Pelorida maxime septentrionalem esse; ὄν post Πάχυνον omissum Meinekius reduxit; ὄρθρον pro πορθμόν, et per se inepto et propter coniunctionem cum πρὸς ἄρκτον, ego restitui. Lineam, quæ a septentrionali ad orientale promuntorium ducatur, Strabo efficere dicit latus septentrioni et ortui solis matutino obiectum.

(De p. 267, c. 2, 2 dictum p. 132.)

Ibd. 268 (2, 3): καὶ Κατάνη δ' ἐστὶ Ναξίων τῶν αὐτῶν κτίσμα. Scr.: Ναξίων αὐτῶν, ipsorum N., non, ut

---

[1]) P. 264 (1, 14) pro φαινόμενον adeo et facilis est et ex omni parte apta Krameri coniectura φάναι μόνον, ut a Meinekio non receptam mirer. Ego cum solo uterer Meinekii exemplo, eandem feci correctionem.

Tauromenium, a Naxiorum demum colonis, Zanclæis, conditum.

Ibd. 269 (2, 3). Codices: *οἵ τοὺς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενοι διέσωσαν ἐπιφερομένου τοῦ κακοῦ ὅταν τῷ Ποσειδῶνι φαίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος, καταιεφροῦται πολλῷ βάθει τὰ Καταναίων χωρία· ἡ μὲν οὖν σποδὸς κ. τ. λ.* Perverse huc Posidonium scriptorem critici intulerunt. Scrib.: *ἐπιφερομένου τοῦ κακοῦ τῷ Ποσειδίῳ· ὅταν (δὲ?) φαίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος, κατατεφροῦται κ. τ. λ.* Templo Neptuni, in quo erant parentes Amphinomi et Anapiæ, torrens flammarum imminebat. Pro *ὅταν φαίνηται* fortasse scribendum: *ὅταν δὲ κινῆται.*

(De p. 269, c. 2, 4 dictum p. 23.)

Ibd. 271 (2, 4) scrib. (retractis verbis, quæ Meinekius delevit): *ἐπειδὴ . . . ἐγγὺς μηδὲν . . . φαινόμενον στόμα τὸ καταπῖνον τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, καίπερ οὐδ' οὕτως ἂν συμμεῖναι γλυκὺ, ὅμως, τό γ' ἐπὶ πλέον, εἰ μὴ καταδύνει εἰς τὸ κατὰ γῆς ῥεῖθρον, παντάπασιν ἀμήχανόν ἐστι.* Addidi *μή*.

Ibd. 274 (2, 8): *ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πέριξ.* Scr.: *καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε ὀλιγώτερα (ἐλάττω) ὄντα, ἐνίοτε πλείω, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τ. π.* Omissorum verborum causa aperta est; *καί* et *κατά* facillime permutantur maximeque sequente voce, quæ a *τ* incipiat, oritur *κατά*. Exempla permutationis apud Strabonem reperias I p. 28, II, 127, IV, 197, 204, VII, 307, VIII, 334, X, 444, XV, 686, apud Diod. Sic. XIII, 104, XVI, 83; apud Plutarch. Thes. c. 29, Num. 1, Pelopid. 15 extr., Alex. 21, cet.

Ibd. 275 (2, 10): *Συγγενῆ δὲ καὶ τούτοις καὶ τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν πάθεσι τὰ περὶ τὰς Λιπαραίων νήσους.* Scrib.: *καὶ τούτοις τοῖς κατὰ τὴν Σικ.* Sola hæc commemorata sunt.

Ibd. 278 (3, 2): οὐκ ἠρέσκετο δ' ἁπλῶς τοῖς περὶ τῆς βουλῆς ὀνομασθεῖσι. Scrib. videtur, verbo a Diodoro Sic. sumpto: τοῖς περὶ τῆς ἐπιβουλῆς δογματισθεῖσι. Nam νομίζειν alienum est. (Paulo ante receptum e duobus codd. recentioribus oportuit: ὅσοι δὲ . . . παῖδες ἐγένοντο pro ὅσοις.)

Ibd. paulo post: ὁ κῆρυξ εἶπε μὴ ἂν περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον. Coraes et Meinekius, epitomam Palatinam secuti, μὴ περιθέσθαι scripserunt, omisso ἄν. Sed non ipse Phalantus per præconem vetandus videtur fuisse signum dare. Scribendum opinor: μὴ ἐὰν περιθέσθαι κυνῆν Φάλανθον. Nam ut activo περιθεῖναι locus sit, vix effici poterit.

Ibd. 279 (3, 3): ἐπολέμουν . . . ὀμόσαντες μὴ πρότερον ἐπανήξειν οἴκαδε πρὶν ἢ Μεσσήνην ἀνελεῖν ἢ πάντας ἀποθανεῖν. Græcorum lex postulat πάντες.

(De p. 280, c. 3, 3 dictum p. 37.)[1]

Ibd. 280 (3, 4) de Tarentinis: πεζοὺς ἔστελλον τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τρισχιλίους, ἱππάρχους δὲ χιλίους. Mire numerus indicatur hipparchorum et numerus ipse ultra modum incredibilis. Scribendum: διμάχας δὲ χιλίους. Nam sic Hesychius etiam appellatos dicit, qui a Polluce (I, 131) ἄμιπποι appellantur, adeo Tarentinorum proprii, ut inde totum genus Tarentinorum equitum nomen traxerit. Scriptorum locos collegit Weissenbornius ad Liv. XXXV, 28. Granium Licinianum (quarti post Chr. seculi Livii excerptorum confectorem) libr. XXVI addere vix operæ pretium est.

Ibd. 283 (3, 8): χιλίων γάρ ἐστι καὶ ὀκτακοσίων σταδίων (ὁ ἐκ Βρεντεσίου εἰς Ἐπίδαμνον πλοῦς). Omnis difficultas et pravitas sublata erit, si scripserimus:

---

[1]) Paulo ante, quod Kramerus cavet ne quis scribat τινὸς ἐξαγγείλαντος, et scripseram, cum solo Meinekii exemplo uterer, et certissimum esse dico.

χιλίων γάρ ἐστιν, ὁ δὲ (*ὁ πρότερος, ὁ ἐπὶ τὰ Κεραύνια*) *ὀκτακοσίων σταδίων.* Paulo infra non Tarenti nomen excidit, quod inde a Xylandro additur, sed Egnatiæ, Bario et Brundusio mediæ interiectæ (*ἑκατέρας Ἐγνατία διέχει*).

Eadem pag. (3, 9): *οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς θαλάττης ὑπέρκεινται δύο πόλεις ἔν γε τῷ πεδίῳ.* Hæc extrema corrupta esse plures intellexerunt, correctionem non invenerunt. Scripserat Strabo: *ἐν εὐγέῳ πεδίῳ.* Cfr. VII p. 309 (4, 4): *πεδίον εὔγεων*, ibd. 311 (4, 6): *πεδιὰς καὶ εὔγεως*, VIII p. 382 (6, 23): *χώραν οὐκ εὔγεων.*

(De p. 284, c. 3, 9 dictum supra p. 133.)

Ibd. 287 (4, 2): *τήν τε γὰρ Ἰβηρίαν οὐκ ἐπαύσαντο ὑπαγόμενοι . . ., Νομαντίνους τε ἐξελόντες καὶ Οὐρίαθον καὶ Σερτώριον ὕστερον διαφθείραντες, ὑστάτους δὲ Καντάβρους, οὓς ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ.* Nihil addendum (editur enim *οὓς κατέλυσεν ὁ Σ.*), sed tollendum *οὕς* ex ultima procedentis vocis syllaba ortum: *ὑστάτους δὲ Καντάβρους ὁ Σεβ. Κ.*

Lib. VII p. 289 (1, 1): *λείπεται δὲ τὰ πρὸς ἕω μὲν τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου.* Recte voces *μὲν τά* Meinekius notavit; correctio non dubia: *τὰ πρὸς ἕω νεύοντα πέραν τ. Ῥ.*

(De p. 290, c. 1, 3 dictum est p. 134.)

Ibd. 291 (1, 4): *εὐπορώτερον ὑπέλαβε στρατηγεῖν τὸν ἐν χερσὶ πόλεμον, εἰ . . . ἀπέχοιτο.* Puto fuisse: *εὐπορώτερον ἂν ὑπ. στρατηγεῖν.*

Ibd. 292 (1, 5): *Ὁ δὲ Ἑρκύνιος δρυμὸς πυκνότερός τέ ἐστι καὶ μεγαλόδενδρος.* Unde comparativus? Scrib. puto aut *πυκνόσπορος* aut *πυκνόδενδρος.*

Ibd. 294 (2, 4): *τὰ κατὰ τὸν Βορυσθένη καὶ τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τοῦ Πόντου χωρία.* Delent *μέρη.* Præstat scribere: *καὶ τὰ πρόσβορρα μέρη τοῦ Πόντου χωρία*, ut *μέρη* pendeat a *κατά.* (Paulo post: *πέραν τῆς Γερμανίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἑξῆς*, omisso *τί.*)

Ibd. 295 (3, 2): *ἀπηρτημένος ἂν εἴη ὁ λόγος.* Hoc

iam alii senserunt vix recte dici; scribendum puto: ἀφηρμαρτημένος. (Paulo post ἢ ὄπισθεν pro μὴ ὄπ. præcepit Kramerus.)

Ibd. 296 (3, 4): μετωνομάσθαι δὲ καὶ νῦν. Sic codices. Num: μ. δὲ καινόν?

Ibd. 299 (3, 6): εἰ γὰρ αὖ χρῆναι τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν. Scrib.? εἰ δ' ἄρα, χρῆναι κ. τ. λ. Vid. ad I p. 11.

Ibd. 301 (3, 7) codices: καὶ κακοτεχνίας εἰς (Coraes et Mein.: καὶ) πλεονεξίας μυρίας πρὸς ταῦτ' εἰσάγων. Scrib.: κακοτεχνίας εἰς πλεονεξίαν μυρίας πρὸς ταῦτα (hoc est, πρὸς τρυφὴν καὶ ἡδονάς).

Ibd. 302 (3, 9): δεῖν δὲ τἀναντία καὶ λέγειν καὶ παραδείγματα ποιεῖσθαι. Nonne: τἀναντία καλὰ λέγειν? (Paulo post in versu Hesiodi ἀπήνας οἰκί' ἐχόντων Porsonum occupasse video; codd. ἀπηνέε.)

Ibd. 305 (3, 13) scrib.: μεταναστάσεις γὰρ δέδεκται, τῶν πλησιοχώρων τοὺς ἀσθενεστέρους ἐξανιστάντων. (Codd. ἐς τοὺς ἀσθεν. ἐξανιστάντων, præter E, qui præpositionem omittit, edd. ἐξαναστάντων, pravo tempore; nec ad infirmiores abierant vicini, sed infirmiores eiecerant.)

Ibd. 306 (3, 16) scribendum videtur: οἱ δὲ προσοικοῦντες τῷ ποταμῷ πάλιν εἶναι πόλιν φασὶν ἀνιόντι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους.

Ibd. 307 (3, 18): ἁμαξεύεται γὰρ ὁ διάπλους ὁ εἰς Φαναγόρειαν ἐκ τοῦ Παντικαπαίου, ὥστε καὶ πηλὸν εἶναι καὶ ὁδόν. Editur καὶ πλοῦν. Atqui mari glacie constructo nullus est πλοῦς, et ineptissima oritur tautologia. Scr.: ὥστε καὶ καπηλεῖον εἶναι καθ' ὁδόν. Tanta est frequentia eorum, qui per glaciem curribus vehuntur, ut in via caupona instituatur.

Ibd. 314 (5, 2): Ἐντεῦθεν δ' ἤδη ὁ Νόαρος πλήθει προσλαβὼν τὸν . . . Κόλαπιν συμβάλλει τῷ Δανουίῳ.

Scrib.: *πλεῖται προσλαβών τε τὸν . . . Κόλαπιν συμβ. τ. Δ.* (*Πλεῖται* iam Coraes.)

Ibd. 317 (5, 10): *ἀλεεινοὶ δὲ καὶ χρηστόκαρποι ὁμοίως*. Excidit substantivum subiecti locum tenens. Fuitne: *χρηστόκαρποι οἱ τόποι ὁμοίως*? Cfr. p. 318 (5, 12): *τῶν περὶ Κάλλατιν . . . τόπων*, et p. 320 (6, 2): *πλεύσαντες τοὺς τόπους*.

Ibd. 321 (7, 1): *ἔτι μέντοι μᾶλλον πρότερον* (*ἐν πλευραῖς ἦσαν*) *ἢ νῦν, ὅπου γε καὶ τῆς ἐν τῷ παρόντι Ἑλλάδος ἀναντιλέκτως οὔσης τὴν πολλὴν οἱ βάρβαροι ἔχουσι*. Sententia flagitat *εἶχον*, nisi fuit *ᾤκουν βάρβαροι*. Nam in optimis codicibus plane abest verbum.

Ibd. 322 (7, 3): *ἀλλ' ἐνστρατοπεδεύουσιν αὐτοῖς* (populis Epiroticis) *Ῥωμαῖοι τοῖς οἴκοις, κατασταθέντες ὑπ' αὐτῶν δυνάσται*. Ridicule Romani ab ipsis Epirotis *δυνάσται* constituti esse dicuntur (— debebat *δεσπόται* scribi —); nec Romana præsidia in domibus *ἐνεστρατοπέδευον*, sed castra habebant. Scribendum: *ἐνστρατοπεδεύουσιν αὐτοῖς, τοῖς δὲ οἰκεῖοι κατασταθέντες ὑπ' αὐτῶν δυνάσται* (domestici dynastæ et reguli).

Ibd. 323 (7, 4): *Εἶτ' ἀπὸ μὲν Ἀμβρακικοῦ κόλπου τὰ νεύοντα ἐφεξῆς πρὸς ἕω τὰ ἀντιπαρήκοντα τῇ Πελοποννήσῳ τῆς Ἑλλάδος ἐστίν· εἶτ' ἐκπίπτει εἰς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος ἀπολιπόντα ἐν δεξιᾷ τὴν Πελοπόννησον ὅλην*. Hoc ex Plethone sumptum, qui aut interpolato codice usus est aut ipse locum interpolavit. Strabonis codices: *εἶτ' ἐκπίπτει τοῦ Αἰγαίου πελάγους*, quod ex illo ortum esse nequit. Scribendum: *ἐστὶν οὐδ' ἐκπίπτει τοῦ Αἰγαίου πελάγους, ἀπολιπόντα κ. τ. λ.*, *non excedit mare Ægæum*, non ultra meridianum eius finem excurrit. De *ἐκπίπτειν* cfr. II p. 72 sub fin. (1, 14).

Ibd. 325 (7, 6): *τό τε κατασκευασθὲν τέμενος ἐν τῷ προαστείῳ, τὸ μὲν . . . ἐν ἄλσει . . ., τὸ δὲ ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τοῦ ἄλσους ἱερῷ λόφῳ*. Scr.: *τώ τε κατασκευασθέντε τεμένη ἐν τῷ προαστείῳ*. Paulo

post, ubi est: *αἱ δ' ἄλλαι κατοικίαι περιπόλιοι τῆς Νικοπόλεώς εἰσιν*, scribendum credo *περιπόλια*.

Ibd. 326 (7, 8): *Ταῦτα δὲ πρότερον μὲν κατεδυναστεύετο ἕκαστα*. Scrib.: *καθ' ἓν ἐδυναστεύετο ἕκαστα*. Deinde pro *οἱ δὲ Λυγκῆσται* scrib.: *οἵ τε Λ.* Sequitur contrarium *οἱ λοιποὶ δέ*.

Ibd. 329 (7, 11) opinor, sublato *βουλάς*, scribendum esse: *καὶ τὰ προστάγματα καὶ τὰ βουλήματα τὰ μαντικά*.

Ead. pag. (7, 12): *συνακολουθῆσαί τε γυναῖκας τὰς πλείστας, ὧν ἀπογόνους εἶναι τὰς νῦν προφήτιδας*. Itane? *ἀπόγονοι τῶν πλειστῶν*? Et, remanentibus viris, multo maior pars feminarum (*αἱ πλεῖσται*) migrarunt? (Coraes *τάς* delebat.) Scrib.: *γυναῖκας ταχθείσας*.

Lib. VIII p. 333 (1, 2) admodum vereor, ne in his: *τοῦτο τοίνυν αὐτὸ καὶ τοῦ ἑτερογλώττου καὶ τοῦ ἑτεροεθοῦς αἴτιον*, post prius *καὶ* exciderit nomen Doriensium (*καὶ τοῖς Δωριεῦσι*). (Paulo ante miror Meinekii timiditatem in certa coniectura *μεῖναι* pro *μὲν εἶναι*, in quam ipse quoque incideram.)

Ead. pag. (de Eleensibus): *ἄλλως τε καὶ τοῦ Αἰολικοῦ γένους οὖσι καὶ δεδεγμένοις τὴν Ὀξύλῳ συγκατελθοῦσαν στρατιάν*. Scrib.: *τοῦ Αἰτωλικοῦ*. Nam Æolenses origine, Strabonis iudicio, etiam Arcades et ceteri præter Dorienses erant, illud proprium Eleensium. Cfr. p. 357 (3, 33).

Ibd. 334 (1, 3) scribendum: *ἐπεὶ ἄλλως γ' ἐνεχώρει καὶ* (pro *κατὰ*) *τὴν Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν γῆν* (pro *τὴν*) *ἀρχὴν ἀποφαίνεσθαι τῆς Ἑλλάδος*.

Eadem pag. paulo post (ante *χωρὶς γάρ*) nihil excidit. Postquam Strabo Peloponnesum arcem esse Græciæ ex splendore et potentia populorum, qui in Peloponneso habitent, demonstravit, idem confirmat ex situ et forma totius Græciæ, inter cuius pæninsulas prima sit Peloponnesus. Sed scribendum: *αὐτὴ ἡ τῶν τόπων θέσις ὑπογράφει τὴν*

ἡγεμονίαν ταύτην κόλποις τε καὶ ἄκραις πολλαῖς καὶ, τῷ σημειωδεστάτῳ, χερρονήσοις μεγάλαις διαπεποικιλμένη. Codices et editiones: τοῖς σημειωδεστάτοις.

Ibd. 345 (3, 16) scribendum interpungendaque oratio sic: Πάρεστι μὲν γὰρ τῷ ποιητῇ καὶ πλάττειν τὰ μὴ ὄντα· ὅταν δ' ᾖ δυνατὸν ἐφαρμόττειν τοῖς οὖσι τὰ ἔπη καὶ σώζειν τὴν διήγησιν, τότ' (pro τὸ δ') ἀπέχεσθαι προσήκει μᾶλλον. Paulo ante scribi debet: ἦν δὲ καὶ αὕτη (v. καὶ αὕτη ἡ) πόλις, hoc est: nam et hæc urbs erat (iam non est); cfr. paulo post: χώραν δ' εἶχον (non ἔχουσι) οἱ Λεπρεᾶται. (De eadem pag., c. 3, 17 dictum p. 134.)

Ibd. 346 (3, 19): καὶ τὴν Δαρδάνου γένεσιν. Scrib.: Ἰαρδάνου. Significatur idem, qui p. 347 (3, 20), coniunctus sine dubio cum Iardane, fluvio Pisatidis, quem et Strabo et alii appellant. Dardanus circa hæc loca nemo commemoratur. Ceterum ante ἐνταῦθα videtur excidisse μυθεύεται, quod Pletho habet, etsi ea perexigua est auctoritas. Cfr. p. 368 (6, 2) et alibi. In altero autem illo loco p. 347 in litteris ἀχαιαὶ latet nomen appellativum coniungendum cum τάφος, hac forma: ὁ τοῦ Ἰαρδάνου λειμὼν δείκνυται καὶ τάφος καὶ χειαί(?)· εἰσὶ δὲ πέτραι κ. τ. λ. Fieri potest, ut serpens fictus sit Iardanus.

Eadem pag. (346) paulo post: θινώδης δ' ὢν ὁ τόπος ἐξ εἴκοσι σταδίων βαρεῖαν ὀσμὴν παρέχει. Requiritur manifesto θειώδης, *sulfurosus*. Cod. A τειφώδης.

Ibd. 347 (3, 19) scribendum sic: εἶτ' ἀπὸ τῶν . . . ἐλθόντων ἐξ Ὀρχομένου τοῦ Μινυείου Μινυῶν εἶτ' ἀπ' ἄλλων Μινυῶν, οἳ τῶν Ἀργοναυτῶν ἀπόγονοι ὄντες κ. τ. λ.

Ibd. 350 (3, 26) inepte tres per mare cursus significantur pro uno: τὸν εὐθὺν πλοῦν ... καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς καὶ τὸν εἰς Ἰθάκην. Scribendum videtur: τὸν εὐθὺν πλοῦν καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἔναλον εἰς Ἰθάκην, rectum cursum et qui statim aperto mari Ithacam dirigitur.

Adiectivo ἔναλος usus Plutarchus est. Fortasse aptius adiectivum alius reperiet non nimis a litterarum similitudine remotum.

Ibd. 351 (3, 27) scribendum: ταῦτα μὲν πάντα' ὀπίσω λειπτέα, αὐτὴ δὲ ἡ 'Ηλεία παραπλευστέα ἦν, pro λείπεται.

Ibd. 352 (3, 29). Num: τὸν μὲν 'Ηλιακὸν οὐχ, ὅτι τούτου κ. τ. λ. (οὐκ ἂν ὑπολάβοι)?

(De p. 357, c. 3, 32 dictum p. 72.)

Ibd. 359 (4, 1) cod. A significat: ὑπηκηκόεσαν τοῦ Μενελάου. Ibd. paulo post transpositione peccatum esse puto, cum Strabo scripsisset: κοινὴ δ' ἐστὶν ἀμφοῖν ἄκρα ἡ Κυπαρισσία, μεθ' ἣν τὸ Κορυφάσιον.

Ibd. 360 (4, 5): 'Ασίνην . . ., ἧς πρὸς θαλάττῃ πόλις Κορώνη. Groskurdius et (interpretando) Coraes: ἧς πλησίον πρὸς θαλάττῃ. Scribendum: ἧς πρόσθεν πρὸς θαλάττῃ. Nam Asine retro et intus sita erat. Sed præterea scribendum: 'Ασίνην τῶν Μεσσηνίων πόλεων οἰκειότατα βαθύλειμον λεχθεῖσαν ἄν (o: ἡ οἰκειότατα ἂν βαθύλ. λεχθείη).

Ibd. 363 (5, 1): πρόκειται δὲ κατὰ τούτου. Scr.: κατὰ τοῦτο. (De p. 364, c. 5, 3 dictum est p. 135 n.)

Ibd. 366 init. (5, 5) scrib.: τοῦ δ' υἱοῦ τὴν φιλοτιμίαν (pro φιλίαν) ἀπεστραμμένου τὴν τοιαύτην πᾶσαν.

Ibd. 368 (5, 8) post initium sic in lacuna scribendum: δοκεῖ δ' ἀντιπίπτειν . . ., εἰ μὴ νὴ Δία κ. τ. λ.

Ibd. 373 (6, 13): φασὶ καὶ τὴν 'Ασίνην. Scrib. videtur: φ. καὶ ταύτην καὶ τὴν 'Ασίνην. (De p. 375, c. 5, 16 dictum est p. 56.)

Ibd. 378 (6, 20) duas voces propter similem terminationem excidisse opinor: 'Αγαπητὸν οὖν ἑκατέροις ἦν . . . ἀφεῖσι τὸν περὶ Μαλέας πλοῦν, εἰς Κόρινθον κατάγεσθαι καὶ διατίθεσθαι τὸν φόρτον αὐτόθι.

Ibd. 379 (6, 21): *καὶ ἡμῖν ἀναβαίνουσιν ἦν δῆλα τὰ ἐρείπια τῆς σχοινίας.* Imo: *τῆς κονίας*, *calcis.*[1])

Lib. IX p. 401 (2, 2): *ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ μὴ χρησαμένους ἐπεὶ μηδὲ τοὺς ἀεὶ προϊσταμένους . . . . ἐπὶ μικρὸν τὸν χρόνον συμμεῖναι.* Pro *ἐπεὶ μηδέ*, quæ Meinekius iure notavit, scribendum *ἐπιμελεῖ.* (Casaub. *ἐπιτηδείᾳ.*)

Ibd. 403 (2, 9): *τὴν περὶ αὐτὸν ἀπάτην μεταγνῶναι.* Scrib.: *ἁμαρτίαν.*

Ibd. 406 (2, 16) prave contrarii ponuntur fluvii *ἀναχεόμενοι εἰς τὰ πεδία* et *ἐμπίπτοντες.* Scribendum: *ποταμῶν ἀναχεομένων εἰς αὐτὰ τῶν διεμπιπτόντων, εἶτα ἐκρύσεις λαμβανόντων*: *cum fluvii, qui in campos incidunt et eos percurrunt* (*οἱ διεμπ.*), *restagnent, cet.*

Ibd. 407 (2, 18) scr.: *ἀφανισθῆναι δ' αὐτάς* (pro *δὲ ταύτας*).

Ibd. 412 (2, 31) *τὸ Ὕπατον ὄρος* definitur *γεωλοφία καλή.* Reliqua incerta sunt; fortasse fuit *τῇ εὐυδρίᾳ.* Meinekius delendo grassatus est, violentius tamen p. 415 init. (2, 40), ubi non debebat Straboni subtrahi pannus e philosophia assutus sane inepte, in quo genere quid Strabo committere potuerit, ostendit locus de Curetibus et Corybantibus in libro X p. 467 sqq. (3, 9 sqq.). Sed in loco iniuria deleto pro *εὐεργεσίαις φέρωσι* scribendum videtur: *εὐεργ. πειρῶσι.*

---

[1]) P. 384 (7, 1) frustra Meinekius repugnat Curtio *οὐ συνελθούσης* in *οὐ συνεστώσης* mutanti. Etiamsi *οὐ συνιούσης* scriberetur, prorsus et tautologum esset et contra historiam (p. 386). P. 393 (IX, 1, 9) *ὧν* post *ἡρώων* addideram ignarus a Casaubono iam adiectum esse. P. 396 (7, 16) revocandum: *ὁρᾷ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τι σημεῖον.* Hegesias dicit, quid sibi quaque Athenarum et Atticæ parte in mentem veniat et quasi nota apposita signetur. In arce tantummodo unam notam significat, Polemo memorabilium quattuor libros impleverat.

Ibd. 424 (3, 16) in versu Hesiodi scribendum est: *παρὲκ Πανόπην δῖαν Γλήχωνά τ' ἐρυμνήν.* (Codex optimus *πανοπη διά.*)

Ibd. 429 (4, 18): *πλὴν εἰ τοὺς Κουρῆτας, οὓς ἐν μέρει τακτέον τῶν Αἰτωλικῶν.* Scr.: *π. εἰ τ. Κ. ὡς ἐν μέρει τακτέον τ. Αἰτ.*

Ibd. 431 (5, 5): *οὐδὲ γὰρ συστρατεύειν ἂν τῷ Ἀχιλλεῖ (ὁ Φοίνιξ) δόξειεν, ἀλλὰ μόνον ὀλίγων ἐστὶν ἐπιστάτης καὶ ῥήτωρ ἕπεσθαι.* Pro corruptis illis *ὀλίγων ἐστὶν*, quæ Meinekius facili delendi remedio sanavit, scribi debet *ὀλιγοετεῖ* (nondum annis maturo).

Eadem pag. (5, 6) in codice optimo (A) sic scribitur: *ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ καὶ τὸ Θετίδιόν ἐστι πλησίον τῶν Φαρσάλων ἀμφοῖν, τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας, ...* (sex fere litteræ desunt) *ς οὐκ ἂν τοῦ Θετιδίου τεκμαιρομένοις τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ μέρος εἶναι καὶ τήνδε τὴν χώραν.* Ex his efficitur: *τῆς νέας, οἰκείως τοῖς κἂν ἐκ τοῦ Θετιδίου τεκμαιρομένοις τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ μέρος εἶναι κ. τ. τ. χ.*

Ibd. 433 (5, 9) excidit verbum ob similitudinem litterarum; scribi enim oportet: *ὅτι δὲ ὁ Σπερχειὸς ἐπιχώριος, ἔκ τε τοῦ τρέφειν ἐκείνῳ τὴν κόμην φάσκειν ἐμφαίνει καὶ τοῦ τὸν Μενέσθιον . . . Σπερχειοῦ λέγεσθαι παῖδα.* Significat hoc Homerus eo, quod Achillem dicentem facit, se cet.

Ibd. 435 (5, 13) scrib.: *εἶθ' ἑξῆς παραπλεύσαντι σταδίους* (pro *σταδίοις*) *ἑκατὸν ὁ Ἐχῖνος ὑπέρκειται.*

Eadem pag. (5, 14) scrib.: *ὁριζομένῃ* (pro *ὁριζομένη*) *τοίνυν [ἐκεῖ ἐφ] ἑξῆς ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ κ. τ. λ.* (Paulo infra interpungendum: *ἡ Πύρασος, ἐν δυσὶ σταδίοις ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος.*)

Ibd. 438 (5, 17): *καὶ μὴν πολυΐστωρ, εἴ τις ἄλλος, καὶ πάντα τὸν βίον, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, ὁ ταῦτα μυθεύεσθαι βουλόμενος.* Sentential huiusmodi fuit: *ὡς αὐτὸς*

εἴρηκεν, ἐτεὰ πάντα μυθεύεσθαι βουλόμενος, *vera omnia.*[1])

Ibd. 443 (5, 22): *Καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐφεξῆς τόπων μέχρι Πηνειοῦ οὐ διαφανῶς λέγεται.* A septentrione Strabo progrediens iam ultra Penei ostia de Rizunte et Erymnis dixit; itaque *οἱ ἐφεξῆς τόποι* non sunt (retro) usque ad Peneum, sed *μέχρι Πηλίου.* Pro hoc nomine alterum illud substitutum in codicibus etiam paulo infra, ubi recte editur: *ὁ παράπλους πᾶς ὁ τοῦ Πηλίου.*

Lib. X p. 444 (1, 2) scrib.: *Γεραιστὸς δὲ κατὰ Πεταλίας* (pro *καὶ Πεταλία*) *πρὸς Σουνίῳ.* Definitur Geræsti situs, non Petaliarum. (Nam Petalias Plinius dicit et plures sunt.)

Ibd. 448 (1, 12): *περὶ δὲ Ληλάντου διενεχθεῖσαι οὐδ᾽ οὕτω τελέως ἐπαύσαντο ὥστ᾽ ἐν τῷ πολέμῳ κατ᾽ αὐθάδειαν δρᾶν ἕκαστα.* Opinor: *ἀπελύσαντο, separarunt se.* (Lacunæ suspicio inanis est.)

Ibd. 452 (2, 9) in loco, qui incipit a verbis: *Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιονίδα*, excidit *λέγει*, ut videtur, ante *γενέσθαι.* (Eadem pag. initio retinendum erat *Νήρικος*, *Νήρικον* nec p. 454, c. 2, 11, tollenda, quæ Meinekius sustulit.)

Ibd. 457 (2, 17) scribendum: *δῆλον, ὅτι παρὰ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν λέγουσιν οἱ φήσαντες κ. τ. λ.*, sublato *ὃ* ante *λέγουσιν.* (Codices *ἦν.*) Paulo ante rectum est: *οὐκ ἀντιδιέστειλε τὴν ὁμωνυμίαν*, non ex utraque parte distinxit, nominata etiam altera insula et proprio aliquo additamento notata; (id est enim *ἀντιδιαστέλλειν*).

Ibd. 459 (2, 21): *καὶ ἡ Κριθώτη δ᾽ ὁμώνυμος πολίχνη τῶν κ. τ. λ.* pro *πολίχνη*. (Hæc, de qua agitur, *ἄκρα* erat.)

---

[1]) P. 439 (5, 19) utinam Meinekius Coraem sequi maluisset (*εἶτα ἀπώσαντες ἐκείνους εἰς τὴν ἐν τῇ μεσογαίᾳ ποταμίαν*) quam temere delendo grassari.

Ibd. 462 (2, 25), ubi est *συνελθεῖν Διομήδει*, scrib.: *συνεξελθεῖν Δ.*, *expeditionem una suscepisse*. Una iam pridem erat. Deinde ocius revocandum *ἐκείνῳ* (Diomedi) pro *ἐκείνοις*.

Ibd. 463 (3, 1) scr.: *οὐδὲ γὰρ ἂν κυρίως εἰπεῖν* (pro *εἶπεν*).

Ibd. 467 (3, 9): *τὸν δὲ ὄντως νοῦν τρέπει πρὸς τὸ θεῖον*. Scr.: *τὸν δ' ὄντως ἔννουν*.

Ibd. 468 extr. (3, 11): *τῇ δ' αὐτῇ ἐπιμελείᾳ καὶ τρεφόμενον ὑπ' αὐτῶν παραδίδοσθαι*. Scrib.: *παραδιδόασι*, *narrant*. (Videntur editores accepisse, tanquam si scriptum esset *τραφησόμενον παραδοθῆναι*.)

Ibd. 470 (3, 14): *τήν τε Ἴδην καὶ τὸν Ὄλυμπον συγκέχυμένως ὡς τὸ αὐτὸ ὄρος κτυποῦσιν*. Scr.: *τυποῦσιν*.

Eadem pag. (3, 15): *Καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστι καὶ τρόπον τινὰ τῆς μητρὸς τὸ παιδίον παραδοὺς τὰ τοῦ Διονύσου καὶ αὐτός*. Nihil est *παραδούς*, sive cum *παιδίον* coniungas, sive cum *τὰ τοῦ Διονύσου*, nihil *παραδοὺς καὶ αὐτός*. Scribendum: *καὶ τρ. τ. τῆς μητρὸς τὸ παιδίον, παρῳδῶν τὰ τοῦ Διονύσου καὶ αὐτός*. Proxime ante revocandum e codicibus: *τῶν ὀνομάτων, ἃ τοὺς προπόλους καὶ χορευτὰς . . . ἐκάλουν . . . καὶ τὸν θεὸν Βάκχον . . . καὶ τοὺς τόπους αὐτούς*. His quoque indidem nomina imposita dicuntur. Prave substituerunt *κατά*.

Ibd. 471 (3, 19): *Ἔτι δ' ἄν τις καὶ ταῦτα εὕροι περὶ τῶν δαιμόνων τούτων*. Verbum *εὕροι* et codices meliores (C D) omittunt et sententia convincit. Scrib.: *Ζητοῖ δ' ἄν τις καὶ ταῦτα*. Deinde in litteris *Ἑκατερω καὶ τῆς* latet *ἐξ* et ignotum nomen filiæ Phoronei (*ἐκ Καρτεροχαίτης*?).[1]

---

[1]) P. 474 (3, 23) revocandum e codicibus: *τῇ μὲν οὖν ὀρειβασίᾳ τὸ μεταλλευτικὸν καὶ τὸ θηρευτικὸν, ζητητικὸν τῶν πρὸς τὸν βίον*

Ibd. 475 (4, 3): πλάτει δὲ ὑπὸ τὸ μέγεθος. Subest: πλάτει δὲ υπ', hoc est, τετρακοσίων καὶ ὀγδοήκοντα. Hinc natum ὑπό, tum additum τὸ μέγεθος, quod hinc alienum esse, multi intellexerunt.

Ibd. 476 extr. (4, 8) scrib.: τοιαῦτα δ' εἰπόντες οἱ ἀρχαῖοι περὶ αὐτοῦ πάλιν ἄλλους εἰρήκασι λόγους. Vulgo εἰπόντος. (De p. 482, c. 4, 19 dictum p. 54.)

Ibd. 484 (5, 1): ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα, διακοσίων οὖσα τὴν περίμετρον σταδίων. E perimetro magnitudo, non longitudo intellegitur; nec oblonga Thera est. Scr. μικρά.

Ibd. 486 (5, 4): ἐπελθόντες δὲ οἱ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγοὶ καὶ ἀποστήσας τύραννος αὐτὴν διελυμήναντο ἅπαντα. Scrib.: καὶ ἀποστήσαντες τυράννοις αὐτήν, *cum tradidissent, vendidissent*; cfr. p. 478 (4, 10): ἀφιστὰς τοῖς Ῥωμαίοις τὴν βασιλείαν, et Stephani thes. ed. Paris. t. I part. 2 p. 2675 D.

Eadem pag. (5, 6): προσέταττε γὰρ . . . ὁ νόμος τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας κωνειάζεσθαι καὶ τοῦ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν. Ineptum καί. Itaque scrib.: ἕνεκα τοῦ διαρκεῖν, etsi, omisso καί, genetivus apud Strabonem non offendit; vid. XVII p. 828 (3, 7): τοῦ παραμένειν . . . τὸν κόσμον τῶν τριχῶν.

Ibd. 488 (5, 14) pro: τάς τε ἄλλας ἐν ταῖς Σποράσι τίθεμεν scrib.: τάς γε ἄλλας, pag. autem 489 (5, 16): ὑποκείμενον ἔχουσα ἑαυτῇ pro ἐν αὐτῇ.

Lib. XI p. 499 (2, 19): Χρῶνται δὲ οἱ Σοάνες φαρμάκοις πρὸς τὰς ἀκίδας θαυμαστῶς καὶ τοὺς ἀφαρμάκτοις τετρωμένους βέλεσι λυπεῖ κατὰ τὴν ὀσμήν. Scrib.: θαυμαστοῖς ὥστε καὶ τοὺς ἀφ. τετρωμένους β. κ. τ. λ. (De p. 503, c. 4, 6 dictum est p. 48.)

Lib. XII p. 539 (2, 9). Codices: Τὴν δ' ἄλλην ἀσφά-

χρησίμων, ἐφάνη συγγενές. Perverterunt orationem et sententiam, interposito καὶ ante ζητητικόν.

λειαν τὴν αὐτῶν τε καὶ σωμάτων ἐκ τῶν ἐρυμάτων εἶχον τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις. Scrib. (præeunte magnam partem Coraë): τὴν δ' ἀ. ἀσφ. τὴν αὐτῶν τε τῶν σωμάτων καὶ τῶν χρημάτων εἶχον ἐν τ. φ.

Ibd. 540 (2, 10): ἄλλος δὲ εἰς διόπτρας βώλους μεγάλας ἐκδιδούς. Codices: ἄλλος δὲ τὰς διόπτρας. Vereor, ne Strabo scripserit: τὰς διοπτὰς βώλους μεγάλας.

Ibd. 550 (3, 22): διαπορεῖ καὶ πῶς . . . ἀφῖχθαι συμμαχίαν τοῖς Τρωσί τις νομίσειεν. Scr.: νομίσειεν ἄν.

Ibd. 553 (3, 27) pro γνωριζόμενον scrib.: γνωρίζομεν.

Ibd. 563 (3, 42): ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ... Παφλαγονίαν ἐκτιθέμεθα. Scrib.: ἐκτεθείμεθα. Ead. pag. (4, 3): τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας ἀναστὰς κατὰ συμβάσεις τοῖς Ἀτταλικοῖς. Scrib.: ἀποστάς.

Lib. XIII p. 586 (1, 7): ἐν αὐτῇ δ' ἂν λεχθείη ἡ ὑπὸ Εὐρυπόλῳ ἐφεξῆς οὖσα τῇ Λυρνησσίδι. Nihil omnino significat ἐν αὐτῇ. Scrib.: ἐνάτη δ' ἂν λεχθείη. Nonam hanc Strabo dicit et ultimam ex novem illis, quas p. 584 (1, 7) significavit, δυναστείαις, ut supra p. 585: δευτέρα οὖν αὕτη δυναστεία . . . τρίτη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Λελέγων et postea: ἕκτη δὲ αὕτη δυν. Ceterarum numeros non tam aperte posuit.

Ibd. 591 (1, 22): ἀντίκειται δὲ τὸ ζεῦγμα τῇ Ἀβύδῳ. Τὸ ζεῦγμα, hoc est, locus freti angustissimus, ubi Xerxes pontem fecerat, neutrius littoris oppido ἀντέκειτο. Perverse proxima adiunguntur: Σηστὸς δὲ ἀρίστη κ. τ. λ. Neque enim Sestus per se commemoratur, sed propter situm cum Abydo coniunctum. Deletis verbis τὸ ζεῦγμα, quæ e superiore versu huc delapsa sunt, scribendum: ἀντίκειται δὲ τῇ Ἀβύδῳ Σηστὸς ἀρίστη (vel potius cum Meinekio κρατίστη) τῶν ἐν Χερρονήσῳ πόλεων.

Ibd. 605 (1, 49): Ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ τῶν Μιτυλη-

ναίων ἐστὶν αἰγιαλὸς, κώμας τινὰς ἔχων τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον τῶν Μιτυληναίων. Scrib.: *κώμας τινὰς ἐχόντων κατὰ τὴν ἤπειρον τῶν Μιτυληναίων.*

Ibd. 618 (2, 4): *Ἡ δὲ Πύῤῥα κατέστραπται, τὸ δὲ προάστειον οἰκεῖται.* De urbe prorsus evertenda et ceteri scriptores inde ab Herodoto sæpissime *κατασκάπτειν* ponunt, quorum testimonia in Stephani thesauro reperias, et Strabo interdum, velut V p. 237 extr., VI, 258 s. fin., IX, 424 extr., XVII, 820 s. fin., 833 med.; ipse tamen multo sæpius de ea re et de flore et frequentia urbium sensim minuendis tollendisque *κατασπᾶν* dicit, ut V p. 237: *παλαιῷ κτίσματι κατεσπασμένῳ*, VIII pp. 347 med., 355 extr., 359 med., IX p. 418 extr. (*συμμένει ... κατεσπάσθησαν*) et p. 426 init. (*ὃν ἔφαμεν κατεσπάσθαι*, sed p. 424 de eo oppido scribitur *κατέσκαπται*) et p. 427 (*κατέσπασαν αὐτὴν οἱ Ἀμφικτύονες*), XVI pp. 753, 755, 756 init., 762 extr. (*τὰ ἐρύματα αὐτῶν κατέσπασε*), 763 (*κατασπάσαι τὰ τείχη*), XVII p. 807 extr. p. 829 init. et prope finem, quem verbi usum præter Strabonem in thesauro Stephaniano ex sola interpretatione LXX annotatum video nec ipse aliunde annotavi. *Καταστρέφεσθαι*, quod de urbibus populisque sub ditionem cogendis frequentissimum est, pro *κατασκάπτειν* aut *κατασπᾶν* dictum non puto; in Herodoti quidem locis, qui apud Stephanum citantur, aperte usitatam significationem habet; ne apud Herodianum quidem VIII, 4: *τὰ προάστεια καὶ εἴ τι τῶν πυλῶν ἔξωθεν ἦν, ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου στρατοῦ κατέστραπτο* iusta causa est aut a consueta significatione recedendi aut mutandi. Apud Strabonem eo, a quo profectus sum, loco aut *κατέσκαπται* aut *κατέσπασται* scribi oportere certum est, eodemque modo corrigendum, quod I p. 58, c. 3, 17 scribitur: *Σίπυλος κατεστράφη.*

Ibd. 631 (4, 17) scribendum: *ὕστερον δὲ, Πισιδῶν ... μετακτισάντων εἰς ἕτερον τόπον εὐερκέστατον ἐν κύκλῳ σταδίων περὶ ἑκατὸν, ηὐξήθη διὰ τὴν εὐνομίαν.* Codices et editiones *ηὐξήθη δὲ διὰ*, turbata structura.

Lib. XIV p. 637 (1, 15): πρὸς τὸ τῆς Ἰκαρίας Δρέπανον. Scrib.: Δράκανον e pag. 639 (1, 19), Stephano Byz., aliis.

Ibd. 648 (1, 41) scribendum: εἰς ἔρωτα ἐμπεσὼν κιναίδου τινὸς ἢ καὶ παιδίσκης ὑπὸ κιναίδῳ τρεφομένης. Vulgo omittitur ἤ. (De loco paulo inferiore dictum est p. 34.)

Ibd. 662 (2, 28) scrib.: τῶν γὰρ ἄλλων οὔτ' ἐπιπλεκομένων . . . οὔτ' ἐπιχειρούντων ἑλληνικῶς ζῆν . . ., πλὴν εἴ τινες . . . ἐπεμίχθησαν . . . τῶν Ἑλλήνων τισίν, οὗτοι καθ' ὅλην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα. Vulgo: οὗτοι δὲ καθ' ὅλην.

(De p. 673, c. 5, 11 dictum est ad p. 544.)

Lib. XV p. 686 (1, 4): κἀκεῖθεν δὲ ἀφ' ἑνὸς τόπου καὶ παρ' ἑνὸς βασιλέως, Πανδίονος κατ' ἄλλους Πώρου, ἧκεν ὡς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν δῶρα καὶ πρεσβεῖα. Loci et regis nomina coniuncta, sed prius depravatum codices habent: καὶ ἄλλου Πώρου, quod verissimum esse ex p. 719 (1, 73) apparet, comparatis, quæ p. 699 (1, 30) leguntur (Πώρου τοῦ ἑτέρου). Ex hoc autem altero loco simul intellegitur, pro Græco hominis nomine Πανδίονος substituendum esse Indicum regionis: Γανδαρίδος.

Ibd. 696 (1, 24): μηδ' οὕτως πεπεισμένως ἐπικεκαῦσθαι τὴν χρόαν. Sic aut πεπνυμένως codices. Scribendum videtur: πεπιεσμένως (ut adeo firmiter imprimeretur).

Ibd. 697 (1, 26): ὥστε εἶναι δυσπερατοτέραν. Femininum adiectivum non habet, quo referatur; scrib.: δυσπερατότερα, noto usu neutri pluralis (βάσιμα ἦν, cet.). Paulo ante recte, qui ex Γώρυδι ἄλλην unum effecit nomen urbis (Γωρυδάλλην).

Ibd. 705 (1, 43) exciderunt tria verba, cum ad hanc formam scriptum esset: (ἄκος) . . . τραύμασι δὲ ποτὸν μὲν [*, χρῖσμα δὲ] βούτυρον.

Ibd. 708 (1, 51): ἐπιμελοῦνται . . . τῆς τῶν δημο-

σίων ἐπισκευῆς, τειχῶν τε καὶ ἀγορᾶς καὶ λιμένων καὶ ἱερῶν. Pro τειχῶν, quod cum ceteris non optime coniungitur, codices τιμῶν. Videtur fuisse ῥυμῶν, *plateamm.*

(De p. 731, c. 3, 10 dictum est p. 136 n.)

Lib. XVI p. 737 (1, 3) locus tristi nota a Kramero et Meinekio signatus duabus litteris mutatis restituitur: τὰ μὲν οὖν Ἄρβηλα τῆς Βαβυλωνίας ἐπαρχία καθ' αὑτήν ἐστι (*est provincia Babyloniæ per se, separata*) pro: ὑπάρχει ἃ κατ' αὐτήν. Cfr. p. 745 (1, 19): καὶ αὐτὴ τῆς Βαβυλωνίας μέρος οὖσα, ἔχουσα δ' ὅμως ἄρχοντα ἴδιον.

Ibd. 742 (1, 13) e codicum vestigiis efficitur facillime verum: εἰς γὰρ τὰ αὐτὰ κατέρχεται πεδία καὶ οὗτος (Tigris; codd. καὶ οὕτως) τὰ πλημμυρεῖν λεχθέντα (paucis versibus ante)· τὰ δὲ ὕψη τῶν ὀρῶν ἀνωμαλίαν ἔχει κ. τ. λ. (Codices λεχθέντα ὕψη. Excidit τὰ δὲ post τα.) Meinekius delendo grassatus est.

Ibd. 748 (1, 27) scribendum: χώραν οὐκ εὔπορον, ἧττον δὲ ἄπορον νεμόμενοι, sublato ἔχοντες, quod interpretandi causa post εὔπορον additum orationem turbat; necessario adiectiva contraria uni participio adiunguntur.

Ibd. 748 extr. (1, 28): ᾔδει γὰρ μηδένα ἰσχύσοντα καθ' ἑαυτόν. Scr.: καθ' ἑαυτοῦ, *contra se.*[1])

Ibd. 753 (2, 11): Ὅμορος δ' ἐστὶ τῇ Ἀπαμέων πρὸς ἕω μὲν ἡ . . . καλουμένη Παραποταμία καὶ ἡ Χαλκιδικὴ ἀπὸ τοῦ Μασσύου καθήκουσα καὶ πᾶσα ἡ πρὸς νότον τοῖς Ἀπαμεῦσιν, ἀνδρῶν σκηνιτῶν τὸ πλέον. Ridiculum est, conterminam Apameæ ab oriente esse omnem regionem, quæ sit Apamensibus a meridie. Scrib.

---

[1]) P. 752 (2, 10) recte Casaubonus: καὶ λίμνη περικειμένη μεγάλη καὶ εἰς ἕλη . . λειμῶνάς τε . . . ἱππόβοτους διαχεομένη ὑπερβάλλοντας τὸ μέγεθος. Præcedens et subsequens accusativus masculini generis traxit participium interpositum.

videtur: *καθήκουσα καὶ παρήκουσα πρὸς νότον Ἀπαμεῦσιν*. Sic in hoc latet, quod respondeat illi *πρὸς ἕω μὲν*. De verbo *παρήκειν* cum dativo dictum ad IV p. 193.

Ibd. 765 (3, 1) scribendum videtur: *τὰ δὲ ἑξῆς ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας μέχρι κοίλης Συρίας*. Nam *τὰ ἑξῆς τῆς Μ.* sunt partes Mesopotamiæ deinceps sitæ, de quibus non agitur.

Ibd. 767 (3, 7) paguros vix a Strabone cum pileis (*ταῖς καυσίαις*) comparatos putem, sed cum serpentum genere: *μείζους καύσων*.

Eadem pag. (4, 2) exciderunt quædam ob vocem bis positam: *πρὸς μὲν τὴν Ναβαταίων Πέτραν στάδιοί εἰσιν *, ἀπὸ δὲ Πέτρας εἰς Βαβυλῶνα πεντακισχίλιοι ἑξακόσιοι*.

Ibd. 773 (4, 13): *ἐπιρρίψαντες δὲ ταῖς πέτραις (τοὺς ἰχθῦς) κατοπτῶσι πρὸς τὸν ἥλιον, εἶτ' ἐξοπτήσαντες τὰς ἀκάνθας μὲν σωρεύουσιν*. Scribendum: *εἶτ' ἐξοστεΐσαντες*, *exossantes*.

Ibd. 774 (4, 15) oratio sic distinguenda et scribenda est: . . . *διὰ τὸ μηκέτι εἶναι γνώριμον. Ἐν δὲ τῇ ἑξῆς παραλίᾳ εἰσὶ καὶ στῆλαι καὶ βωμοὶ Πυθολάου . . . καὶ Χαριμόρτου καθάπερ κατὰ τὴν γνώριμον παραλίαν τὴν ἀπὸ Δειρῆς μέχρι Νότου κέρως, τὸ δὲ διάστημα οὐ γνώριμον*. Cur exciderit *καθάπερ*, patet.

Eadem pag. paulo post scribendum primum: *Οὗτοι* (pro *οὗτοι*) *δὲ μικρὸν ἀπολείπονται τῶν ἐλεφάντων οἱ ῥινοκέρωτες, ὥσπερ Ἀρτεμίδωρός φησιν . . . τῷ μήκει, καίπερ ἑωρακέναι φήσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἀλλὰ σχεδόν τι ὅσον τῷ ὕψει*, omni de tota periodi forma et sententia sublata dubitatione. Sed restat, quod omisi, mirum illud inter *φησιν* et *τῷ μήκει* interpositum *ἐπὶ σειράν*, pro quo scribendum est: *φησιν ἐπισύρων*, *neglegenter festinans*.

(De p. 778, c. 4, 19 dictum est p. 48.)

Ibd. 784 (4, 26): *εἰσαγώγιμα δ' ἐστὶ τὰ μὲν τελέως τὰ δ' οὐ παντελῶς ἄλλως τε καὶ ἐπιχωριάζει, καθάπερ*

χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἀρωμάτων. Codices *χρυσὸν καὶ ἄργυρον.* Scrib. litteris recte divisis, una addita: *ἀλλ' ὥστε καὶ ἐπιχωριάζειν, καθάπερ χρυσὸν καὶ ἄργυρον.* Paulo post scrib.: *ἰσόκοπρα δ' ἡγοῦνται τὰ νεκρὰ σώματα* pro *ἴσα κοπρίαις ἡγοῦνται.* Cod. F: *ἴσα κόπρα ἡγ.*, ceteri: *ἴσα κοπρίαν ἡγ.*

Lib. XVII p. 789 (1, 4) ex epitoma scrib.: *πλείους δ' ἢ τεσσαράκοντα ἡμέρας* pro *δὲ τεσσ.*, similiterque alibi. P. 790 (1, 5) oratio sic interpungenda: *τοῦτ' ἐχρῆν ζητεῖν . . ., τί δήποτε . . . οὐ συμπίπτουσιν ὄμβροι, τὸ δ', ὅτι ἐξ ὄμβρων αἱ ἀναβάσεις, μὴ ζητεῖν.*

Ibd. 810 (1, 36) revocandum e codicibus: *τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ καὶ ἐν τῇ γῇ καθ' ἑαυτὴν τοσαῦται διαφοραί*: *quemadmodum etiam in ipsa per se terra.* Paulo ante recte in codicibus scribitur: *καὶ πολλοῖς κοινωνικὸν φωτός*, pro quo casu substitutum videtur *πολλοῦ*. Non de multitudine lucis agitur, sed eius usum hominem communem habere cum multis aliis (*τοῖς περὶ τὸ ἀνθρώπειον γένος ζῴοις καὶ φυτοῖς*, ut statim dicitur).

Ibd. 830 (3, 10) scribendum: *αὐτὸς γὰρ* (pro *αὐτοὺς γάρ*), *οὓς Ἀρτεμίδωρος εἴρηκε, τοὺς μεταξὺ τῆς Λυγγὸς καὶ Καρχηδόνος καὶ πολλοὺς εἴρηκε καὶ μεγάλους.*

Eadem pag. inferius scribendum: *ὅτι ἐνταῦθα ὕστατα τῆς οἰκουμένης ὑπὲρ γῆς γίνεται* (hic ultimum in terra habitata), sublato *τά*, quod ante *ὕστατα* additur ex *θα* ortum. (De p. 831, c. 3, 12 dictum p. 137.)

Ibd. 833 (3, 15): *χώραν γὰρ οἰκοῦντες εὐδαίμονα πλὴν τοῦ θηρίοις πλεονάζειν, ἐάσαντες ἐκφέρειν ταῦτα καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετ' ἀδείας ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο.* Scrib.: *ἐάσαντες ἐκφθείρειν ταῦτα*, *omissa cura feras delendi.*

Eadem pag. paucis versibus post: *μηδὲν ἧττον τῶν ὑπὸ ἀπορίας . . . εἰς τοῦτο περιϊσταμένων τῶν βίων.* Scrib.: *τῷ βίῳ.* (De p. 836, c. 3, 20 monui p. 137.)

Ibd. 838 extr. (3, 23): *μέχρι μὲν σταδίων ἑκατὸν καὶ δενδροφόρος ἐστὶν ἡ γῆ, μέχρι δ' ἄλλων ἑκατὸν σπείρεται μόνον, ὀρυζοτροφεῖ δ' ἡ γῆ διὰ τὸν αὐχμόν.* Addunt *οὐκ* (*οὐκ ὀρυζοτροφεῖ*). Sed quid hic loci oryzæ, quasi intra centum prima stadia oryza crescere dicta sit ac non arbores (*δενδροφόρος*)? Scrib.: *οὐ ῥιζοτροφεῖ*, *radices arborum non alit*; itaque *ἄδενδρός ἐστι.* Novitas compositæ vocis huiusmodi nihil habet admirationis.

Cap. III.

Plutarchi vitæ.

Plutarchi vitas legi postremum Romanorum a. 1865, Græcorum a. 1866 (separavi enim, ad utriusque populi res animo intento), harum scripturam diligentius exigens. (Solonem, Periclem, Niciam nuper scholis retractavi.) Codicibus earum utimur præter Sangermanensem, qui vix XIV vitas continet, et Palatinum, qui novem, septem easdem, quæ in Sangermanensi sunt, recentibus (uno Parisino sec. XIII extremi); quam addendo communiter corruptis, vel ex iis, quæ supra p. 85 sqq. posui, exemplis intellegi potest; superadditæ scribendi erroribus interpolationis exemplum simplicissimum sumi potest e Pelopid. c. 20, ubi, *δεῖ* in *ἀεί* mutato, adiectum est *χρή*, oblitteratæ altius veritatis e loco in Phocion. c. 2 ab Emperio egregie emendato, servatorum in gravis mendi specie, si aciem intendas, vestigiorum recti e Pelopidæ loco in c. 23, quem p. 98 sq. tractavi. Usus eram olim Schæferi exemplo (Lips. 1826), postea Sintenisii maiore, apparatum criticum continenti, minoreque (apud Teubnerum 1863), in quo a prava mendorum patientia defensioneque ad sanæ rationi parendum et ad Xylandri, Reiskii, Corais inventis utendum progressus factus est non exiguus; adhibui etiam Bekkerum, qui non pauca, quæ sermonis legem violabant, aliorum suaque coniectura

sustulit. (E recentioribus in gravibus mendis certa ratione tollendis nemo Emperium superavit aut æquavit.) In promendis emendationibus sequar receptum ordinem vitarum.

Thesei c. 3 (post oraculum Theseo datum): ἃ δῆλον ὅτι νοήσας ὁ Πιτθεὺς ἔπεισεν αὐτὸν . . . τῇ Αἴθρᾳ συγγενέσθαι. Neque νοεῖν est *intellegere* neque, quod Pittheus fecit, ullo modo oraculum ab eo intellectum ostendit. Cod. optimus δῆλον οὖν ὅτι. Scribendum: ἄδηλον οὖν ὅ, τι νοήσας ὁ Πιτθεύς: *incertum, qua mente, Pittheus persuasit.*[1])

Ibd. 6: ἀπολαύοντας τῆς δυνάμεως ὠμότητι καὶ πικρίᾳ καὶ τῷ κρατεῖν καὶ βιάζεσθαι καὶ διαφθείρειν τὸ παραπῖπτον. Nihil mali est κρατεῖν. Codices τῷ κρατεῖν βιάζεσθαί τε καὶ δ. Itaque scribendum: καὶ τῷ βιάζεσθαί τε καὶ διαφθείρειν τ. π., omisso κρατεῖν, nisi potius fuit: καὶ τοῦ κρατεῖν τῷ βιάζεσθαί τε καὶ διαφθ.

Ibd. 7: Δεινὸν οὖν ἐποιεῖτο . . ., ἐκεῖνον μὲν . . . καθαίρειν γῆν καὶ θάλατταν, αὐτὸν δὲ τοὺς ἐν ποσὶν ἄθλους ἀποδιδράσκειν. Scrib.: αὐτὸς δὲ vel propter contrarie relata. Alioquin saltem ἑαυτὸν scriptum oportuit.

Ibd. 12: κατελθεῖν. Κατελθὼν δὲ εἰς τὴν πόλιν εὗρε κ. τ. λ. Scribendum videtur: κατελθεῖν εἰς τὴν πόλιν. Κατελθὼν δ' εὗρε κ. τ. λ.

Ibd. 14: Ἔθνον γὰρ Ἑκαλήσιον οἱ πέριξ δῆμοι. Debebat esse Ἑκαλήσια (ut Coraes scripsit); sed ad quam loci significationem refertur πέριξ? Scribendum: Ἔθυον γὰρ Ἑκαλῆσιν οἱ πέριξ δῆμοι συνιόντες Ἑκαλείῳ Διΐ. Forma adverbii (casus) in demorum nominibus notissima est, annotata in hoc ipso ut in multis aliis apud Stephanum Byz. (Αἰξωνῆσι. Ἀλωπεκῆσι, cet.).

Ibd. 24 scrib.: Ἐπιὼν οὖν ἔπειθε pro ἀνέπειθε, quod a sententia alienum est.

---

[1]) Cap. 5 in Archilochi v. 1 ἔτι pro ἐπί præcepit Schneidewinus.

Ibd. 27: *τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ . . . Ἀμαζόνειον, τὸ δὲ δεξιὸν πρὸς τὴν Πνύκα κατὰ τὴν Χρύσαν ἥκειν.* Neque *Χρύσαν* hanc quisquam novit neque *ἥκειν* rectum. Scrib.: *πρὸς τὴν Πνύκα καταντικρὺς ἀνήκειν.* (*Ἀνήκειν* requiri etiam Sintenisius sensit.)

Ibd. 29: *οὐδενὸς οἴεται τὸν Θησέα μετασχεῖν ἀλλὰ μόνοις Λαπίθαις τῆς Κενταυρομαχίας.* Scrib.: *ἀλλ' ἢ μόνοις.* Vid. hic c. 33, Num. 9, Alex. 65, Artax. 5, cet.

Eodem cap. extremo: *ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων.* Non *hoc quoque*, sed *in hunc modum*: *κατὰ ταῦτα.*

(De c. 34 dictum p. 62.)

Romul. 2: *σωθέντας ἀπροσδοκήτως ὀνομασθῆναι Ῥώμην.* Scr.: *ὄνομα θεῖναι Ῥώμην.* (Prorsus prave corrigendo coniunguntur hæc: *ἀποκλινθέντος ἀτρέμα σωθέντος ἀπροσδοκήτως.*)

Ibd. 8: *μὴ θείαν τινὰ ἀρχὴν λαβόντα καὶ μηδὲν μέγα μηδὲ παράδοξον ἔχουσαν* Scr.: *ἀλλὰ μηδέν.*

Ibd. 22: *ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ.* Scr.: *ἐπὶ φαρμακείᾳ καὶ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ.* Veneficium non in solis liberis cavebatur; illi ne falsi subiicerentur, cura erat.

Ibd. 28: *Ἐατέον οὖν, ἐχομένοις τῆς ἀσφαλείας κατὰ Πίνδαρον, ὡς σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ.* Sententiam vidit Reiskius *Λεκτέον* scribens; sed ex *Ἐατέον* fit *Φατέον.* Ibd. paulo post: *ἡ δὲ σώματι πεφυρμένη* (*ψυχὴ*) *καὶ περίπλεως σώματος . . . δυσέξαπτός ἐστι καὶ δυσανακόμιστος.* Scrib.: *δυσέξακτος.* De *ἐξάπτεσθαι* non cogitatur.

Lycurg. (— c. 2 vid. p. 63 —) c. 4: *καὶ κατιδὼν ἐν αὐτοῖς* (*τοῖς Ὁμήρου ποιήμασι*) *τῆς πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀκρασίαν διατριβῆς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικὸν . . . ἀναμεμιγμένον.* Recte Schæferus dativum requiri vidit (*τῇ . . . διατριβῇ*, vid. p. 67); sed neque ulla est *διατριβὴ πρὸς ἀκρασίαν* et, si esset, minime omnium ex Homeri carmi-

nibus peti posset. Scrib.: τῇ πρὸς ἡδονὴν *ἀκροάσει καὶ διατριβῇ*.

Ibd. 13: *Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα καὶ χρησμοὺς ὄντα*. Scrib.: *κομιζόμενα*. (Cap. 11: τὴν πρᾳότητα καὶ τὸ βάθος τῆς ψυχῆς iam alii; *altitudo animi* significatur, non ἀπάθεια, nedum τὸ ἀπαθές.)

Ibd. 16: *Ἄρχοντα δ' αὐτοῖς παρίστατο τῆς ἀγέλης τὸν τῷ φρονεῖν διαφέροντα*. Debebat esse παρίστα. Sed e cap. 17 (καὶ κατ' ἀγέλας αὐτοὶ προΐσταντο . . . ἀεὶ τὸν σωφρονέστατον) apparet scribendum esse: *αὑτοῖς παρίσταντο*.[1])

Ibd. 28 extr.: μιαρὸν οὕτω τῆς κρυπτείας ἔργον. Non addendum τὸ (τὸ τῆς κρ.), sed tollendum τῆς κρυπτείας, ut sit μιαρὸν οὕτω ἔργον. (De c. 28 med. dictum p. 51, de c. 30 p. 43.)

Numæ c. 1: *καθάπερ ἢ φύσει δυνατὸν καὶ αὐτάρκη γενέσθαι πρὸς ἀρετὴν ἢ βελτίονι Πυθαγόρου βαρβάρῳ τινὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδοῦναι παίδευσιν*. Ii, quorum sententiam Plutarchus commemorat, non sane disputabant potuisse Numæ institutionem tradi meliori barbaro, quam Pythagoras fuerit, quod totum nugatorium est, sed aut omnino Numam non eguisse magistro iudicabant aut, si magistrum habuisset, eam laudem barbaro alicui potius relinquendam esse: *καθάπερ ἢ φύσει δυνατὸν* (ὂν?) *αὐτάρκη γενέσθαι πρὸς ἀρετὴν ἢ βέλτιον βαρβάρῳ τινὶ τὴν τ. β. ἀ. π*. Quod post δυνατόν legitur καί, adiectum est, cum δυνατὸν et αὐτάρκη coniuncta putarentur, eodem errore, quo Alcibiad. p. 1 inter ἡλικίᾳ et ὥρᾳ additum esse Schæferus intellexit.

Ibd. 3: *αὐτὸς δ' ἑαυτῷ σχολάζοντι χρώμενος οὐδὲν πρὸς ἡδυπαθείας καὶ πορισμούς*. Scrib.: πρὸς ἡδυπαθείας

---

[1]) C. 27 quod conieceram γυναικὸς ἱερείας, in id nunc Sintenisium incidisse video.

πορισμούς. Neque enim *πορισμοί* absolute dicuntur pro *χρηματισμοί*. (Ea sententia scriberetur: *ἢ χρηματισμόν*.)

Ibd. 7: *ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι*. Valde vereor, ne adiectivum, quod nusquam alibi legi puto, a mala manu sit, additum (pro substantivo) ad *πίλων* declarandum; inanissimum enim sententia relativa facit.

Ibd. 8 prorsus nego Plutarchum scripsisse *θρασύτητι τῶν θρασυτάτων*, fuisseque suspicor tantum: *τόλμῃ τινὶ παραβόλῳ, τῶν θρασυτάτων καὶ μαχιμωτάτων ἐκεῖ πανταχόθεν ὡσαμένων*. (Codd. *τινὶ καὶ παραβόλῳ θρασύτητι τῶν θρ.*)

Eodem cap. medio: *ἀόρατον καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον*. Et per sē pravum est in significatione eius, quod sensibus non occurrat, *ἀκήρατον*, et codices pro eo *ἄκτιστον* habent, in quo latet *ἄθικτον*.

Ibd. 9: *Οἱ δὲ πλεῖστοι μάλιστα καὶ τὸ γελώμενον τῶν ὀνομάτων δοκιμάζουσιν*. Scrib.: *πλεῖστοι τὸ μάλιστα καταγελώμενον*.

Eodem cap. med. scribendum: *τάξιν εἶχεν* (pro *ἔχει*, pro quo substituitur *εἴληχεν*) et propter *ὅπου δέοιτο* et propter id, quod sequitur: *Ἦν δὲ καὶ κ. τ. λ.*

Ibd. 13: *ἧς* (*τῆς γραμμῆς*) *αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας*. Scr.: *τῇ γρυπότητι*.

Ibd. 19 codicum vestigia ostendunt sic scriptum fuisse: *Τινὲς δ' οὐ διὰ τοῦ φ φασίν, ἀλλ' ὥσπερ ἔχει τοὔνομα ψιλόν, Ἀπρίλιον κεκλῆσθαι τὸν μῆνα κ. τ. λ.* (Editur: *οὐ διὰ τὴν Ἀφροδίτην τὸν Ἀπρίλιόν φασιν, ἀλλ' ὥσπερ.*)[1])

---

[1]) Cap. 22 neglectæ certissimæ emendationis exemplum notetur. Recte enim Schæfer: *πρὸς δὲ τὴν σύγκλητον ὀμόσαι, μὴ δοκεῖν* cet. Ut retineant ineptum *ὁρμῆσαι*, addunt interpolatione manifesta natum *λέγων*.

Solon. c. 1: ἀλλὰ παρέμεινεν ἐκεῖνα τὰ δίκαια ταῖς ψυχαῖς. Nusquam refertur inaneque est ἐκεῖνα. Scr.: παρέμεινεν ἀ κ ί ν η τ α τὰ δίκαια. Semel scripto τα (ἀκινη) natum pronomen est.

Ibd. 2: Quæ in extremis Solonis (Theognidis?) de divitiis versibus tentata sunt, parum successerunt. Scrib.:

παιδός τ' ἠὲ γυναικὸς, ἐπὴν καὶ τῶνδ' ἀφίκηται
ὥ ρ η, σ υ ζ υ γ ί η γίνεται ἁρμοδία,

et pueri feminæve, cum horum quoque tempestivitas advenerit, congruens sit copulatio. Paulo post, ubi est: οὐδὲ τέχνη διαφορὰν ἔφερεν, scrib.: δ ι α β ο λ ή ν. (Cap. 3 fortasse Plutarchus scripsit: Φιλοσοφίας δὲ τ ὸ ἠ θ ι κ ὸ ν, τοῦ δ' ἠθικοῦ μάλιστα τὸ πολιτικὸν . . . ἠγάπησεν.)

Ibd. 9: Ναῦς γάρ τις Ἀττικὴ προσέπλει σιωπῇ τὸ πρῶτον, εἶτα . . . εἷς ἀνὴρ ἔνοπλος ἐξαλλόμενος μετὰ βοῆς ἔθει πρὸς ἄκρον τὸ Σκιράδιον κ. τ. λ. Et ipsa res et quæ præcedunt: Ἔοικε δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ τὰ δρώμενα μαρτυρεῖν, ostendunt confirmationem superioris narrationis peti ex iis, quæ ipsius Plutarchi ætate stato tempore fieri ad rei memoriam solita sint. Itaque scribendum: π ρ ο σ π λ ε ῖ . . . θ ε ῖ. Cfr. Aristid. c. 17 extr. Nam si posterioris ætatis morem, sua tamen ætate sublatum, significaret (ut Aristid. c. 19), aliter scripsisset.

Ibd. 15: ἀλλ' ᾗ μὲν ἄριστον ἦν, οὐκ ἐπήγαγεν ἰατρείαν. Hoc vehementer cum reliqua Solonis laude pugnat; neque apparet, cur, si optimam viam ingressus esset, veritus sit, ne post non posset rursus civitatem συναρμόσασθαι πρὸς τὸ ἄριστον. Atque hæc continuantur illis: οὐδὲ πρὸς ἡδονὴν τῶν ἑλομένων ἔθετο τοὺς νόμους, postea autem Solon eam secutus esse rationem dicitur, quæ verbis et suasioni adderet ἀνάγκην. Apparet hoc loco scriptum fuisse: ἀλλ' ᾗ μὲν ἂ ν ῥ ᾷ σ τ ο ν ἦν, οὐκ ἐπήγαγεν ἰατρείαν. Facili via, sed in posterum periculosa abstinuit.

Eodem cap. post med.: καὶ τῶν ἀγωγίμων . . .

πολιτῶν τοὺς μὲν ἀνήγαγεν ἀπὸ ξενῆς . . . τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δουλίην ἀεικέα ἔχοντας ἐλευθέρους φησὶ ποιῆσαι. Scr.: ἀ ν α γ α γ ε ῖ ν.

Ibd. 21: ἀλλ' εἰς ταὐτὸ τὴν ἀπάτην τῇ ἀνάγκῃ καὶ τῷ πόνῳ τὴν ἡδονὴν θέμενος. Nihil hic agit πόνος, quo nemo quemquam ad donandum adducturus erat, sed ἡδονή in eo valebat, qui mulieri obtemperabat, φ ό β ο ς in eo, qui δεσμῶν ἀνάγκῃ constrictus erat. Utrumque autem pariter ἐκστῆσαι λ ο γ ι σ μ ο ῦ ἄ ν θ ρ ω π ο ν potest, non λογισμὸν ἀνθρώπου, ut vulgo in proximis verbis scribitur. Paulo post corruptum κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων. Opinor fuisse: ἄ λ λ ω ς.

Ibd. 23: ποτὲ δ' εὐκόλως καὶ παίζοντα πρόστιμον ζημίαν τὴν τυχοῦσαν ὁρίζοντα ἄλογόν ἐστι. Pravissime coniunguntur sine copula πρόστιμον ζημίαν. Scrib.: εὐκόλως καὶ [ὡς?] παίζοντα π ρ ο σ τ ι μ ᾶ ν, ζημίαν τ. τ. ὁρίζοντα, ἄλ. ἐστι. Nam προστιμᾶν interdum (apud inferioris ætatis scriptores semper) non esse *multam augere*, sed *multare*, iam Meierus (de lite Attic. p. 183) intellexerat, atque ut illi significationi respondet προστίμησις, sic huic πρόστιμον. Paulo post, ubi est: λογίζεται πρόβατον καὶ δραχμὴν ἀντὶ μεδίμνου, excidit pretium ovis (velut: πρόβατον ἡμιδράχμου καὶ δραχμήν).

Ibd. 28: καὶ μὴ θρασυνόμενον ἀβεβαίοις ὑπονοίαις ὑβρίζειν. Alienissimæ hinc ὑπόνοιαι. Scrib. aut π ν ο α ῖ ς aut ε ὐ π λ ο ί α ι ς.

Ibd. 32 pro τὸν Ἀτλαντικόν scrib.: τὸ Ἀτλαντικόν.

Publicol. c. 12: Οὕτω δὲ . . . δημοτικὸς γενόμενος νομοθέτης καὶ μέτριος ἐν τῷ μὴ μετρίῳ τὴν τιμωρίαν ὑπερέτεινεν. Codices ἐν τῷ μετρίῳ. Scrib.: γενόμενος . . . μέτριος ἐν τῷ μετρίῳ ἐν τ ῷ μ ὴ μ ε τ ρ ί ῳ τὴν τιμωρίαν ὑπερέτεινε. Iam aliquot protuli huius errandi generis exempla e Plutarchi libris; plura proferam. (De c. 17 extr. dixi p. 138.)

Compar. Solonis et Publie. c. 1: *Τέλλου . . . οὔτ' αὐτὸς ἐν τοῖς ποιήμασιν ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῖ λόγον ἔσχεν οὔτε παῖδες οὔτ' ἀρχή τις εἰς δόξαν ἦλθεν.* Mire liberi et magistratus aliquis coniunguntur. Scribendum videtur: *οὔτε παῖδες οὔτ' ἀγχιστεὺς εἰς δ.*

De **Themistoclis** c. 2 dixi p. 88. Cap. 10: *οἱ πλεῖστοι τῶν Ἀθηναίων ὑπεξέθεντο γονέας καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα.* Cur parentes, quos multi superstites non habebant, nominantur, omissis liberis, quorum ætatis proxima cura erat? Proxime quidem ante Plutarchus, omissis parentibus, *παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν* cives iussos dixit, ut Herodotus (VIII, 41) *τέκνα καὶ οἰκέτας*. Videtur scribendum: *γενεάς*, quæ vox etsi (inde a Polybio) de uxoribus liberisque dicitur (apud Plutarchum Cæs. 20, Timol. 34, de malign. Herod. 34), tamen maxime ad liberos spectat (*γενεὰς ἔχειν* Polyb. XX, 6). Infra hoc ipso capite Sintenisius *γενεάς* pro *γονέας* posuit ex uno codice.

Ibd. 11: *ἀνῆγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν λόγον.* Eurybiades, qui *ἐκέλευσε λέγειν*, non erat ad orationem revocandus (hoc enim verba significare oportet). Videtur fuisse: *ἀνῆγεν αὖθις ἐπὶ τ. λ.*, *rediit ad orationem* aut *αὐτός*.

Ibd. 12: *τέλος εὐθὺς ἐξέφερε πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῶν νεῶν, τὰς μὲν ἄλλας πληροῦν κ. τ. λ.* Inauditum *τέλος ἐκφέρειν πρός τινα* de imperando et decreto mittendo. Scrib. videtur: *δέλτους εὐθὺς ἐξέφερε*, *tabellas et tesseras circummisit.*

Ibd. 23: *Διαβαλλόμενος γὰρ . . . ἔγραφεν, ὡς . . . οὐκ ἄν ποτε ἀποδόσθαι κ. τ. λ.* Non solet Plutarchus ita constructione excidere in facillimo sententiæ decursu. Nec opus erat nunc illud repeti narrando e cap. 22 de calumniis. Tollendum *ἔγραφεν*, ut hæc omnia sint Themistoclis *διὰ γραμμάτων ἀπολογουμένου*. Defendebat enim, se, cui hoc ipsum obiiceretur, quod imperio parere nesciret, non fuisse se Græciamque domino barbaro venditurum:

Διαβαλλόμενος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πρὸς τοὺς πολίτας ὡς ἄρχειν μὲν ἀεὶ ζητῶν, ἄρχεσθαι δὲ μὴ πεφυκὼς . . . οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις . . . αὑτὸν . . . ἀποδόσθαι.

Ibd. 25: *Θουκυδίδης δέ φησι καὶ πλεῦσαι αὐτόν.* Ineptum *καί*. Scrib. videtur: *φησιν ἐκπλεῦσαι.*

Ibd. 26: *ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι.* Scrib.: *ὑπὸ σκηναῖς.* (Lys. 11: *ἐκάθευδον ὑπὸ ταῖς σκηναῖς.*) Ipsæ feminæ erant *περιπεφραγμέναι.*

Camill. c. 19: *φρουρὰν Ἀθηναῖοι Μακεδόνων ἐδέξαντο.* Sententia Plutarchi necessario contrarium postulat, rem Græcis lætam et felicem, Macedonibus tristem, quæ eodem mense et die acciderit, quo antea triste Græcis Thebarum excidium. Scrib.: *ἐξέβαλον.* Significatur ea res, quæ narratur apud Pausaniam I, 26.

Ibd. 29: *Ἅμα δ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Κάμιλλος ἐπ' αὐτὸν ὡπλισμένος λαμπρῶς καὶ τεθαρρηκότας ἔχων τότε τοὺς Ῥωμαίους.* Scrib.: *ὡπλισμένους.* Ante male armati pugnaverant.

De Periclis c. 1 dixi iam p. 34. C. 5: *τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς.* De usu hominum et conversatione nusquam *περιφορά*, frequentissime *συμπεριφορά* et *συμπεριφέρεσθαι* dicitur. Verbi satis multa exempla habet editio quarta lexici Passoviani (modo *comitandi* interpretationem tollas); substantivi iis, quæ ibi posita sunt (modo hic quoque comitatus significationem tollas), ex Plutarcho addo præc. sanit. tuend. c. 4, 5, 9, 15, præc. coniug. 22, symposiac. V, 5, 1, et 2 § 14, VII, 8, 2, 9, de animi tranquill. 14. Falso Wyttenbachius ad præcept. de sanit. tuend. p. 124 B (Animadv. p. 812) *circumpotationem, conversationem in epulis* significari vult; verbum de ea quoque conversatione ponitur; eam per se non significat. Scribendum igitur hic: *ἐν ταῖς συμπεριφοραῖς.*

Ibd. 7 quoniam in codicibus est: *καὶ δυσφύλακτον ἐν συνηθείᾳ τὸ πρὸς δόξαν σεμνὸν ἐπὶ τῆς ἀληθινῆς δ' ἀρετῆς κ. τ. λ.*, scribendum est: *σεμνόν· ἐπεὶ τῆς ἀληθινῆς γ' ἀρετῆς κάλλιστα φαίνεται κ. τ. λ.*

Ibd. 11: *Θουκυδίδην . . . ἀντέστησαν ἐναντιωσόμενον.* Scribendum sublata tautologia: *ἀνέστησαν ἐναντ.*, *suscitarunt adversarium.*

Ibd. 13: *ὁ δὲ εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος.* Scrib.: *προσδανεισθείς.* In Xenophontis anab. VII, 6, 30 casus mutatus erat, præpositio retenta, hic contra; nam *προδανεισθεὶς* requirebat *τοῦ πόνου*, nulla sane sententia.

Ibd. 15. Hic quoque pro *προαναστέλλων τὸ θρασυνόμενον* (in quo prior præpositio vitiose abundat) scribendum *προσαναστέλλων*, coll. Alexand. c. 6. Gravius in fine capitis mendum: *ὃς τὴν πόλιν ἐκ μεγάλης μεγίστην . . . ποιήσας καὶ γενόμενος . . . βασιλέων καὶ τυράννων ὑπέρτερος, ὧν ἔνιοι καὶ ἐπὶ τοῖς υἱέσι διέθεντο, ἐκεῖνος μιᾷ δραχμῇ μείζονα τὴν οὐσίαν οὐκ ἐποίησεν.* Sensu cassa sunt: *ἐπὶ τοῖς υἱέσι διέθεντο*, abundat vitiose *ἐκεῖνος*, deiecto de primo loco *μιᾷ*, in quo pondus est. Scribendum: *ὧν ἔνιοι καὶ ἐπίτροπον τοῖς υἱέσι διέθεντο ἐκεῖνον, μιᾷ δραχμῇ κ. τ. λ.*

Ibd. 16: *Καὶ ταῦτα καιρὸς οὐκ ἦν οὐδ' ἀκμὴ καὶ χάρις ἀνθούσης ἐφ' ὥρᾳ πολιτείας.* Ineptissima in hac re *χάριτος* mentio. Scrib.: *οὐδ' ἀκμὴ ἀκαρὴς ἀνθούσης κ. τ. λ.* Infra, ubi codices habent: *Ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου σοφίας*, scriptum fuit fortasse *Ἀπαρτᾷ*, intransitive (*recedunt*), ut apud Thucydidem.

Ibd. 18: *κατέχειν ἐπειρᾶτο καὶ παρακαλεῖν ἐν τῷ δήμῳ.* Scr.: *παρεκάλει.*

Ibd. 19 scribendum: *τὸν αὐχένα διαζώσας ἐρύμασι . . . ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν τὰς καταδρομὰς τῶν Θρᾳκῶν . . . ἐξέκλεισεν*, sublato, quod cum perturbatione orationis interpolando post *θάλατταν* additum est *ἀπετείχισε.*

Ibd. 24: ἡ Θαργηλία . . . πλείστοις μὲν Ἑλλήνων συνῴκησεν ἀνδράσιν, πάντας δὲ προσεποίησε βασιλεῖ τοὺς πλησιάσαντας αὐτῇ. Hoc est non *permultis*, sed, addito genetivo partitivo, prorsus ridicule *maiori parti* Græcorum, etsi iam Ἑλλήνων ἀνδράσι pro πλείστοις Ἕλλησι offendit. Scripserat Plutarchus: πλείστοις μὲν Ἑλληνίδων συνῴκησεν ἀνδράσιν, pluribus viris quam ulla alia Græcarum. Quattuordecim enim maritos habuisse narrabatur (Athen. XIII p. 608 F). (De genetivo a superlativo in prædicato incluso pendenti, ad subiectum pertinenti vid. synt. Gr. § 95 n. 1.)

Ibd. 27 non video, quid ad rem pertineat, ipsum Periclem admiratum esse novitatem machinarum; et prave hoc præponitur mentioni artificis; suspicor scriptum fuisse: μηχαναῖς χρήσασθαι ... τὴν καινότητα θαυμασταῖς, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος.

Ibd. 32: Ἀναξαγόραν δὲ φοβηθεὶς ἐξέπεμψε καὶ προὔπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως. Ὡς δὲ διὰ Φειδίου προσέπταισε τῷ δήμῳ, φοβηθεὶς τὸ δικαστήριον μέλλοντα τὸν πόλεμον . . . ἐξέκαυσεν. Non iudicium metuit; nam id subiit. Prave bis ponitur φοβηθείς. Scrib.: Ἀναξαγόραν δέ, φοβηθεὶς τὸ δικαστήριον, ἐξέπεμψε . . . Ὡς δὲ . . . προσέπταισε τῷ δήμῳ, μέλλοντα κ. τ. λ. Cum librarius τὸ δικαστήριον omisisset, errore animadverso tria verba in margine annotata, dein loco non suo addita sunt.

Ibd. 37: ὡς μὴ παντάπασιν ἐρημίᾳ διαδοχῆς τὸν οἶκον ἐκλίποι τοὔνομα καὶ τὸ γένος. Tollendum τὸν οἶκον, inepte additum, cum non animadverteretur ἐκλίποι intransitive dici. Τὸ γένος ἐκλείπει τὸν οἶκον idem est, ac si dicas τὸ γ. ἐκλ. τὸ γένος.[1])

---

[1]) Cap. 39 revocandum, etiam Schæfero suadente, ex editionibus ante Coraem: ἓν τοῦτο . . ., οὕτως εὐμενὲς ἦθος καὶ βίον

Fab. Maxim. c. 4: *καὶ τὸ μὲν γνωσθὲν οὐκ ἦν ἑτέρῳ πυθέσθαι.* Scrib.: *ἀναγνωσθέν* (quid in libris legissent).

Ibd. 13 (in Minucii Rufi oratione): *γνοὺς ἐμαυτὸν οὐκ ἄρχειν ἑτέρων δυνάμενον ἀλλ' ἄρχοντος ἑτέρου δεόμενον καὶ μὴ φιλοτιμούμενον νικᾶν ὑφ' ἂν ἡττᾶσθαι κάλλιον.* Huiusmodi (*μὴ φιλοτιμούμενον*) suum esse ingenium minime didicerat, sed ita in posterum assuefaciendum. Scribendum opinor: *καὶ μὴ φιλοτιμητέον νικᾶν.*

Ibd. 16: *ὅταν τούτους διακόψαντες οἱ Ῥωμαῖοι καὶ φερόμενοι πρὸς τὸ εἶκον, ἐκφερομένου τοῦ μέσου καὶ κόλπον λαμβάνοντος, ἐντὸς γένωνται τῆς φάλαγγος.* Non solum valde ineleganter concurrunt *φερόμενοι* et *ἐκφερομένου*, sed *ἐκφέρεσθαι* dici nequit de retro et introrsus cedentibus. Scriptum videtur fuisse: *ἐκθλιβομένου* (cfr. Æmil. Paul. c. 20).

Ibd. 17: *μεγίστην αἰτίαν ἔσχε τοῦ μεῖναι καὶ μὴ διαλυθῆναι τὴν ἐκείνου φρόνησιν, καθάπερ ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσιν.* Non noram, in Gallica calamitate Fabii Maximi prudentiam Romæ salutem attulisse. Excidit ob similitudinem litterarum nomen hominis cum Fabio comparati: *καθάπερ, ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσιν τὴν Καμίλλου διάθεσιν.* Fortasse pro *διάθεσιν* aliud reperietur nomen etiam aptius.

De **Alcibiadis** c. 18, 35, 36 dictum est p. 86 et 87. C. 13: *κατὰ τοῦ Ὑπερβόλου τὴν ὀστρακοφορίαν ἔτρεψεν.* Codices *τῷ Ὑπερβόλῳ κάτω τὴν ὀστ. ἔτρ.*, quod ex illo non ortum esse, manifestum est. Aut *τῷ Ὑπερβόλῳ περικάτω τὴν ὀστ. ἔτρεψεν* Plutarchus scripsit, de qua voce dixi eamque ipsi Plutarcho reddidi supra p. 27,

---

καθαρὸς καὶ ἀμίαντος. Peccatum est accommodando ad proximum præcedens *ἀνεπίφθονον καὶ πρέπουσαν.*

aut, quod minus credo, *κάτω ἔτρεψεν* eodem fere significatu dixit.

Ibd. 17 scribendum: *Σωκράτη μέντοι . . . καὶ Μέτωνα . . . οὐδὲν ἐλπίσαι τῇ πόλει χρηστὸν ἀπὸ τῆς στρατείας ἐκείνης λέγουσι, τὸν μὲν* (pro *ὁ μὲν*), *ὡς ἔοικε, τοῦ συνήθους δαιμονίου γενομένου . . ., ὁ δὲ Μέτων . . . ἐσκήψατο κ. τ. λ.* Alterum membrum partitionis dissolutum suum habet verbum, prius appositione superioribus adiungitur; (vid. excurs. I ad Cic. de finib., VI). Nulla hic alia anacoluthia fingi potest.

Ibd. 18: *μὴ προεμένοις τὸν Ἀλκιβιάδην ἄκρατον.* Puto fuisse: *μὴ προσεμένοις, si non admisissent adscivissentque.*

Eodem capite med.: *ὡς ἐπισχέσεως ἐσομένης πρὸς τῶν οἰωνῶν.* Scrib.: *πρὸς τὸν οἰωνόν, ad prodigium* (interveniente prodigio) *retardatum iri animos.* Cfr. Alex. c. 26: *διαταραχθῆναι πρὸς τὸν οἰωνόν.*

Ibd. 20: *Ὁ δὲ τῇ πρὸς ἐκεῖνον ὀργῇ παραπεσών.* Nonne: *περιπεσών, qui in iram adversus illum concitatam incurrisset?* Demosth. VI, 34: *τῇ παρ' ὑμῶν ὀργῇ περιπεσεῖν.*

Ibd. 33: *πλεῖστα δ' εἰς ἐλπίδας τῶν πολεμίων καὶ πρὸς τὸ θαρρεῖν διαλεχθείς.* De hostium spe Alcibiades non plurima dixit, sed de rerum bellicarum et in bello positarum: *τῶν ἐμπολεμίων.*

Ibd. 34 extr.: *ὅπως τοῦ φθόνου κρείττων γενόμενος καὶ καταβαλὼν . . . φλυάρους ἀπολλύντας τὴν πόλιν ὡς ἂν πράξῃ καὶ χρήσηται τοῖς πράγμασι.* In verbis sensu cassis *ὡς ἂν πράξῃ καί* latet: *ὡς ἂν κράτιστα* (*χρήσηται τοῖς πρ.*) aut: *ὡς ἂν πρακτικώτατα.*

Coriolan. c. 3 extr. scrib: *Ὅθεν καὶ τὴν ἡμέραν, οὖσαν ἐν τῷ Ἰουλίῳ μηνὶ τὰς εἰδοὺς, Διοσκόροις ἀνιερώκασιν*, sublato, quod ad definiendum *τὴν ἡμέραν* post id nomen additum est, *ἐπινίκιον.* Debebat esse *τὴν ἐπ-*

κιον ἡμέραν. Nunc *οὖσαν* prave eo trahitur. (De c. 4 dictum est p. 43.)

Ibd. 6 extr.: *τὰ γὰρ ἐκεῖ (ἐν τῇ συγκλήτῳ) τυγχάνοντα τῆς προσηκούσης . . . οἰκονομίας βουλεύματα καὶ πράγματα.* Opinor: *καὶ διατάγματα.*

Ibd. 38: *Ὅπου δ' ἡμᾶς ἡ ἱστορία πολλοῖς ἀποβιάζεται καὶ πιθανοῖς μάρτυσιν, ἀνόμοιον αἰσθήσει πάθος ἐγγιγνόμενον τῷ φανταστικῷ τῆς ψυχῆς συναναπείθει τὸ δόξαν.* Manifesto sententia et res postulat: *ὅμοιον αἰσθήσει πάθος.*

Compar. Alcib. et Coriol. c. 2 extr.: *εἰ μὴ νὴ Δία μὴ φθαρῆναι τὰς Ἀθήνας παντάπασι ποθῶν κατελθεῖν ἐθεράπευε.* Nulla constructio aut sententia est; nam neque *κατελθεῖν* ab *ἐθεράπευε* (*τὸν Τισσαφέρνην*) pendere potest neque *ποθῶ μὴ φθαρῆναι τὰς Ἀθήνας* dicitur Græce. Scrib.: *εἰ μὴ νὴ Δία διὰ τὸ μὴ φθαρῆναι τὰς Ἀθήνας παντάπασι ποθῶν κατελθεῖν ἐθεράπευε.* Poterat etiam dici *τοῦ μὴ φθαρῆναι τὰς Ἀθ.*, noto usu genetivi infinitivi; sed in illa scriptura erroris origo apertior.

Timoleont. c. 3 scribendum: *διεφθαρμένον . . . ὑπὸ φίλων φαύλων . . . περὶ αὐτὸν ὄντων, ἔχειν δέ τι δοκοῦντα ῥαγδαῖον ἐν ταῖς στρατείαις.* Vulgo deest *δέ.*

Ibd. 9 extr.: *ἐδόκει δ' ἀμήχανον ὑπερβαλέσθαι . . . τὴν ἐκεῖ μεθ' Ἱκέτου δύναμιν, ᾗ στρατηγήσοντες ἥκοιεν.* Non poterant Corinthii (universi) dici venisse *στρατηγήσοντες τῇ Ἱκέτου δυνάμει* (— oportebat scriptum *ἧς* —), sed ei auxilium laturi. (Longe aliter in vita Dionis c. 23 Dio milites exhortandi causa se eos *οὐ στρατιώτας, ἀλλὰ μᾶλλον ἡγεμόνας* ducere dicit.) Scrib.: *ᾗ συστρατεύσοντες ἥκοιεν.* (*Συστρατευσόμενος ἥκω* Agid. c. 15.)

Ibd. 10: *καλοῦντος αὐτοὺς ἔτι πάλαι προθύμως Ἀνδρομάχου.* Nihil est *ἔτι πάλαι* (quod pro *ἤδη πάλαι* accipiunt); scrib.: *αὐτοὺς ἔκπαλαι.* (Themist. c. 30, Aristid. 17, Nic. 9, Demetr. 52.)

Ibd. 16: *καὶ τοῖς περιεστῶσι τὸν βωμὸν ἀναμιχθέντες ἐγγυτέρω κατὰ μικρὸν ἐπεχείρουν*. Scrib.: *ἐγγυτέρω κ. μ. ἐπεχώρουν*. Cum satis prope essent, non *κατὰ μικρὸν*, sed quam maxime subito *ἐπεχείρησαν*.[1])

Ibd. 25: *ἦν γὰρ ἡ (τῶν Καρχηδονίων) δύναμις ἐξαρκοῦσα καὶ μὴ νοσοῦντας μηδὲ διεφθαρμένους ὑπ' ἀλλήλων συλλαβέσθαι Σικελιώτας*. Nihil huic loco aptum significare potest *συλλαβέσθαι Σικελιώτας*, si quid omnino significat Græce, nec aliud succurrit verbum medium aliqua ex parte simile et accusativum habens, quod huc includi possit. Cogor suspicari fuisse: *καὶ πρὸς μὴ νοσοῦντας . . . συμβάλλεσθαι*, *comparari et componi.* Sed non confido.

Ibd. 26 excidit præpositio: *καὶ παροιμία τις ἐκ τούτου γέγονε πρὸς τὸν ἐπισφαλῶς νοσοῦντα, δεῖσθαι τοῦτον τοῦ σελίνου*. (Inclusa ipsa, quæ proverbio significatur, notione: *ὁ ἐπισφαλῶς νοσῶν δεῖται τοῦ σελίνου*, nulla relinquitur proverbii species.)[2])

Æmil. Paul. c. 5: *Τῷ γὰρ ὄντι μεγάλαι μὲν ἁμαρτίαι ἀναπεπταμέναι* (recte Sint. *καὶ ἀναπ.*) *γυναῖκας ἀνδρῶν ἄλλας ἀπήλλαξαν, τὰ δ'* (sic recte Bryanus pro *τὰς δ'*)... *μικρὰ καὶ πυκνὰ προσκρούσματα . . . ἀπεργάζεται τὰς ἀνηκέστους ἐν ταῖς συμβιώσεσιν ἀλλοτριότητας*. Ineptum est *ἄλλας* (quasi simplex partitio sit *ἄλλων μὲν . . . ἄλλων δέ*), neque prior sententia habet, quod recte alteri contrarium ponatur. Videtur scribendum: *ὀλίγας ἀπήλλαξαν*.

Ibd. 9 sublatis supplementis, quæ ex editione Aldina sine ulla codicum auctoritate retinentur, locus ad hanc formam edendus est: *εἴκοσι μὲν αὐτοφόρτους ὁλκάδας*

---

[1]) C. 19 apud *οὐ προσεδόκα* excidit infinitivus.

[2]) C. 33 e cod. P restituendum *ἀχαριτώτατον*, de fœdo facinore, non de ingrato animo.

ἐχειρώσατο, τὰς δ' ἄλλας σίτου γεμούσας [*καὶ σκάφη πεν*] *τηρικὰ τέσσαρα* [*κατέδυ*] *σεν, τὸν δὲ δεύτερον τῶν ὑπατικῶν Ὀστίλιον ἀπεκρούσατο κ. τ. λ.*

Ibd. 14: *Τὰ δὲ (τὰ φρέατα) εὐθὺς ἐπίμπλατο ῥευμάτων καθαρῶν ἐπισυνδιδόντων ὁλκῇ καὶ φορᾷ τοῦ θλιβομένου πρὸς τὸ κενούμενον.* Scrib.: *ἐπισυνδιδόντος*, quod ob præcedentia mutatum est.

Ibd. 21: *Οἷα δὲ νεανίας ἐντεθραμμένος πλείστοις παιδεύμασι καὶ μεγάλῳ πατρὶ μεγάλης ἀρετῆς ἀποδείξεις ὀφείλων.* Scrib.: *χρηστοῖς παιδεύμασι.* (De c. 33 dictum est p. 67 n.)

De **Pelopidæ** c. 1 dixi p. 85. Ibd. c. 2: *Καὶ γὰρ χειρὶ χρῆσθαι μαχιμώτατοι γενόμενοι καὶ στρατηγίαις ἐπιφανεστάταις κοσμήσαντες ἀμφότεροι τὰς πατρίδας.* Recte miles dicitur *χειρὶ χρῆσθαι*, sed *χειρὶ χρῆσθαι μάχιμός εἰμι* Græcum non puto scribendumque opinor: *Καὶ γὰρ μαχιμώτατοι γενόμενοι καὶ στρατηγίαις κ. τ. λ.*, sublatis verbis, quæ h. l. propriæ rei appellationi addita sunt ex superiore loco, ubi ornate dicebatur: *καὶ χειρὶ καὶ σώματι χρηστέον.* Deinde vehementer offendit genetivus, qui partitivus esse debet, *ἔτι δὲ τῶν βαρυτάτων ἀνταγωνιστῶν.* Neque enim sic communes aliquorum *ἀνταγωνισταί* Hannibal et Lacedæmonii fuerunt, ut partitio locum habeat. Scriptum fuerat: *ἐπί τε τῶν βαρυτάτων ἀντ.*, ut hæc adiungerentur superiori *κοσμήσαντες τὰς πατρίδας*, *cum oppositi essent gravissimis adversariis*, (*gegenüber*, ut dicitur *ἐπὶ μαρτύρων*, *καταστὰς ἐπ' αὐτῆς* Anton. c. 57). Paulo supra in Timothei verbis mendosum est *ὡς λίαν*, sed corrigere nequeo.

Ibd. 3: *αὐτὸς μέντοι μετεῖχε τῆς ἐκείνου πενίας ἐσθῆτος ἀφελείᾳ καὶ τραπέζης λιτότητι καὶ τῷ πρὸς τοὺς πόνους ἀόκνῳ καὶ κατὰ τὰς στρατείας ἀδόλῳ καλλωπιζόμενος.* Scribendum: *τῷ κατὰ τὰς στρατείας ἀδούλῳ*, quod, cum militaret, servo ministro non utebatur (quod coniunctum est cum *τῷ κατὰ τοὺς πόνους*

ἀόκνῳ et cum toto paupertatis καλλωπισμῷ). De usu v. ἄδουλος in paupertate significanda cfr. Ruhnk. ad Vell. Paterc. II, 19. Reperitur apud ipsum Plutarchum de vitando ære al. c. 8 init.

Ibd. 4: τούτους ἂν ὀρθῶς καὶ δικαίως προσαγορεύσεις συνάρχοντας καὶ συστρατήγους ἢ ἐκείνους, οἳ κ. τ. λ. Scribendum: συστρατήγους, οὐκ ἐκείνους, οἳ κ. τ. λ. Excidit οὐκ post ους, tum additum ἤ. (Ex Bernhardyi synt. p. 437 nihil hic proficitur.)

Ibd. 10: παρ' Ἀρχίου τοῦ ἱεροφάντου πρὸς Ἀρχίαν τὸν ὁμώνυμον, ξένον ὄντα καὶ φίλον, ἐπιστολὴν κομίζων. Tollendum Ἀρχίαν. Archiam Archiæ fuisse cognominem, ridicule annotatur.

Ibd. 15 extr.: ἐκδρομὰς δὲ προσκαίρους τιθέμενοι καὶ φυγὰς ἢ διώξεις ἐπιχειροῦντες αὐτοῖς καὶ συμπλεκόμενοι κατώρθουν. Nimis nude ἐπιχειροῦντες ponitur, nec apte διώξεις adiungitur ad τιθέμενοι. Scrib.: τιθέμενοι, κατὰ φυγὰς ἢ διώξεις ἐπιχειροῦντες αὐτοῖς κ. τ. λ.

Ibd. 17: καὶ τῇ δόξῃ καταπληττόμενοι τοὺς ἀντιταττομένους . . . εἰς χεῖρας συνέστησαν. Neque dicitur εἰς χεῖρας συνίστασθαι et requiritur imperfectum; (longe enim aliud est: οὐδέποτε . . . ἐκρατήθησαν). Scrib.: συνῄεσαν.[1])

Ibd. 21: δαίμονας δὲ χαίροντας ἀνθρώπων αἵματι καὶ φόνῳ πιστεύειν μὲν ἴσως ἐστὶν ἀβέλτερον. Græcum non est πιστεύειν δαίμονας nec indicativus ἐστίν ferri potest infinitivis interpositus in aliorum sententia referenda; nec ἴσως de tali re aptum. Scr.: πιστεύειν μὲν ὡς εἰσὶν, ἀβέλτερον. Rectissimum est δαίμονας πιστεύω ὡς εἰσίν pro ὡς δαίμονες εἰσίν.

---

[1]) C. 19 recte Cor.: προεκινδύνευεν ἐν τοῖς μεγίστοις ἀγῶσιν. Locus Thucydidis, quem Schæferus comparat, nulla ex parte similis est.

(De c. 23 dixi p. 98. Debueram emendationem per se certam confirmare tamen comparato loco [Xenoph.] de rep. Lacedæm. 11, 7: *τό, κἂν ταραχθῶσι, μετὰ τοῖ παρατυχόντος ὁμοίως μάχεσθαι.*)

Ibd. 29: *συνέστελλε τὸν τύραννον ὡς μήτε ἀνεῖναι τὸ αὔθαδες αὐτοῦ καὶ θρασυνόμενον μήτε τὸ πικρὸν . . . ἐξερεθίσαι.* Contrarium sententiæ *ἀνεῖναι*, *remittere.* Scrib.: *ἐ ν ε ῖ ν α ι*, *immittere* et concitare.

Ibd. 32: *ἔστη καὶ περιέστησεν αὐτόν.* Scrib.: *π ε ρ ι ε δ ί ν η σ ε ν αὐτὸν ζητῶν τὸν Ἀλέξανδρον.* (*Περιβλέπειν αὐτόν* de eo, qui alium circumspicit et quærit, Græcum non est, nec ex Latino fictum, sed ex Germania arcessitum: *sich umsehen.*)

Ibd. 33 scribendum: *δόξομεν ὑ μ ᾶ ς ἡ μ ῖ ν* (codices *δόξομεν ὑμῖν*, Cor. *δόξομεν ὑμᾶς*) *οὐκ ἀπιστεῖν, ὅτι κ. τ. λ.* Si Thebani concessissent de sepultura Pelopidæ, confidere Thessali poterant, persuasum esse Thebanis eosque credere, maiorem Thessalis quam Thebanis calamitatem accidisse; quid Thessali ipsi crederent, non poterat ex Thebanorum concessione concludi.[1])

Ibd. 35: *σημεῖον εἶναι τοῦ κατέχεσθαι τὸν ἄνδρα καὶ καθεύδειν.* Mire hæc duo coniunguntur, hoc præsertim ordine; manus post demum iniiciuntur. Scr.: *κ α τ α κ ε ῖ σ θ α ι τ. ἄ. καὶ καθεύδειν.*

Marcelli c. 8 (— nam de c. 4 dictum est p. 138 —): *ὡς ἐκείνων μόνων ὀπιμίων ὄντων, ὅσα καὶ παρατάξεως οὔσης καὶ πρῶτα καὶ στρατηγοῦ στρατηγὸν ἀνελόντος.* In vitiosis *καὶ πρῶτα* latet verbum necessarium *κ α θ ι έ ρ ω τ α ι.*

---

[1]) C. 34 recte Reiskius scribi voluisse videtur: *καὶ τύχῃ μεταβάλλεσθαι ἀπολείπων*, fortuna mutari posse evadens. Nam neque *ἀπολείπω* est *καταλείπω* neque *τύχῃ μεταβάλλεσθαι* pro *τ. τοῦ μεταβ.* dicitur.

Ibd. 13: *εἰ δὲ βούλεται χρῆσθαι Μάρκελλος αὐτοῖς ἴσως, μηδενὸς τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ νομιζομένων στεφάνων καὶ γερῶν τυχεῖν ὑπ' ἄρχοντος.* Prorsus intolerabile *ἴσως*. Scribendum: *εἰ δὲ βούλεται, χρῆσθαι Μάρκελλον αὐτοῖς ὥστε μηδενὸς . . . τυχεῖν* (*ea condicione, ut ne*).

Ibd. 24: *τὰς Σαυνιτικὰς πόλεις μεγάλας ἀφεστώσας ἑλών.* Et articulum mirere, quoniam tres ex omni numero fuisse e Livii XXVII, 1 scimus, et magnarum appellationem, cum parva omnia Samnitium oppida fuisse constet, duorum ex tribus semel omnino nomen ponatur, Plutarchus ipse nullum nominare dignatus sit. Scripsitne: *πρῶτον μὲν οὖν τινας Σ. πόλεις οὐ μεγάλας ἀ. ἑλών?*

Aristidis c. 1: *ὅτι νίκης ἀναθήματα χορηγικοὺς τρίποδας ἐν Διονύσου καταλέλοιπεν.* Scrib.: *νίκης ἀναθήματα χορηγικῆς τρίποδας κ. τ. λ.* Mendum ex accommodatione ad proximum.

Ibd. 20: *εἶπε δὲ πᾶσιν ἀρέσαντα καὶ θαυμαστὸν λόγον.* In codicibus non est *καί*. Scribendum: *ἀρέσαντα θαυμαστῶς λόγον.*

Eod. cap. (in versu tetrametro): *Εὐχίδας Πυθῶδε θρέξας ἦλθε τᾷδ' αὐθήμερον. Τᾷδ'* in Aldina contra codices additum est. Fuit fortasse: *ἦλθεν ἅψ αὐθήμερον.* (De c. 25 dixi p. 150.)

Cat. Mai. c. 2: *λύσιν δὲ καὶ καθαρμὸν οἷς μάλιστά χωρίζει καὶ ἀφίστησιν αὐτὴν τῶν περὶ τὸ σῶμα παθημάτων λογισμοῖς.* Scrib.: *ὃς μάλιστα . . . ἀφίστησιν αὐτὴν . . . λογισμός.*

Ibd. 15: *Τοῦτον μὲν οὖν . . . μὴ ἀποκτεῖναι δυνηθεὶς ἀφῆκε.* Ne Plutarcho quidem in mentem venire poterat, Catonem de P. Scipione occidendo cogitasse. Videtur scribendum: *ἀποκλῖναι*, *inclinare et de statu movere.*

Ibd. 21 scribendum: *ἐδικαίου* (pœna afficiebat) *κριθέντας ἐν τοῖς οἰκέταις πᾶσιν* (cum inter servos iudicium

subissent), εἰ καταγνωσθεῖεν, sublato ἀποθνήσκειν, quod additur post οἰκέταις πᾶσιν.

Eod. cap.: ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργατησίαν χώραν, ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας. Scr.: τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους εἰς ἐργαστήρια, χώραν ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς κ. τ. λ. Adiectivum ἐργατήσιος non solum inusitatum est, sed prorsus contra analogiam fictum, et si verum esset, significatione prorsus a pascuis et silvis abhorreret.

Ibd. c. 22: Μάλιστα δ' ἡ Καρνεάδου χάρις, ἧς δύναμίς τε πλείστη καὶ δόξα τῆς δυνάμεως οὐκ ἀποδέουσα, . . . τὴν πόλιν ἠχῆς ἐνέπλησε. Scr.: χάρις, ἧς ἦν δύναμίς τε πλείστη κ. τ. λ.

Philopœm. c. 4: καὶ ὅλως καταφρονεῖν τῶν ἀπολειπομένων ὡς ἀπράκτων. Scrib.: τῶν ἀπολέμων.

Ibd. 9: εἶδος δὲ τάξεως καὶ σχήματος εἰς σπεῖραν οὐκ ἦν σύνηθες. Scribendum littera detracta: καὶ σχήματος εἰς πεῖραν.

Ibd. 10 scribendum: οὐκ ὡς στρατηγῶν μαχομένων, ἀλλ' ὥσπερ θηρίῳ πρὸς ἀλκὴν . . . τρεπομένῳ δεινοῦ κυνηγέτου συνεστῶτος. Tollitur comparationis elegantia addito post κυνηγέτου nomine τοῦ Φιλοποίμενος, quod si verum esset, post τρεπομένῳ additum esset τῷ Μαχανίδᾳ.

De T. Flamin. c. 8 dictum est p. 55. Ibd. 20, ubi in codicibus est: ἠλέγχετο μᾶλλον ἐν οὐκ ἔχοντι πράξεις ἔτι τῷ λοιπῷ βίῳ σπαργῶντα πρὸς δόξαν καὶ νεανίζοντι τῷ πάθει κατέχειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος, recte Sintenisius accusativum νεανίζοντα reposuit; sed ipsum verbum nec a Plutarcho hoc uno loco fictum credi potest, cum adesset usitatissimum νεανιεύομαι, et analogia caret. Scribendum videtur: ἀναζέοντα τῷ πάθει.

Ibd. 21 e codicibus scribendum: τοῦ Ἀννίβου τὴν προσήκουσαν τοῦ ἐν ἀξιώματι τάξιν εἶναι προλαβόντος,

locum eum, qui debebat eius esse, qui dignitate praecederet. *Τάξις* ipsa non est *ἐν ἀξιώματι.*

Comparat. Philopoem. et T. Flam. c. 8 scribendum: *χρώμενος αὐτοῖς (τοῖς ἀρχομένοις), ὅπου καιρὸς εἴη, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν φρονοῦντα μᾶλλον ἢ τὸν ὑφ᾽ αὐτῶν ᾑρημένον ἡγουμένοις στρατηγόν*: sic eos afficiebat, ut potius eum, qui ipsis consuleret, quam quem ipsi elegissent, imperatorem putarent. (Vulgo *ἡγούμενος*.)

De Pyrrhi c. 3 dictum est p. 30. Ibd. 7 frustra defendere student, Græce dici *κατέχειν Μακεδονίας*. Ipse aoristus pravus est; neque enim occupata iam uterque Macedonia *συνέπιπτον εἰς τὸ αὐτό*. Scribendum videtur: *κατάρχοντες*. capessentes et occupare incipientes.

Ibd. 15: *ἐξανέφερε καὶ προσανῆγε τῇ γῇ*. Scr.: *προσῆγε*. (Navis ipsa *κατήγετο*.) (De c. 22 vid. p. 88.)

Ibd. 16: *ἐνέβαλε πρῶτος, αὐτόθεν τε περίοπτος ὢν ὅπλων κάλλει καὶ λαμπρότητι κεκοσμημένων περιττῶς καὶ τὴν δόξαν ἐπιδεικνύμενος ἔργοις οὐκ ἀποδέουσαν αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς*. Mira laus regis fortissime pugnantis, eum ostendisse, gloriam suam non inferiorem esse virtute. Apparet dici debuisse, Pyrrhum ostendisse reapse non inferiorem nominis fama esse virtutem. Scripsit igitur Plutarchus: *τῆς δόξης . . . τὴν ἀρετήν*, tenenturque memorabile prorsus exemplum mendi ex eo orti, quod librarius oscitans *τῆς δόξης* nomen statim pro obiecto accommodavit ad *ἐπιδεικνύμενος*. Prorsus eandem subiecti et obiecti permutationem in apertissima sententia apud Strabonem V p. 228 (3, 1) factam (*τὴν δ᾽ ἀρχαιότητα τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο ἀνδρείας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς* pro: *τῆς δ᾽ ἀρχαιότητος . . . ἀνδρείαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν*) cum correxissem, vidi a Groskurdio animadversam. In Plutarchi præcept. reip. ger. 11, 3 editur: *Ἀριστείδην μὲν γὰρ ηὔξησε Κλεισθένης . . . Ἐπαμεινώνδαν δὲ Παμμένης καὶ Λύσανδρος Ἀγησίλαον*. Ex initio capitis manifestissimum est, scribendum esse: *Ἐπαμεινώνδας δὲ*

Παμμένῃ. Mutavit librarius, quod in superioribus accusativi præcedunt, sequuntur nominativi; sed Plutarchus in duobus extremis membris ordinem invertit. In libelli de facie in orbe lunæ c. 6, 3 recte Wyttenbachius *Ἀρίσταρχον . . . Κλεάνϑης* pro: *Ἀρίσταρχος Κλεάνϑῃ.*

Ibd. 22: *καὶ ἀξιοῦσιν (τοῖς Ταραντίνοις) ἢ παρέχειν ἐφ' οἷς ἧκε, συμπολεμοῦντα Ῥωμαίοις, ἢ τὴν χώραν προέμενον αὐτῶν ἀπολιπεῖν τὴν πόλιν οἵαν παρέλαβε, μηδὲν ἐπιεικὲς ἀποκρινάμενος κ. τ. λ.* Ut Pyrrhus *τοῖς Ῥωμαίοις συμπολεμοίη*, Tarentini non postulabant; id enim apud Græcos unum significat, *Romanos bello adiuvare contra alios*, nunquam, *cum aliis contra Romanos bellum gerere.* Scribendum est: *ἢ παρέχειν, ἐφ' οἷς ἧκε, συμπολεμοῦντα, ἢ Ῥωμαίοις τὴν χώραν προέμενον αὐτῶν* (aut, si Romanis agrum eorum populandum permitteret). Transpositum est *ἢ*, ut aliquoties apud Plutarchum *καί*, de quo ad Nic. c. 11 dicam. Paulo infra pro *προσελϑὼν εὔξατο* scribendum est: *προελϑὼν εὔξατο.*

Ibd. 23: *Ἀποστάσεις δὲ ὁρῶν ἅπαντα καὶ νεωτερισμοὺς καὶ σύστασιν ἰσχυρὰν ἐφ' αὐτόν, ἐδέξατο γράμματα Σαυνιτῶν.* Hæc et propter pluralia et quod abest participium (*ἅπαντα ὄντα*) et quod in extremo additur *ἰσχυράν*, longe distant ab eo, quod c. 14 legitur: *στάσις γὰρ πάντα νῦν ἐκεῖνα.* Opinor scribendum: *ὁρῶν ἀπαντᾶν*, quod verbum de eventis incidentibus et occurrentibus frequens est apud Polybium, Diod. Sic. (XIX, 80), Strabonem (I p. 51, X p. 480).

Ibd. 26: *οὐδὲν εἰς ὃ δεῖ ϑέσϑαι τῶν ὑπαρχόντων σώσας.* Pflugkius *φϑάσας.* Potest etiam *ἰσχύσας* fuisse.

Ibd. 29: *ὅτι ταῦτα μέν ἐστι πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας καὶ ἀσοφίαν ἔχοντα πολλήν.* Neque *ἀσοφία* ferri potest neque *ἀσάφεια* apta videtur et post *καὶ* exspectatur *ἔχει.* Fuitne: *ταῦτα μέν ἐ. π. ὀχλαγωγίας, κενοσοφίαν ἔχοντα πολλήν?*

Ibd. 30: *τῷ ϑορύβῳ καὶ τῷ κινήματι τὸν λογισμὸν*

ἐκκρουσθείς. Scr.: *τοῦ λογισμοῦ*. Ἐξίστανται, ἐκκρούονται, ἐκπίπτουσι τοῦ λογισμοῦ, qui mentis compotes esse desinunt. (Ἔκστασις τῶν λογισμῶν, Sol. c. 8.) Cfr. statim Lys. 13.

Marii c. 11: οὐδενὸς ἀνασχομένου τῶν ἀπὸ γένους μεγάλων ἢ πλουσίων οἴκων ἐπὶ τὰς ὑπατικὰς κατιόντων ἀρχαιρεσίας. In hac scriptura necessario significantur non homines ἀπὸ γένους μεγάλοι (quod ipsum inusitate dicitur), sed οἱ ἀπὸ γένους μεγάλοι ἢ πλούσιοι οἶκοι. Ut præpositio etiam ad οἴκων pertinere possit, scribendum necessario (ut in cod. C): τῶν ἀπὸ γένους *μεγάλου* ἢ πλουσίων οἴκων. (De c. 15 et 19 dictum p. 47 et 139.)

Ibd. 27: γνώριμοι δ' ἦσαν (οἱ ὑσσοὶ) ὑπὸ τῶν γραμμάτων, τοὔνομα τοῦ Κάτλου παρὰ τὸ ξύλον αὐτῶν ἐγχαράξαντος. Neque ipse Catulus insculpserat neque ἐγχαράττειν potest significare *insculpi iubere*. Scrib.: αὐτῶν *ἐγχαραξάντων*.

Lysand. c. 9: ἐπέδειξε . . . τὴν τοῦ ναυτικοῦ ῥώμην, ὡς πλέων ἢ βούλοιτο κρατῶν τῆς θαλάττης. Debebat esse καὶ κρατῶν. Cod. Sangermanensis κρατεῖν. Scrib.: ὡς πλέων ἢ βούλοιτο *κρατεῖ* τῆς θαλάττης. De βούλοιτο et κρατεῖ post ἐπέδειξε coniunctis dici opus non est; etsi poterat fieri κρατοῖ.

Ibd. 11 scribendum videtur: συνηρηκὼς ὥρᾳ μιᾷ *χρόνῳ* (pro χρόνον) μήκιστον καὶ ποικιλώτατον πάθεσι καὶ (pro πάθεσί τε καὶ) τύχαις ἀπιστότατον τῶν πρὸ αὐτοῦ πόλεμον, ut suus cuique adiectivo dativus adiungatur.

Ibd. 12: ἐνδόσει τινὶ τόνου καὶ παρατρόπου κινήσεως. Non perversi et commutati motus remissio, sed legitimi dici debebat (et tum articulus addi). Scribendum: ἐνδόσει τινὶ τόνου καὶ *παρατροπῇ* κινήσεως, nisi *παρατρόπῳ* Plutarchus scripsit. παράτροπος substantivum fingens, ut apud Thucydidem et ipsum Plutarchum παράλογος est, apud Ælianum περίτροπος.

Ibd. 13: *τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν τῆς ἐλευθερίας γεύσαντές ὄξος ἐνέχεαν.* Scr. necessario: *ἡδίστου ποτοῦ τῆς ἐλευθερίας.* Cfr. Pyrrh. c. 30. C. 17 pro *πλῆθος ἔτι καὶ νῦν κερμάτων* scr.: *πλῆθός τι καὶ νῦν* (certum quendam numerum).

Ibd. 26: *τὸν δὲ ἀναγνῶναι πολλῶν παρόντων ἄλλας τε μαντείας καὶ, ἧς ἕνεκα πλάσαι, τὴν περὶ τῆς βασιλείας, ὡς κ. τ. λ.* Vitium orationis multi viderunt nec obscurum est, quæ sententia subsit. Sumpto a Mureto *ἔπλασαν*, scribendum videtur: *ἧς ἕνεκα πάσας ἔπλασαν.* Causa quidem erroris ex similitudine litterarum apparet.

Sull. c. 4: *Ἐφ' ᾧ φησιν αὐτὸς ἰσχυρῶς ἀνιᾶσαι τὸν Μάριον.* Non ipse se Sulla (in commentariis de vita sua) Marium (data opera) *ἀνιᾶσαι* narrarat, sed Marium ægre tulisse Catuli milites lautius vivere, *ἀνιᾶσθαι* (imperfecto tempore, *ἠνιᾶτο*).

Ibd. 8: *καὶ διὰ τοῦτο τὸν Πομπήϊον ἐπάρχοντα παύσας ὁ Σουλπίκιος οὐκ ἀφείλετο τοῦ Σύλλα τὴν ὑπατείαν.* Non *ἐπαρχίαν* (provinciæ administrationem), sed *ἀρχήν*, consulatum, Pompeio Sulpicius abrogavit. Codices *ἐπάρχοντα ποιήσας.* Certum est Plutarchum scripsisse *ἄπαρχον ποιήσας*, etsi *ἄπαρχος* non reperitur in lexicis. Sic *ἀποστράτηγόν τινα ποιεῖν*, hoc est, *στρατηγίαν* adimere, dixit scriptor [Demosth.] orationis in Aristogitonem et ipse Plutarchus (Marcell. c. 22), *ἀπόμισθόν τινα ποιεῖν* Xenophon. Cognatum est *ἀπ' ἀρχῆς γίγνεσθαι*[1]). (De c. 17 dictum est p. 21.)

---

[1]) Quoniam hoc paulo rarius est et quod audax videri possit corrigendi genus, sed interdum certum et necessarium, quo vocabula restituuntur alibi non lecta, sed iustæ formæ et opportune a scriptoribus ficta, colligam hoc loco Græca, quæ huius generis protraxi. Nam Æschylo reddere conatus sum *λεπτότονος* (Pers.

Ibd. 21: *ἀλλὰ καὶ τοῦ παρατεταγμένου συνεχύθη τὸ πλεῖστον φυγόντος.* Itane? *cum iam fugisset?* Codex optimus *φυγόντες*. Scr.: *ἔφυγέν τε.*

Ibd. 29 scr.: *ἐπὶ θύρας* (pro *θύραις*) *τῆς πατρίδος ἀγαγών.*

Ibd. 33: *ἀφελέσθαι βασιλείαν, ᾧ βούλοιτο, χαρίσασθαι.* Scrib.: *καὶ χαρίσασθαι.* (Reiskius alio loco *καί* addebat.)

Ibd. 35: *ὄψει καὶ λαμυρίᾳ μειρακίου δίκην παραβληθείς.* Neque *παραβληθείς* neque *περιβληθείς* neque *παρακληθείς* (cod. C) ad illos dativos et ad hominem amatoriis artibus illectum apta sunt. Fuitne: *παλευθείς?* (Cfr. c. 28: *ὥσπερ ἠθάσιν ὄρνισι παλεύσας.*)

Ibd. 37: *τὸν υἱὸν αὐτοῦ τεθνηκότα . . . φανῆναι κατὰ τοὺς ὕπνους ἐν ἐσθῆτι φαύλῃ παρεστῶτα.* Nihil ad rem pertinet *φαυλότης* vestis. Mortuus apparet *ἐν ἐσθῆτι φαιᾷ*, *pulla.*

De Cimonis c. 2 dictum est p. 31. C. 3 (de Cimone et Lucullo): *τῶν ἐμφυλίων στάσεων ἀναπνοὴν ταῖς πατρίσι παρασχόντες, ἕκαστος δέ τις αὐτῶν στήσαντες τρόπαια καὶ νίκας ἀνελόμενοι περιβοήτους.* Pravum *ἕκαστος* pro *ἑκάτερος*, pravius *ἕκαστός τις*, et abundat hoc totum, quoniam omnia referuntur ad præcedens *ἀμφό-*

---

112), Sophocli *τριπολίζω* (Antig. 858) et *ἀχηνεῖν* (Œd. Col. 34), Euripidi *ἐκσφαιρίζειν* (Herc. fur. 53; nam *ἀωτίζομαι* Dobrei est), Aristophani *διυπνεῖν* (av. 495), Theocrito compositum ex *ἄμπυξ* (XVIII, 27), Thucydidi *μόχλευμα* (VII, 43), Xenophonti *ἁπλοήθης* (Hellen. I, 4, 13), *μένιπποι* (? ibd. VI, 4, 14), *ἐξόδια* (anab. VI, 5, 2), *σκάφευμα* (Cyrop. V, 3, 12), Platoni *δικαστήριος* (Theæt. p. 201 C) et *πελατεύω* (? Phædon. p. 83 D), Straboni *ἡμισυστάσεις* (II p. 96) et *ῥιζοτροφεῖν* (XVII p. 838), Plutarcho *ἀναφανισμός* (de Ei Delph. c. 9), Luciano *σεμνανάβολος* (bis accus. c. 11), Diogeni Laertio *τετράδελφος* (IV, 28). Revocata e grammaticis (*περικάτω, ταῦς, κοᾶσαι*) omitto.

τεροι. Nocuit vox paulo rarior; scribendum enim certissime: ἑκὰς δὲ τῆς αὐτῶν στήσαντες τρόπαια.

Eodem cap., ubi est: Μάλιστα δὲ ἡ περὶ τὰς ὑποδοχὰς καὶ τὰς φιλανθρωπίας ταύτας ὑγρότης, scrib.: τοιαύτας.

Ibd. 5: (ὁ δῆμος) ἀνῆγε τὰς μεγίστας ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ ἀρχάς. Quoniam auditur Κίμωνα, addunt πρός (τὰς μεγ.). Videtur fuisse: ἀνῆγε ταῖς μεγίσταις ... τιμαῖς καὶ ἀρχαῖς.

Ibd. 10: Ἤδη δ' εὐπορῶν ὁ Κίμων ἐφόδια τῆς στρατηγίας, ἃ καλῶς ἀπὸ τῶν πολεμίων ἔδοξεν ὠφελῆσθαι, κάλλιον ἀνήλισκεν εἰς τοὺς πολίτας. Neque εὐπορεῖν cum accusativo Plutarchus ceterique, qui Atticam aut communem formam sermonis sequuntur, dixerunt, neque, quæ sint ἐφόδια τῆς στρατηγίας, intellegitur et agitur aperte de Cimone ditato. Scrib.: εὐπορῶν εὐοδίᾳ τῆς στρατηγίας. Nomen apud veteres de felici itinere positum Hesychius εὐπραξίαν interpretatur, et sic dicitur εὐοδεῖν inde ab Aristotele de felici proventu et successu.

Lucull. c. 1: Γενόμενος δὲ πρεσβύτερος ἤδη παντάπασιν ὥσπερ ἐκ πολλῶν ἀγώνων ἀφῆκε τὴν διάνοιαν ἐν φιλοσοφίᾳ σχολάζειν καὶ ἀναπαύεσθαι. Particula ὥσπερ comparationem significat, quæ nulla sequitur; ignavum πολλῶν, in quo latere arbitror πολιτικῶν. (Cfr. ad Diod. Sic. XII, 64.) In ἐκ aut participium aut adiectivum subest (ἐκνέων, ἔκπλεως?).

Ibd. 14: Τί οὖν δεῖ... ἡμᾶς... διδάξαι Μιθριδάτην ἀγνοοῦντα, μεθ' ὧν ἐστιν αὐτῷ πρὸς ἡμᾶς πολεμητέον, καὶ μὴ βουλόμενον, ἀλλ' ἀδοξοῦντα συνελαύνειν εἰς τὰς Τιγράνου χεῖρας, ἀλλ' οὐχὶ δόντας αὐτῷ χρόνον... Κόλχοις καὶ Τιβαρηνοῖς . . . μάχεσθαι μᾶλλον ἢ Μήδοις καὶ Ἀρμενίοις; Ineptum est in hoc contextu sententiarum ἀδοξοῦντα, inepteque contrarium ponitur illi μὴ βουλόμενον. Perverse quoque illo loco ἀλλὰ ponitur, quod recte et necessario sequitur in transitu ad alterum,

quod probatur (*Τί οὖν δεῖ . . . διδάξαι . . . ἀλλ' οὐχί*): Omnino ad Mithridatem quod pertineat, nihil desideretur toto illo *ἀλλ' ἀδοξοῦντα* sublato (*καὶ μὴ βουλόμενον συνελαύνειν κ. τ. λ.*). Itaque una mutata littera, una geminata, transferendum participium ad Romanos est sic: *οὖν δεῖ . . . ἡμᾶς . . . μὴ βουλόμενον ἀλλοδοξοῦντας συνελαύνειν εἰς τὰς Τιγράνου χεῖρας*, *pravo animi consilio, iudicio aberrantes.* Verbo Platonico Plutarchus usus est, ut *ἀλλοδοξίας* nomine Dio Cassius.

Ibd. 20 non dubium est, quin in hac enumeratione eorum, quæ debitori Asiatico subeunda fuerint, antequam finita lite creditori Romano addiceretur: *σχοινισμοὶ καὶ κιγκλίδες καὶ ἵπποι καὶ στάσεις ὕπαιθροι*, corruptum sit *ἵπποι*. Fortasse scribendum *ἰπνοί*, ut significentur loca conclaviaque æstu intolerabilia.

Ibd. 21: *μὴ λαθεῖν τοὺς παρόντας ἠλλοιωμένον τῇ παρρησίᾳ τοῦ νεανίσκου.* Puto fuisse: *ἡνιωμένον.*

Ibd. 34 (de Clodio): *λόγους χρηστοὺς εἰς οὐκ ἄκοντας οὐδ' ἀήθεις τοῦ δημαγωγεῖσθαι διαδιδούς.* Hoc rectum esset, si *λόγοι χρηστοί blandi* essent; quoniam veri et honesti sunt, scribendum est: *οὐ χρηστούς*, ut in simili re et significatione scribitur Cæs. c. 29: *εἰς τὸ πλῆθος οὐκ ἐπιεικεῖς οὐδὲ χρηστοὺς κατέσπειραν λόγους ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος. Ου* excidit post *ους*, ut Pelopid. c. 4.

Compar. Cim. et Luc. c. 2: *τῆς παρ' αὐτὸν αἰτίας.* Codices *παρ' αὐτῶν.* Scrib.: *παρ' αὐτῷ*, *culpa, quæ in ipso fuerit.*

Niciæ c. 1: *ὥσπερ ὅταν λέγῃ (Τίμαιος) τοῖς Ἀθηναίοις οἰωνὸν ἡγήσασθαι γεγονέναι τὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔχοντα τοὔνομα στρατηγὸν ἀντειπόντα πρὸς τὴν στρατηγίαν.* Si Atheniensium significatur iudicium, dici debuit *τοὺς Ἀθηναίους* nec *γεγονέναι*, sed *εἶναι*, si Timæi, scriptum oportuit *ἡγεῖσθαι.* Omittitur, quod caput rei est, quid portenderit Niciæ bellum dissuadentis nomen.

Scribendum: *οἰωνὸν ἥττης γεγονέναι.* Ex eo nomine verbum ortum.

Eodem capite infra: *῞Ας γοῦν Θουκυδίδης ἐξήνεγκε πράξεις . . ., ἐπεὶ παρελθεῖν οὐκ ἔστι, μάλιστά γε δὴ τὸν τρόπον καὶ τὴν διάθεσιν τοῦ ἀνδρὸς ὑπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων παθῶν καλυπτομένην περιεχούσας.* Si illis actionibus ingenium Niciæ obscuratum contineretur, optime omitti possent; nec solet præstantium hominum ingenium in adversis rebus tegi, sed tum eminere contra luctando, idque in Nicia evenisse Plutarchus ipse postea testatur. Scr.: *ἐκκαλυπτομένην.* (Mendose scribi puto: *πρὸς ἀναθήμασιν ἢ ψηφίσμασιν εὑρημένα*, sed simpliciter *ἐν* substituere non audeo.)

Ibd. 2 extr.: *τῷ δεδιέναι τοὺς ὑπερορῶντας.* Codices *τοὺς παρόντας*, in quo latet potius: *τοὺς θαρροῦντας.* (De c. 4 dixi p. 56.)

Ibd. 5: *μόλις ἄρχεται καθεύδειν περὶ πρῶτον ὕπνον.* Quis igitur ante primum somnum condormiscit? Scrib.: *περὶ πρῶτον ὄρθρον.* Fortasse excidit *ὄρθρον* ante *ὅθεν*, tum suppletum est *ὕπνον.*

Ibd. 7: *δυσέργου τῆς πολιορκίας οὔσης ἐν χωρίοις ἀνύδροις καὶ θέρους μὲν μακρὰν καὶ πολυτελῆ τὴν περιαγωγὴν τῶν ἐπιτηδείων ἐχούσης, σφαλερὰν δὲ χειμῶνος καὶ παντελῶς ἄπορον.* Scrib.: *καὶ . . . ἐπιτηδείων ἔχουσι, σφαλερὰν δὲ κ. τ. λ.*

Ibd. 9: *ὧν ὁ πόλεμος τοῦ μὲν (Κλέωνος) ἀπέκρυπτε τὴν κακίαν, τοῦ δὲ (Βρασίδου) τὴν ἀρετὴν ἐκόσμει. Τῷ μὲν γὰρ ἀδικημάτων μεγάλων, τῷ δὲ κατορθωμάτων ἀφορμὰς παρεῖχε.* Si magnarum iniuriarum Cleoni bellum occasionem præbebat, non sane occultabat *τὴν κακίαν.* Non agitur de iniuriis, sed de fortuna immerito oblata, ut Pyli. Scribendum: *Τῷ μὲν γὰρ εὐτυχημάτων μεγάλων.* Non intellectum est acumen scriptoris contraria ponentis *εὐτυχήματα* et *κατορθώματα*, quæ sunt virtutis propria.

Eodem capite infra: καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἀπαλλάξας κακῶν καὶ ἀναπαυσάμενος βέβαιον οὕτω τὸ τῆς εὐτυχίας ὄνομα . . . ποιοῖτο. Ferri nequit ἀναπαυσάμενος, audacter scribitur ἀναπαύσας. Fuitne: ἀπαλλάξας κακῶν καὶ ἀναπαύσας μήνιος βεβ. κ. τ. λ.? Usum veteris et poetici vocabuli renovarunt Diodorus, Plutarchus, alii. (Paulo post de περὶ παντὸς in περιφανῶς mutando dictum p. 30.) Deinde quod in fine capitis scribitur: Ὁ μὲν γὰρ (Περικλῆς) ἐπ' αἰτίαις μικραῖς εἰς συμφορὰς μεγάλας ἐμβαλεῖν ἐδόκει τοὺς Ἕλληνας, ὁ δὲ τῶν μεγίστων κακῶν ἔπεισεν ἐκλαθέσθαι φίλους γενομένους, debet saltem scribi πεῖσαι (nam hominum iudicium, non res ipsa significatur); verum non in persuadendo posita illa oblivio erat, sed pace facta effecisse eam indicabatur: κακῶν ποιῆσαι ἐκλαθέσθαι.

Ibd. 11: πολλὰ δ' ἤδη ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ἀντιτείνων παρὰ γνώμην καὶ βιαζόμενος πρὸς τὸ συμφέρον. Nonne: ἀντιτείνων καὶ παρὰ γνώμην βιαζόμενος π. τ. σ.? Aliquoties et alibi et in Plutarchi vitis transpositum καί, ut Alcib. c. 2 (recte Reiskius et recentt.: ἀνομοιότητας πρὸς αὑτὸ καὶ μεταβολάς, codd. καὶ πρ. αὑτὸ μετ.), Alexand. c. 63 (καὶ τὸ σῶμα κάμψαντος R et recc. pro: τὸ σῶμα καὶ κάμψαντος).

Ibd. 14: καὶ τὸ μὴ κρατηθῆναι τοῖς λογισμοῖς ἀναλαμβάνοντα. Vitium sensit Coraes; hæc enim significant: *in memoriam revocantem se non victum esse rationibus;* verum cum dolore meminerat, se rationibus nihil pervicisse. Scribendum: τὸ μὴ κρατηθὲν αὖ τοῖς λογισμοῖς ἀναλ., *id, quod non pervicerat, rursus ratiocinando volventem.* Eodem capite infra pro ἐγγηρᾶσαι, quod confirmatæ vetustate rei significationem habet, scribendum videtur γηρᾶσαι, quoniam ἐκγηρᾶσαι inusitatum est. Postremo sic interpungenda oratio: δέκα δὲ κατήλαυνον εἴσω κατασκοπῆς ἕνεκα καὶ Λεοντίνους ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀπο-

καλοῦσαι διὰ κήρυκος. . *Αὗται λαμβάνουσι κ. τ. λ.* *Κατελαύνειν* intransitive dicitur de nave remis propulsa.

Ibd. 16 extr.: *ὁρμήσας γὰρ ἦν ἔνεργος καὶ δραστήριος, τολμῆσαι δὲ μελλητὴς καὶ ἄτολμος.* Neque recte contraria ponuntur *ὁρμήσας* et *τολμῆσαι*, quæ eodem spectant, neque agitur h. l. de *τόλμῃ* neque recte dicitur *τολμῆσαι ἄτολμος*, etsi id sibi Schæferus defendisse videtur. Scrib.: *ὁρμῆσαι δὲ κ. τ. λ.* Contraria sunt temporis momenta: Quando se commorat, navus erat, sed ad se commovendum cunctator et timidus.

Ibd. 17 med. si in his: *ἑλεῖν μὲν τριακοσίους* verum est *μέν*, significatur partitio ad solos *τοὺς λογάδας* pertinens exciditque aliquid ob bis positum numerale in *κοσίους* exiens. (Thucydides tantum interfectos trecentos commemorat, unde scribendum videri possit *ἀνελεῖν* cum Corae, deleto *μέν*. Sed is ne equitatum quidem commemorat; itaque Timæum aut Philistum Plutarchus secutus est.)

Ibd. 19 quod Schæferus timide suspicatus est, verba *ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους* altero loco (*θέμενος ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁ Γύλιππος τὰ ὅπλα*) ex superiore versu (*παρατεταγμένος ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους*) prave repetita esse, certissimum iudicabit, qui sciet, quid sit *ὅπλα τίθεσθαι* (vid. ad Diod. Sic. XX, 31). Eiusdem erroris supra p. 47 n. duo exempla e Plutarchi vitis posui; alia facile est addere, velut Pelop. c. 14 (*μᾶλλον*), Alex. c. 11 (ubi voces superiore loco præceptæ sunt), c. 21 (item), c. 54 (*ἐν τῷ συμποσίῳ*).

Ibd. 20: *φθόνῳ δὲ τῶν πρῶτον πραττομένων πρὸς εὐτυχίαν τοῦ Νικίου τοσαύτην πολλὰς διατριβὰς ἐμβαλόντων.* Deest subiectum; prave *φθόνῳ* et cum genetivo coniungitur et cum *πρός*. Scrib.: *τῶν πρώτων, ταραττομένων πρὸς εὐτυχίαν τ. Ν. τοσαύτην, π. δ. ἐμβαλόντων*: *cum principes, qui ad tantam Niciæ fortunam consternabantur, cet.*

Ibd. 27: *τοὺς μὲν οἱ πολέμιοι συνενεγκόντες ἐνέ-*

σεισαν εἰς τὸ ῥεῖθρον. Corruptum συνενεγκόντες. Fuisse potest συνεπιπεσόντες aut συνεπελθόντες.

Ibd. 28: ἀλλ' Ἑρμοκράτους πέμψαντος, ἔτι τῆς ἐκκλησίας συνεστώσης, καὶ δι' ἑνὸς τῶν φυλάκων παρέντων, αὐτοὺς δι' αὐτῶν ἀποθανεῖν. Perversum est illud δι' ἑνός, nec apparet, quid transire sirint custodes. Scribendum videtur: πέμψαντος, ἔτι τῆς ἐκκλησίας συνεστώσης, δέλτον καὶ τῶν φυλάκων παρέντων. De καί transposito dictum est ad c. 11.

Crass. c. 10: πεντακοσίους δὲ τοὺς πρώτους καὶ μάλιστα τοὺς τρέσαντας. Scr.: τοὺς πρώτους καὶ μάλιστα τρέσαντας, omisso articulo, qui omnia pervertit.

Ibd. 11 (post eum locum, de quo dixi p. 40): καὶ δὴ ἀρχαιρεσιάζοντες ἦσαν οὐκ ὀλίγοι τὴν νίκην ἐκείνῳ τοῦ πολέμου προσήκειν. Aliena ab hoc loco, ut nihil magis, ἀρχαιρεσιῶν significatio et quæ inde derivari possit. Timide suspicor: καὶ δὴ ἀπ' ἀρχῆς οἱ θειάζοντες ἦσαν οὐκ ὀλίγοι, τὴν νίκην κ. τ. λ.

Ibd. 14: Ὑπατεύοντι δ' αὐτῷ καλῶς ψηφισάμενοι στρατευμάτων ἡγεμονίαν. Scrib.: καλῶν. Adiectivo carere στρατευμάτων nequit.

Ibd. 16 pro εὐθὺς ἐκπεσόντι τῷ κλήρῳ scribendum videtur: εὐθὺς ἐπ' ἐκπεσόντι τῷ κλήρῳ et ad eundem modum in vita Arati c. 43: ἐπ' εὐχωροῦντι τῷ πολέμῳ. Nam quæ de dativo absoluto post Wyttenbachium Schæferus et alii tradunt, prorsus explodenda sunt[1]). Paulo

---

[1]) Wyttenbachius animadv. p. 1026 locis utitur, in quibus dativus legitime cum reliqua structura coniungatur, ut Camill. c. 38 (παραιτουμένοις συνέπραξεν), Æmil. Paul. c. 24 (ἐρείσματι κεκλασμένῳ πάντων συμπεσόντων), etiam Camill. c. 1 (ὕπατος ἄκοντι τῷ δήμῳ γενέσθαι, nam consul fit populo), uno et altero dubiæ scripturæ, ut illo ipso, ad quem hæc adscribit, de superstit. 9, ubi pro τούτοις ποιουμένοις rectius est τοῖς ποιουμένοις. Similes errores alibi reperias, ut Theocrit. XIII, 29 νότῳ . . . ἀέντι instrumenti significationem apertam habet.

autem post, qui spei immoderatæ se dat, ἀνάγειν ἑαυτὸν ἐλπίσιν Græce dici non puto; credo scribendum: ἀφῆκεν ἑαυτὸν ταῖς ἐλπίσι.

Ibd. 32: ταῖς λεγομέναις ἐχίδναις καὶ σκυτάλαις ἀντιμόρφως. Scr.: ταῖς λεγομέναις ἐχίδναις σκυτάλαις, *serpentibus illis, quæ* σκύταλαι *dicuntur.*

Eumen. c. 7: ὑπὸ τὸν θώρακα τρώσας, ἢ παρέψαυσε τοῦ βουβῶνος ἀποβάς. Scr.: παρέψαυσε, fortasse etiam ἀποστάς (nonnihil recedens) aut potius ὑποβάς (descendens).

Ibd. 11 (in descriptione exercitationis equorum): ἐμετεώριζε καὶ παρήγειρε. Pro παρήγειρε requiritur verbi, quod significet *suspensum tenere*, imperfectum, sive poetico usus verbo Plutarchus παρήειρε dixit sive παρῃώρει, rariore forma activa. (Diod. Sic. XVIII, 42 αἰωρήσας.)

Ibd. 14: Ὡς οὖν αἵ τε τῶν χρυσῶν ὅπλων αὐγαὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἐξέλαμψαν ἀπὸ τῶν ἄκρων τοῦ ἀγήματος ἐν τάξει πορευομένων καὶ τῶν θηρίων τοὺς πύργους ἄνω ... εἶδον, κ. τ. λ. Neque τὰς τῶν ὅπλων αὐγὰς ἐκλάμπειν ἀπό τινος de homine Plutarchum dixisse puto neque τοὺς ἄκρους τοῦ ἀγήματος appellasse præfectos et præcipuos. (Longe aliter dicitur ἄκρος σοφιστής.) Et totum ἄγημα ornatis auro armis utebatur. Scr.: ἐξέλαμψαν ἀπὸ τῶν ἄκρων (ex locis editis, collibus), τοῦ ἀγήματος ἐν τάξει πορευομένου. Participium prave accommodatum est.

Ibd. 15: τὰς δυνάμεις ἐκ τῶν χειμαδίων καὶ τοὺς ἄλλους ἀθροίζεσθαι κατὰ τάχος κελεύων. Quinam sunt illi ἄλλοι, quos præter τὰς δυνάμεις Eumenes congregari iusserit? Aut hæc tria verba καὶ τοὺς ἄλλους ex loco superiore (sex septemve ante versibus) huc delata sunt aut scribendum est: καὶ τοῖς ἄλλοις, non solum sibi (suam), sed etiam ceteris.

Ibd. 16: Ἀχανὲς γὰρ ἦν τὸ πεδίον, οὔτε βαθύτερον οὔτε ἀπόκροτον καὶ στερεόν, ἀλλὰ θινῶδες. Per-

versus comparativus *βαθύτερον* neque *βαθὺ πεδίον* de natura soli dicitur. Scribendum: *βαθύγειον*.

Agesil. c. 4: *Διὸ καὶ πατρικήν τινα πρὸς αὐτοὺς . . . διετέλουν εὐθὺς οἱ βασιλεῖς φιλονεικίαν καὶ διαφορὰν παραλαμβάνοντες.* Nonne: *αὖθις*, *rursus*? (*Αὖθις* pro *εὐθὺς* recte Emperius in Nic. c. 16, Reiskius in Amator. 5, 9, nos supra in Aristot. polit. VII, 13.)[1]

Ibd. 23: *Ὅθεν ἥκιστα συνέβη τῆς κακοδοξίας ταύτης Ἀγησιλάῳ μετασχεῖν.* Scribi oportere puto: *Ὅθεν οὐχ ἥκιστα.*

Ibd. 24: *πρᾶξιν ἄδικον μὲν ὁμοίως ἐκείνῃ καὶ παράνομον, τόλμης δὲ καὶ τύχης ἐνδεᾶ γενομένην.* Opinor: *τόλμῃ δὲ καὶ τύχῃ ἐνδεᾶ*, inferiorem audacia et fortuna. Cfr. p. 67 n.

Ibd. 27: *σπάσμα καὶ πόνον ἰσχυρὸν ἔλαβε τὸ ὑγιὲς σκέλος.* Num: *τόνον ἰσχυρόν*? (De c. 32 dictum p. 87.)

Pompeii c. 17: *ὥσπερ ἔσχατον νόσημα τῶν ἐμφυλίων πολέμων εἰς τοῦτον τὸν ἄνδρα συνερρυηκότων.* Non puto recte *νόσημα* illo loco positum sine præpositione adiungi appositione ad *ἄνδρα*. (Græcum esset: *ὥσπερ εἰς ἔσχατον νόσημα τοῦτον τὸν ἄνδρα.*) Itaque *ὥσπερ εἰς ἔσχατον* scribo. Sed ipsa hominis cum morbo et ultimo morbo comparatio parum placet, dubitoque an fuerit: *ὥσπερ εἰς ἔσχατον ὑπόστημα*, *sedimentum et sentinam.*

Ibd. 23: *ἀλλ᾽ ἥδιστος ὁμοῦ πολλοῖς καὶ ἀθρόοις ἐφαίνετο, σεμνότητα περιβαλλόμενος ἐκ τούτου τῇ ὄψει.* Scribendum videtur: *ἀλλ᾽ ἥδιστ᾽ ὁμοῦ πολλοῖς*, *libentissime.*

Ibd. 53 non *λόγους διαστατικοὺς* (ad distinguendum pertinentes), sed *διστακτικοὺς* (dubitationem habentes) a Plutarcho appellatos opinor.

---

[1]) Cap. 11 *καὶ πάντα φωρῶν* (pro *ἐφορῶν*) *καὶ* διε- notaveram, ignarus sic Reiskium scripsisse.

Ibd. 57: *καὶ τοῦ πράγματος οὕτω περιϊόντος τὴν Ἰταλίαν πᾶσαν καὶ μικρὰ καὶ μεγάλη πόλις ἐφ' ἡμέρας πολλὰς ἑώρταζε*. Scrib.: *τὴν Ἰταλίαν π ᾶ σ α καὶ μικρὰ καὶ μεγάλη πόλις*. Alioquin vitiosus est singularis numerus (*μικρὰ καὶ μεγ. π.*).

Ibd. 58 extr.: *ἔφη . . . ὁρῶν ὑπερφαινόμενα τῶν Ἄλπεων ἤδη δέκα τάγματα βαδίζειν καὶ αὐτὸς ἐκπέμψειν τὸν ἀντιταξόμενον αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος*. Tollendum *βαδίζειν*, quod neque cum *ὑπερφαινόμενα τῶν Ἄλπεων* coniungi neque cum *ἐκπέμψειν* recte potest. Erratum in *καί*, *etiam*.

Ibd. 61: *καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἃς ἐκληρώθη*. Addunt *εἰς* (*εἰς ἃς*); sed non plures unusquisque sortitus erat provincias. Scrib.: *ἕκαστος, ὡς ἐκληρώθη*, *ut sors ceciderat.*[1])

Ibd. 77: *ἀπωσαμένους δὲ* (*Πομπήϊον*) *καὶ Πομπηΐῳ τῆς ἐκβολῆς ὑπαιτίους ἔσεσθαι καὶ Καίσαρι τῆς διώξεως*. Cæsar reprehensurus non erat, quod Pompeium persecuti essent. Codices *διώσεως*. Scribendum: *δ ι έ σ ε ω ς*, quod dimisissent et evadere sissent. Ea est *δίεσις*, etiam Artax. c. 3 eodem significatu dicta. Verbum *διιέναι* de captivo liberando ponitur Demetr. c. 39 et 50.

Compar. Ages. et Pomp. c. 2 scrib.: *Τίθεμαι δὲ κα-*

---

[1]) Cap. 75 in loco de Cratippo et providentia in eandem incidi emendationem et facilem et certam, quam postea vidi ab Emperio occupatam, sed a Sintenisio 1859 non commemoratam: *ἐπεὶ τὸ μὲν ἐρέσθαι τὸν Πομπήϊον ἦν ὑπὲρ τῆς προνοίας, τὸ δ' ἀποφαίνεσθαι, ἀ π ο φ α ί ν ε σ θ α ι μὲν, ὅτι τοῖς πράγμασιν ἤδη μοναρχίας ἔδει διὰ τὴν κακοπολιτείαν, ἐρέσθαι δέ· Πῶς, ὦ Πομπήϊε, κ. τ. λ.* Licebat enim pro providentia (ad eam defendendam) partim Pompeium interrogare, partim pronuntiare (directo sententiam ponere), pronuntiare, res iam unius imperio egere . . ., interrogare autem: Quomodo, Pompei, cet. C. 76 extr. recte Schæferus: *κἂν μὴ πάθῃ, δόξαι γε παθεῖν δεινόν*.

κεῖνο ἀμίμητον (v. *τὸ ἀμίμητον*) *ἔργον εἰς πολιτικὴν ἀρετὴν τοῦ Ἀγησιλάου.*

Alexand. c. 1: *ἡ μάχαι μυριόνεκροι καὶ παρατάξεις αἱ μέγισται καὶ πολιορκίαι πόλεων.* Pravus articulus nec superlativus aptus ad *μυριόνεκροι.* Latet unum adiectivum, sine dubio: *καὶ παρατάξεις ἀ ε ί μ ν η σ τ ο ι.*

Ibd. 21: *καλῆς καὶ γενναίας καὶ τὸ κάλλος ἅψασθαι γυναικός.* Delent editores *καὶ τὸ κάλλος*, probabili origine non monstrata. Scr.: *καὶ γενναίας κ α τ ὰ τὸ κάλλος, cuius genus pulcritudinem æquaret.*

Ibd. 26: *ὄρνιθες . . . πλήθει τε ἄπειροι καὶ κατὰ γένος παντοδαποὶ καὶ μεγάλοι ἐπὶ τὸν τόπον καταίροντες.* Recte Emperius non tulit *μεγάλοι*, sed ex *μέγεθος* nasci ea vox non potuit. Usus erat Plutarchus rariore adiectivo, quod apud Hesychium exstat proba forma factum: *παντοδαποὶ καὶ μ ί γ δ α λ ο ι.* Hesychius *ἀναμεμιγμένοι* interpretatur.

Eodem cap. extr.: *καὶ τὸ θυμοειδὲς ἄχρι τῶν πραγμάτων ὑπεξέφερε τὴν φιλονεικίαν ἀήττητον.* Scribendum: *ἄχρι τῶν φ ρ υ α γ μ ά τ ω ν, usque ad superbos et feros furores.* (Æmil. Paul. c. 27: *τὸ κενὸν φρύαγμα τοῦτο.*)

Ibd. 30: *οὔτε . . . ἐνέδει τῶν πρόσθεν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἢ τὸ σὸν ὁρᾶν φῶς.* Ferri fortasse poterat *οὐδὲν* (hoc est *οὐδὲν ἄλλο*) *ἤ*. Opinor scribendum: *ἢ* [*ὅ σ ο ν μ ὴ*] *τὸ σὸν ὁρᾶν φῶς.* Error ex litteris *οσον* bis positis.

Ibd. 33: *ἀλλ' ὡς ἀνέχων τοῦ φονεύειν καὶ σκότους ὄντος ἀνάκλησιν ἐσήμανεν.* Qui *ἀνάκλησιν σημαίνει*, eum supervacaneum est dicere hoc facere tanquam desistentem a cæde; neque usu defenditur *ἀνέχειν τινός.* Videtur fuisse: *ὡς ἅ δ η ν ἔ χ ω ν τοῦ φ.* (de ficta causa; nam veram Parmenionis segnitia ortam occultabat). (De c. 58 dictum est p. 67 not.)

Ibd. 60: *θάτερον δὲ συμβῆναι.* Videtur dici debuisse, utrum ex duobus acciderit; sed res declarat, utrumque

evenisse, ut primum equitatum hostium, deinde, consecutis suis peditibus, phalangem vinceret, id est: *ἑκάτερον δὲ συμβῆναι.*

Ibd. 67: *φιάλαις καὶ ῥυτοῖς . . . οἱ στρατιῶται βαπτίζοντες ἐκ πίθων μεγάλων.* Hauriendi, quæ requiritur, significatio in *βαπτίζω* nova est; usitatum *κυαθίζοντες ἐκ πίθων μεγ.*

Ibd. 70: *κοινὸν δὲ τῶν ἤδη προγεγαμηκότων Μακεδόνων γάμον καλὸν ἑστιάσας . . . τά τ᾽ ἄλλα θαυμαστῶς ἐλαμπρύνατο κ. τ. λ.* Communis (*κοινός*) erat etiam recentium maritorum *γάμος*, hic *καινός*. Eam significationem Coraes cum requiri videret, efficere volebat *καλόν*, quod sane ineptum est, in *ἄλλον* mutato; sed in eo aliud latet; nam aoristus participii *ἑστιάσας* nec per se admodum aptus est nec post præcedentia præsentis temporis participia *ἐπιτελῶν, λαμβάνων, διανέμων* ferri potest. Scripserat, opinor, Plutarchus: *καινὸν δὲ τῶν ἤδη προγεγαμηκότων γάμον καλῶν.* Ad id adscriptum *ἑστιάσας*. Et convivæ *εἰς γάμον καλοῦνται* et *γάμος* ipse, cœtus nuptialis, *καλεῖται.*

Ibd. 74: *Τὸ δ᾽ ὅλον οὕτω φασὶ δεινὸν ἐνδῦναι καὶ δευσοποιὸν ἐγγενέσθαι τῇ ψυχῇ τοῦ Κασάνδρου τὸ δέος.* Inepte adiectivis diiunctis suum cuique verbum additur quasi proprie aptum. Tollendum *ἐγγενέσθαι*, adscriptum ad *ἐνδῦναι.*[1])

Ibd. 75: *δεινὴ δ᾽ αὖθις ἡ δεισιδαιμονία, δίκην ὕδατος ἀεὶ πρὸς τὸ ταπεινούμενον καὶ ἀναπληροῦν ἀβελτερίας καὶ φόβου τὸν Ἀλέξανδρον γενόμενον.* Scribendum: *πρὸς τὸ ταπεινὸν ἱεμένη ὡς καὶ ἀνα-*

[1]) Eodem cap. paulo ante correxeram ipse: *Ταῦτ᾽ ἐκεῖνα, ἔφη, σοφίσματα τῶν Ἀριστοτέλους εἰς ἑκάτερον τὸν λόγον· οἰμώξῃ μὲν οὖν, ἂν καὶ μικρὸν κ. τ. λ.* (pro *οἰμωξομένων, ἂν*), cum vidi in x, hoc est, a Mureto sic locum emendatum esse. Cassandro Alexander minatur.

πληροῖν ἀβ. κ. φ. τ. Ἀλ. γ. (eum, qui Alexander fuisset). Sequitur: *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χρησμῶν γε τῶν περὶ Ἡφαιστίωνος ἐκ θεοῦ κομισθέντων κ. τ. λ.* Ineptum *γέ*, pravus articulus, cum nihil de his oraculis dictum significatumve sit; scrib.: *χρησμῶν νέων περὶ Ἡφ.*

Ibd. 77: *ὕδωρ ψυχρὸν καὶ παγετῶδες ἀπὸ πέτρας τινὸς ἐν Νωνάκριδι οὔσης, ἣν ὥσπερ δρόσον λεπτὴν ἀναλαμβάνοντες εἰς ὄνου χηλὴν ἀποτίθενται.* Relativum feminini generis neque ad *πέτραν* referri potest neque, interposito *ὥσπερ* comparationis indice, pro *ὅ* ad *δρόσον* attractione adiunctum putari. Itaque, nisi alia latent, scribendum *ἧς*.

Cæsar. c. 5: *ὡς ἥμερον ἄνδρα καὶ περίμεστον ἤθους.* Neque usitatum *περίμεστος* neque, quod caput est, *ἦθος* sine adiectivo in bonam partem cum laude humanitatis dicitur. Scr.: *καὶ πρᾴου μεστὸν ἤθους.*

Ibd. 20 (de Nerviis): *εἰς συμμιγεῖς δρυμοὺς κατῳκημένοι.* Nonne: *συνεχεῖς δρυμούς*, *continuas silvas*?

Ibd. 46: *Ταῦτά φησι Πολλίων Ἀσίννιος τὰ ῥήματα Ῥωμαϊστὶ μὲν ἀναφθέγξασθαι τὸν Καίσαρα παρὰ τὸν τότε καιρὸν, Ἑλληνιστὶ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι.* Primum scribendum *ὑφ' αὐτοῦ*. Sed cur, quæso, Pollio, quem omnes sciunt Latine scripsisse, verba a Cæsare Latine prolata Græce ipse extulit? Permutarunt locum adverbia: *Ἑλληνιστὶ μὲν ἀναφθέγξασθαι . . . Ῥωμαϊστὶ δὲ ὑφ' αὐτοῦ γεγράφθαι.* Hoc ipsum annotaverat Asinius Pollio, Cæsarem tum, ut interdum alias, cum familiaribus Græce locutum. Suetonius in vita D. Iulii c. 30 hæc ipsa verba a Pollione Latine transcribit; c. 82 Græce notissimum illud ponit: *καὶ σὺ, τέκνον.* Cfr. de Casca hic c. 66, de Bruto Brut. c. 40; de Volumnio ibd. c. 52. Similes errores notabo ad Demetr. c. 20.

Phocion. c. 5 scribendum: *Ὅμοιος* (v. *ὁμοίως*) *δέ πως τοῦ Φωκίωνος καὶ ὁ λόγος ἦν, ἐπὶ χρηστοῖς ἐνθυμήμασι* (v. *εὐτυχήμασι*) *καὶ διανοήμασι σωτηρίοις*

(v. σωτήριος) προστακτικήν τινα καὶ αὐστηρὰν καὶ ἀνήδυντον ἔχων βραχυλογίαν. Ridicula χρηστὰ ἐντυχήματα, in oratione præsertim.[1])

Ibd. 8: καὶ μόνον ἢ μᾶλλον ταῖς βουλήσεσιν αὐτοῦ . . . ἀντιτασσόμενον. Scrib.: μόνον ἢ μᾶλλον τῶν ἄλλων ταῖς β. Causa erroris manifesta est.[2])

Ibd. 26: ἀπειθείᾳ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐπιεικεῖς καὶ νέους ὄντας. Mira inobedientiæ causa ἐπιείκεια imperantis. Fuitne: ἐπιεικῶς νέους ὄντας, ut καί additum putetur, quemadmodum paulo infra pro: γράφει ψήφισμα καὶ πέμπει Coraes restituit: γράφει ψήφισμα πέμπειν?

Ibd. 28 scribendum est: νῦν δὲ τοῖς αὐτοῖς ἱεροῖς τὰ δυσχερέστατα πάθη τῆς Ἑλλάδος ἐπισκοτεῖν (pro ἐπισκοπεῖν), sublato τοὺς θεούς, quod corrupto verbo additum est neque structura neque sententia recta.

Cat. Min. c. 24: Τοῦ δὲ Κάτωνος . . . διαβάλλοντος, εἶναί τινας τοὺς κινουμένους κ. τ. λ. Scrib.: τοὺς κοινουμένους, qui cum coniuratis consilia communicarent. (Idem error in c. 25 in cod. P est.)

Ibd. 25: κοινουμένους δὲ τὰς διαδοχὰς ἀξίοις ἀνδράσι τήν τ' ἀρετὴν ἄφθονον ποιεῖν...καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν πρὸς αὑτὴν ἀνακεραννύναι ταῖς οἰκειότησιν. De hominibus debebat κοινοῦντας dici, nec apparet, qui significentur. Scrib.: κοινουμένας δὲ τὰς διαδοχάς. Prolem cum dignis communicatam hæc effecturam Hortensius dicit.

Ibd. 30: (γάμος,) ὃς τὴν Πομπηΐου δύναμιν καὶ

---

[1]) Cap. 2 satis certum videtur Plutarchum non dixisse solem περιελιττομένην ἕλικα ποιεῖν. Sed quid lateat, nescio, nisi καὶ περιελιττομένην ad ὑγρὰν καὶ εὐκαμπῆ declarandum adscriptum est.

[2]) Cap. 9 recte Bekkerus e codd. σώθητε, imperativo modo; iubet, non optat Phocion (*lasst euch erst retten*). Cap. 10 ante med. (ὥστε θαυμάζειν) excidit aliquid (δεῖ?).

Καίσαρος εἰς ταὐτὸ συνενεγκὼν ὀλίγου τὰ μὲν Ῥωμαίων ἀνέτρεψε πράγματα, τὴν δὲ πολιτείαν ἀνεῖλεν. Non *prope* hoc factum esse, sed plane, omnes sciunt et proximis verbis Plutarchus significat: *ὧν οὐθὲν ἂν ἴσως συνέπεσεν, εἰ μὴ κ. τ. λ.* Scrib.: *δι' ὀλίγου*, *brevi*.

Ibd. 41: *πρῶτος μὲν ὁ προφαίνων ἐπιστὰς τῷ Δομιτίῳ πληγεὶς καὶ πεσὼν ἀπέθανε.* Nihil est *ἐπιστὰς . . . πληγείς*. Scrib.: *ὁ προφαίνων παῖς Δομιτίῳ*. *Servum prælucentem* Suetonius appellat Aug. c. 29.

Ibd. 73: *φήσας μιμεῖσθαι Κάτωνα*. Codices *μιμήσασθαι*. Scrib.: *μιμήσεσθαι*, quod sententia requirit.

Agid. c. 15: *βέλτιον ἡγεῖτο . . . παρελθεῖν τοὺς πολεμίους ἢ μάχῃ διακινδυνεῦσαι περὶ τῶν ὅλων.* Durissime coniunguntur infinitivi diversorum subiectorum. Num: *παρελθεῖν ἐάν*?

Ibd. 21 scrib.: *μεμφθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φίλων δικαιότερον ἂν ἢ τῶν ἐχθρῶν*. V. omittitur *ἄν*. Est *μεμφθείη ἄν*. De *ἄν* post *ον* omisso dixi ad Plat. Charmid. p. 156 B.

Cleomen. c. 2 scribendum: *καρτερίας καὶ ἰσότητος οὐδ' ἀσφαλὲς ἦν, οὔ τί γε τῶν περὶ Ἆγιν ἀπολωλότων μνημονεύειν*, *nedum*. Vulgo: *ἦν τούτων τῶν*. De *οὔ τί γε* vid. Lucian. de merc. cond. c. 17, quom. hist. conscrib. c. 29, *μή τί γε* Plutarch. Arat. c. 52. (De c. 7 dictum est p. 151.)

Ibd. 8: *Θηρυκίων δὲ καὶ Φοῖβις καὶ δύο τῶν συντρόφων τοῦ Κλεομένους, οὓς μόθακας καλοῦσιν.* Tollendum alterum *καί*, ut sit: *Φοῖβις, δύο τῶν κ. τ. λ.*

Ibd. 12: *τὴν ἐπιθυμίαν καὶ προθυμίαν τοῦ στρατεύματος ἐπιδεῖξαι τοῖς πολεμίοις*. Scrib.: *τὴν εὐθυμίαν καὶ προθυμίαν*.

Ibd. 26 scribendum: *Τὸ γὰρ . . . ὁμοῦ τῇ Μακεδόνων δυνάμει καὶ Πελοποννησίοις ἅπασι καὶ χορηγίᾳ βασιλικῇ πολεμεῖν, μὴ μόνον . . . διαφυλάττοντα . . .,*

οὐ τῆς τυχούσης ἐδόκει δεινότητος εἶναι, sublato *καί*, quod post *πολεμεῖν* interponitur.

Ibd. 34: *Σωσίβιος μένοντα μὲν τὸν Κλεομένη παρὰ γνώμην ἡγεῖτο δυσμεταχείριστον εἶναι καὶ φοβερὸν, ἀφεθέντα δὲ τολμηρὸν, ἄνδρα καὶ μεγαλοπράγμονα κ. τ. λ.* Excidit, quod contrarium referebatur illis *δυσμεταχείριστον καὶ φοβερόν*. Nam *τολμηρόν* huc non pertinet, sed causam timoris continet. Scripserat Plutarchus: *ἀφεθέντα δὲ φοβερώτερον, τολμηρὸν ἄνδρα καὶ μεγαλοπράγμονα*, aut similiter.

C. **Gracch.** c. 2: *μόνος δὲ τῶν στρατευσαμένων πλῆρες τὸ βαλάντιον εἰσενηνοχὼς κενὸν ἐξενηνοχέναι.* Hoc rapacitatis indicium videri potest, Gracchus abstinentiæ proferre volebat. Scrib.: *ἐξενηνοχὼς . . . εἰσενηνοχέναι.* Exstant ipsa C. Gracchi verba apud Gellium XV, 12: *zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retluli.*

Ibd. 6: *τοὺς φοβερὸν αὐτὸν ἢ φορτικὸν ὅλως ἢ βίαιον ἀποκαλοῦντας.* Prave inter morum vitia ponitur *φοβερόν*. Videtur fuisse: *σοβαρόν.*

Compar. Cleom. et Gracch. c. 2 scribendum: *ὧν τούτοις μὲν ὁ Λυκοῦργος, ἐκείνῳ δὲ* (h. e. *Λυκούργῳ*, pro *ἐκείνοις δὲ*) *ὁ Πύθιος βεβαιωτής.*

Demosthen. c. 2: *ἀλλ' οἷστισι πλείων τε σχολὴ καὶ τὰ τῆς ὥρας ἔτι πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιχωρεῖ φιλοτιμίας.* Ubique *ἐπιχωρεῖν* hoc significatu concedendi et permittendi accusativum habet, ut Alex. c. 45, de def. orac. c. 22; longe aliud est *ἐπιχωρεῖν πρός τι* (*τινά*), *accedere. Πρός* ex versu altero superiore (*ἡ δὲ πρὸς τοῦτο μελέτη*) repetitum est.

(De c. 28 dictum est p. 154.)

Cicer. (— de c. 4 dictum est p. 38 —) c. 6: *Οὐ μὴν ἀλλὰ τό γε χαίρειν ἐπαινούμενον διαφερόντως . . . ἄχρι παντὸς αὐτῷ παρέμεινε καὶ πολλοὺς πολλάκις τῶν ὀρθῶν ἐξετάραξε* (sic recte Reiskius pro *ἐπετάραξε*) *λο-*

γισμῶν. Si verum est πολλούς (— nam Reiskius deleri volebat —). scribi debet: παρέμεινεν, ὃ καὶ κ. τ. λ.

Ibd. 29 med. (θεραπαινίδας παρεῖχεν, ὡς συγγένοιτο) excidisse videtur μαρτυρούσας aut aliquid simile.

Ibd. 33: τὸν Κλώδιον εἰς δίκην ἀπάγειν βιαίων (codd. βιαίως). Scr.: ὑπάγειν.

Ibd. 36: δείπνων δὲ τοὺς ἐπαρχικοὺς ἀνῆκεν. Scrib.: ἀφῆκεν.

Ibd. 45: Ὡμολόγει δὲ Καῖσαρ αὐτός, ὡς . . . χρήσαιτο τῇ Κικέρωνος φιλαρχίᾳ. Non tum Octavianus, sed postea id confessus est, (quo pertinet etiam χρήσαιτο, *se usum esse*). Scrib.: Ὁμολογεῖ, in commentariis editis; cfr. compar. Demosth. et Cic. c. 3: ὡς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. De optativo vid. lib. V, 3 init. not.

Ibd. 47: παλίντροπα βουλεύματα τῆς γνώμης. Aut τῆς γνώμης abesse debet aut aliud substantivum pro βουλεύματα poni: νεύματα.

Demetr. c. 5: πορθεῖν Συρίαν καὶ τὰς πόλεις ἀπάγειν καὶ βιάζεσθαι. Ineptum ἀπάγειν. Scr.: ἀπάγχειν, *extorquendo vexare.*

Ibd. 12: Τῇ δ' ἡμέρᾳ, ᾗ τὰ τῶν Διονυσίων ἐγίνετο. Non uno die fiebant τὰ τ. Δ. Num: ἐκινεῖτο, de primo die?

Ibd. 20: ὥστε μὴ μόνον γνώμης καὶ περιουσίας, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἄξια φαίνεσθαι βασιλικῆς. Multo rectior sententia sit, si scribas: μὴ μόνον χειρὸς καὶ περιουσίας, ἀλλὰ καὶ γνώμης ἄξια φ. βασ. Nam in ceteris regibus manuum artificia Plutarchus commemoravit, nihil γνώμης βασιλικῆς habentia, et cum artificio cohæret περιουσία. In Agid. c. 5 in codicibus ἀσχολίαν et ἀνελευθερίαν locum permutarunt; tertium exemplum in Cæs. c. 46 notavi; quartum in compar. Dem. et Anton. c. 5 notabo.

Ibd. 21 (postquam de duobus thoracibus dixit): Τοῦτον αὐτὸς ἐφόρει, τὸν δ' ἕτερον Ἄλκιμος ὁ Ἠπειρώτης. Atqui neutrum Plutarchus separatim comme-

moravit, quo referri possit *τούτον*. Scrib.: *Τούτων αὐτὸς ἐφόρει τὸν ἕτερον, τὸν δ' ἕτερον Ἄλκιμος.*

Ibd. 22: *Καί φησιν ὁ Ἀπελλῆς οὕτως ἐκπλαγῆναι θεασάμενος κ. τ. λ.* Narraveratne Apelles (*φησίν*) in libro aliquo, non quid sensisset, sed in quæ verba erupisset? Ceteri neque scripta ulla Apellis significant et hoc ipsum tanquam ab aliis de eo traditum narrant (Ælian. v. h. XII, 41, Plinius h. n. XXXV, 79, 80). Tollendum *φησίν*, oratioque sic interpungenda: *ἑπτὰ γὰρ ἔτεσι συντελέσαι λέγεται τὴν γραφὴν ὁ Πρωτογένης, καὶ ὁ Ἀπελλῆς οὕτως ἐκπλαγῆναι· κ. τ. λ.*

Ibd. 25: *Σικυωνίους δὲ φήσας παρὰ τὴν πόλιν οἰκεῖν τὴν πόλιν ἔπεισεν, οὗ νῦν οἰκοῦσι, μετοικίσασθαι.* Lusum, quo Demetrius incommodum urbis situm significabat, ab instrumento ductum suspicor, quod apud Lucianum (Lexiph. 4) *ἡ πόλος* appellatur, ad solis situm indicandum pertinenti, ut *παρὰ τὴν πόλον* intellegatur, non apte ad solem et cœli regionem.

Ibd. 36: *Φυλάττεσθαι γὰρ ὀκνῶν, ὡς μὴ κἀκεῖνον ἀντιφυλάττεσθαι διδάξῃ, παθὼν ἔφθασε, δρᾶν μέλλοντος αὐτοῦ, μὴ διαφυγεῖν ἐκεῖνον ὃ ἐμηχανᾶτο.* Scrib.: *παθὼν ἔφθασε, δρᾶν μέλλων αὐτὸς τοῦ μὴ διαφυγεῖν ἐκεῖνον, ὃ ἐμηχανᾶτο.* Ipse *δρᾶν ἤμελλε*, non quod a scelere abhorreret, sed verens, ne alter cavendo vitaret scelus, quod meditabatur. (*Τοῦ μὴ* sic Plutarchus Arat. c. 31 et, ut videor meminisse, alibi.)

Ibd. 39: *ἔδοξεν ἠπίως κεχρῆσθαι καὶ μάλιστα διὰ Πίσιν· ἑλὼν γὰρ αὐτὸν οὐδὲν κακὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ.* Scrib.: *καὶ μάλιστα Πίσιδι.*

Ibd. 50 extr. scribendum, sublata interpolatione: *καὶ παρ' αὐτοῦ τινες ὅμως ἐπεφοίτων τοῦ Σελεύκου κομίζοντες ἐπιεικεῖς λόγους.* Vulgo: *ἐπιφοιτῶντες ἀπὸ τοῦ Σελεύκου ἧκον.* Non attenderat, qui interpolavit, *παρ' αὐτοῦ . . . τοῦ Σελεύκου* cohærere. Nomen Seleuci nullo pacto abesse potest.

Anton. c. 86: *οὕτω γὰρ τὴν Κλεοπάτραν κελεῦσαι, μηδὲ αὐτῆς ἐπισταμένης τῷ σώματι προσπεσεῖν τὸ θηρίον.* Nondum agitur de serpente corpus petenti neque ea Cleopatram nesciam momordit, sed brachium præbentem ipsam, ut statim dicitur. Tollendum *τῷ σώματι*, ut hæc sit sententia: *Sic enim Cleopatram iussisse, ut se quoque inscia afferretur bestia.* (Nolebat ante scire, quando et quomodo ventura esset.)

Compar. Dem. et Ant. c. 5: *Δημήτριόν δὲ πολλοὶ λέγουσι ψευδεῖς αἰτίας, ἐφ᾽ οἷς ἔδρασε, πλασάμενον κατηγορεῖν ἀδικηθέντα, οὐκ ἀδικήσαντα ἀμύνασθαι.* Si *ψευδεῖς αἰτίας* ipse fingebat, quomodo *ἀδικηθεὶς* accusabat? Neque *ἀμύνεσθαι* dici potest, qui ipse *ἀδικεῖ*. Debebat etiam esse *ἀδικοῦντα*. Hic quoque certa transpositione utendum: *κατηγορεῖν ἀδικήσαντα, οὐκ ἀδικηθέντα ἀμύνασθαι.* Vid. ad Demetr. c. 20.

Dion. c. 2: *δαίμονα πονηρὸν ἐν αὐτοῖς εἶναι δεισιδαιμονίαν ἔχοντας.* Tollunt *εἶναι*, Corae præeunte. Scrib.: *δαίμονα πονηρὸν ἐν αὐτοῖς ἕνα δεισιδαιμονίαν ἔχοντας* (unum, ex quo nascantur multi illi, quos apparere putant).

Eodem cap. paulo post: *οὐκ οἶδα, μὴ . . . τὸν ἀτοπώτατον ἀναγκασθῶμεν ἀποδέχεσθαι λόγον.* Scrib.: *δέδοικα, μή.*

Ibd. 10: *τῷ μὲν σώματι περιττῶς ἀμπεχόμενον καὶ τῇ περὶ τὴν οἴκησιν ἁβρότητι καὶ κατασκευῇ λαμπρυνόμενον, ὁμιλίᾳ δὲ κ. τ. λ.* Non dicitur Græce *ἀμπέχομαι περιττῶς τῷ σώματι* de corpore eleganter vestito; (animus *τῷ σώματι ἀμπέχεσθαι* dici potest). Scribendum: *τῷ μὲν σώματι . . . ἀμπεχομένῳ*, ut hoc quoque ad *λαμπρυνόμενον* pertineat. (Vitium sensit etiam Sintenisius.)

Ibd. 31 (de epistola Dionysii ad Dionem): *καὶ τὸ μάλιστα κινῆσαν αὐτόν, ἀξιοῦντος μὴ καθαιρεῖν, ἀλλὰ παραλαμβάνειν τὴν τυραννίδα.* Movitne hoc Dionem?

Prorsus contraria narrat Plutarchus. Scrib.: *κινῆσον*, quod maxime (Dionysii sententia) moturum eum erat.

Ibd. 33: *διατηρεῖν ἐδόκει τὸν πόλεμον, ὡς μᾶλλον ἄρχοι*. Scrib.: *διατρίβειν* de bello ducendo, quod Polybius *τρίβειν τὸν πόλεμον* dixit. *Διατρίβειν τὸν χρόνον* est Arat. c. 47, Anton. c. 62.

Brut. 1: *οὐδὲν γὰρ ἐκείνῳ (τῷ τοὺς Ταρκυνίους ἐκβαλόντι Βρούτῳ) λειφθῆναι γένος ἀνελόντι τοὺς υἱούς, ἀλλὰ δημότην τοῦτον οἰκονόμου υἱὸν ὄντα Βρούτου, ἄρτι καὶ πρώην εἰς ἄρχοντα προελθεῖν*. Codices *μετελθεῖν*. Sed quis est ille *δημότης*, qui nuper ad honores pervenerit? Nam de tota domo agitur. Et quis est ille *οἰκονόμος*? quo nomine nullum apud Romanos genus hominum liberorum significatur. Scrib. primum certissima emendatione: *δημότην τοῦτον οἶκον*, deinde reliqua facile sequuntur: *ὁμώνυμον ὄντα Βρούτου, ἄρτι καὶ πρώην εἰς ἄρχοντας μετελθεῖν*.

Ibd. 4: *οὐ μόνον τὸν ἄλλον χρόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς μεγάλης μάχης*. Nimis hoc infinitum. Codices: *πρὸ τῆς ἄλλης μεγάλης μάχης*. Scripserat Plutarchus: *πρὸ τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ μεγάλης μάχης*.

Ibd. 14: *ἔργου μεγάλου πραχθέντος εὐθὺς ἀντιλαμβανομένους τῆς ἐλευθερίας*. Sperabant hoc facturos. Scrib.: *εὐθὺς ἂν ἀντιλαμβανομένους*

Ibd. 18: *περιέποντες ἐν μέσῳ*. Ipsum additum *ἐν μέσῳ* postulat *περιέχοντες*. *Περιέπειν τινά* etiam apud Plutarchum quid sit, apparet e Pyrrh. c. 19 (*περιέπων καὶ θεραπεύων*), Alcib. c. 4.

Ibd. 29: *Κάσσιον δὲ τοῦτον . . . παντὸς μᾶλλον πολεμεῖν . . . αὑτῷ τινα δυναστείαν κατασκευαζόμενον*. Scribendum: *Κάσσιόν τ' αὐτόν*.

Ibd. 30: *ἃ σὺ φειδόμενος διαφυλάττεις καὶ φθόνῳ συνάγεις*. Non invidia, sed cum invidia, invidiam subiens: *καὶ σὺν φθόνῳ*.

Ibd. 40: *προὔκειτο μὲν τῷ Βρούτου χάρακι καὶ*

τῷ Κασσίου σύμβολον ἀγῶνος φοινικοῦς χιτών. Neminem correxisse: προὔκειτο μὲν ἐν τῷ Βρούτου χάρακι!

Ibd. 45: τῶν δὲ ἐλευθέρων τοὺς μὲν ἀπέλυε . . . ὡς δὲ τοὺς φίλους ἑώρα ἀδιαλλάκτως ἔχοντας, ἀποπέμπτων καὶ συνεκπέμπων ἔσωζεν. Ne hic quidem quisquam scripsit: (τοὺς μὲν . . .)· οἷς δὲ τοὺς φίλους.

Artaxerx. c. 6 extr.: ὡς ἐπράχθη διηγούμενος, οἷα πάσχει πολλάκις ὁ λόγος αὐτοῦ, πρὸς τὸ μυθῶδες καὶ δραματικὸν ἐκτρεπόμενος τῆς ἀληθείας. Scrib.: διηγούμενος, οὐχ, οἷα πάσχει π. ὁ λ. αὐ., . . . ἐκτρεπόμενος.

Ibd. 8 med.: χώραν καὶ τάξιν, οὐκ ἀφ' ἧς σώσειε τὸν ἡγεμόνα . . ., ἀλλ' ἐν τίνι θέμενος ἑαυτὸν ἀσφαλῶς μαχεῖται καθ' ἡσυχίαν. Scrib.: οὐκ ἀφ' ἧς . . . ἀλλ' ἐν ᾗ τ ί ν ι, sed etiam: σώσει . . . μαχεῖται.

Ibd. 30: Ἀριάσπης οὐ διὰ τὸ πρεσβύτερος εἶναι τοῦ Ὤχου, πρᾶος δὲ καὶ ἁπλοῦς καὶ φιλάνθρωπος ἠξιοῦτο βασιλεύειν. Necessario apud Persas multum valebat maior ætas; deinde in altera sententia dicendum erat necessario: ἀλλὰ διὰ τὸ πρᾶος. Tollendum οὐ, quod qui addidit, δέ prave adversativo sensu ceperat, non continuandi.

Arat. c. 3: καίτοι γεγονέναι κομψότερος εἰπεῖν ἢ δοκεῖ τισιν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων κρίνουσιν. Sic codd. Non adiectivum mutandum erat, sed infinitivus vitiosus: καίτοι γ έ γ ο ν ε κομψότερος. (De c. 6 dictum est p. 127, de c. 16 p. 150.)[1])

Ibd. 18. Corruptum est, quod militibus pecuniam regiam furatis a conscio dicitur: Εἶτα διὰ μικρὸν οὕτω

---

[1]) Quam supra p. 127 significavi me in c. 6 propositurum emendationem, eam video occupatam a Sintenisio in præf. edit. minoris vol. V, nisi quod δέ addendum est: ἕκαστος ἕξ, ὀλίγοι δὲ δέκα παρέσχον.

χρυσίον ἀνασπᾶτε τὰς βασιλικὰς πράξεις. Verum erit: γάζας. Ἀνασπᾶν est *effringere*.

Ibd. 32 extr.: καὶ Τιμάνθης ὁ ζωγράφος ἐποίησεν ἐμφαντικῶς τῇ διαθέσει τὴν μάχην ἔχουσαν. Nihil est μάχη τῇ διαθέσει ἐμφαντικῶς ἔχουσα. Excidisse videtur γραφὴν (πίνακα) post ζωγράφος.

Ibd. 34: Πᾶσαν δ' Ἀθηναῖοι κουφότητα κολακείας τῆς πρὸς Μακεδόνας ὑπερβάλλοντες ἐστεφανηφόρησαν. Scrib.: κολακείᾳ τῇ πρὸς Μακ. Vid. p. 67 n. et ad Thucyd. II, 83.

Ibd. 38: Ἐδόκει δὲ ἡ μὲν πρὸς τοὺς ὄχλους ὀργὴ πρόφασις εἶναι λεγομένη τῆς ἐξωμοσίας ἀπίθανος, αἰτία δ' ἀληθὴς τὰ περιεστῶτα τοὺς Ἀχαιούς. Scrib.: λεγομένη . . . πιθανῶς, speciosus prætextus. Infra cap. medio ex: ἠξίουν (ἀντὶ τοῦ πρῶτον Μακεδόνων ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοὺς . . . τιθεμένους) faciendum erat: ἠξίουν ἂν (ἀντὶ), *æquum censerem*.

Ibd. 43: ὡς κατενόησε τὴν φύσιν τοῦ ἀνδρὸς μηδὲν ἀργὸν εἰς φιλίαν βασιλικὴν οὖσαν οὐ μόνον Ἀχαιῶν, ἀλλὰ καὶ Μακεδόνων, πάντα χρώμενος ἐκείνῳ διετέλει. Scribendum: μηδενὸς δευτέραν εἰς φιλίαν. Transiliit oculus a δεν ad δεν. Id erroris initium.

Ibd. 45: ἀλλ' ἐν ἀνάγκαις γλυκὺ γίνεται καὶ οὐ σκληρὸν κατὰ Σιμωνίδην. Nec sententia nec oratio expediri potest. Scrib.: καὶ τὸ σκληρόν.

Galb. c. 7: Ἀλλὰ καὶ δυοῖν ἡμέραις ὁ Τίτος πολλὰ τῶν ἀπὸ στρατοπέδου μεθ' ἑτέρων ἀφίκετο τὰ δόξαντα τῇ συγκλήτῳ . . . ἀπαγγέλλων. Sic (aut οὔ τιτος) codices. Male editores huc intulerunt T. Vinium (Οὐίνιος Τίτος), qui legatus Galbæ in Hispania fuit, non nuntium Roma eo attulit. Scribendum: καὶ ἐν δυοῖν ἡμέραις (Coraes: καὶ δυοῖν ἡμέραις ὕστερον) Τίτος Πολλίων (etsi ipsa nominis forma potuit paulo alia esse). Restat illud τῶν ἀπὸ στρατοπέδου μεθ' ἑτέρων, pro quo scribendum videtur: τῶν ἀπὸ στρατοπέδου πτεροφόρων.

Sic enim Plutarchus (Othon. c. 4) et Hesychius (*πτεροφόροι*, nam Photius obscure et confuse) appellant, quos Latini *speculatores*, militum genus et ad alia et ad nuntios celeriter perferendos institutum, de quo post Lipsium ad Tac. hist. I, 24 et alios testimonia collecta sunt in libro, qui inscribitur *Real-Encyclopädie der Alterthumswissenschaft* VI, 1 p. 1364. Addit autem Plutarchus *τῶν ἀπὸ στρατοπέδου* (*e prætorio*), ut nomine non valde usitato nec aperte rem indicante militares homines a se significari ostendat. Nam aliis quoque nominibus Græci et ipse Plutarchus (c. 24) utuntur.

Ibd. 19: *Τοιαῦτα δὲ ἕτερα καὶ τῶν ὑπὸ Τιγελλίνῳ ταγμάτων ὑβριζόντων.* Nullæ erant Tigellini, Romæ vix morti a Galba erepti (Tacit. hist. I, 72), legiones, nec de iis litteræ e provinciis a procuratoribus (*τῶν ἐπιτρόπων*) mittebantur, sed de cœptis Germanici exercitus turbis. Scriptum fuit: *ὑπὸ Οὐιτελλίῳ.*

Othon. c. 5: *ὕβρει δὲ καὶ κόμπῳ ἐπαμπέχειν ἐβούλοντο προσποιήσασθαι τὰς λειτουργίας ὡς κρείττονες ἀπαξιοῦντες, οὐχ ὡς ἀδύνατοι φέρειν.* Tollendum *προσποιήσασθαι*, quod prorsus orationem turbat, ad *ἐπαμπέχειν* adscriptum: superbia et gloriando segnitiam obtegere volebant.

Ibd. 6: *σημείοις καὶ ἄρχουσι Ῥωμαϊκοῖς διαλεγόμενος.* Scribendum: *δήμοις καὶ ἄρχουσι.* Populos municipiorum et coloniarum scriptor significat.[1])

---

[1]) Cap. 10 (*ὥσπερεί τι σῶμα τῆς δυνάμεως ἀπέκοψε*) emendaveram *τι στόμα* (Polyb. X, 12, 7); propius et magis ad Plutarchi usum Dœhner *στόμωμα* (Tit. Flamin. c. 2 et 3, de fort. Rom. c. 13, Diod. Sic. XIX, 30), nisi quod *τι* tollendum non erat.

Liber V.

Cap. I.

Plutarchi scripta varia (moralia).

Plutarchi scripta varii generis, quæ moralium nomine comprehendi solent, pleraque propter multiplicem antiquitatis memoriam legi alia aliis temporibus nec eadem diligentia, quædam satis studiose, maxime quæ ad Stoicorum Epicureorumque decreta pertinent, alia festinantius, animo interdum molestis curis occupato; nonnulla percurri tantum, vel sic satis tædii devorans, ut in quæstionibus convivalibus; pauca non attigi aut saltem nihil ad ea annotavi. Codicibus utimur recentibus fere, antiquissimo Parisino 1672, quem Wyttenbachius E appellat, XIII seculi, et ob eam quoque causam, quam p. 14 ima indicavi, satis indiligenter scriptis, sæpe mendosissimis, non ita raro lacunosis, quarum lacunarum verborumque omissorum sæpe vacuis spatiis indicium facit codex E, interdum tamen fallens, in quibusdam libellis non raro (vid., quæ ponam ad libri de facie in orb. lun. c. 10, 4). Codicum scripturas Wyttenbachius minime plene aut diligenter prodidit; Duebnerus, qui permulta ex Parisiensibus sumpsit, quædam eiusmodi, ut facile fontem agnoscas, varietatis notationem neque promisit neque dedit. Qui plus quam quisquam alius his libris temporis et studii tribuit, Wytten-

bachius, ingenii et eruditionis copiis adiutus permulta egregie emendavit, sed præterquam quod a grammatica subtilitate longe remotus erat, interdum erudite digrediens ipsa Plutarchi verba et sententias parum severe subtiliterque exegit et totum negotium inæqualiter administravit nec expolivit; permultas bonas codicum scripturas (ut de adulat. et amic. c. 25 p. 66 A *νὴ Δία* pro *ἰδίᾳ*, ibd, c. 32 p. 71 C *ἐπάταξεν* pro *ἐπάτησεν*) aut aliorum, Xylandri, Mezeriaci, Reiskii certissimas correctiones aut neglexit aut sero, in animadversionibus, et hæsitans probavit, ut non prorsus iniuria, sed cum Plutarchi damno eandem interdum ipse Duebneri incuriam expertus sit, qui non raro in Wyttenbachii animadversionibus aut etiam in notis textui subiectis latere passus est, quæ sine ulla dubitatione in Plutarchi verbis ponenda erant (velut in præcept. sanit. tuendæ c. 1 p. 122 E *εἰ οἴονται* pro *οἴωνται*, etsi Wyttenbachius dubitanter loquitur, c. 4 p. 123 F *ἐπὶ χώρας* pro *ἐπιχώριος* e codicibus etiam et loco quæstionum conviv., c. 5 p. 124 C *ἀπειπεῖν* pro *ἀντειπεῖν*). Nonnulla Duebnerus e codicibus reduxit iure sublata a prioribus, ut de adulat. et amico c. 2 p. 49 *κεχαρισμένους* pro *κεχαρισμένως*. Itaque vel solo delectu eorum, quæ iam parata ab aliis sunt, poterit non leviter emendari Plutarchi oratio[1]). Sed

---

[1]) Specimen ponam ex particula libri de defectu oraculorum. Cap. 40 p. 432 Wyttenbachius verba sic certissime correxit: *ἤ τινα κρᾶσιν οἰκείαν πρὸς τοῦτο λαμβάνοντος, ᾗ τὸ λογιστικὸν καὶ φανταστικὸν ἀνίεται καὶ ἀπολύεται τῶν παρόντων* (pro: *ἢ τὸ λογιστικὸν . . . ἀνίεσθαι καὶ ἀπολύεσθαι*), *τῷ ἀλόγῳ* (vulgo abest *τῷ*) . . . *τοῦ μέλλοντος ἐπιστρεφόμεναι* (*ψυχαί*, pro *ἐπιστρεφομένας*); Duebnerus qualia erant, reliquit, quemadmodum c. 33 p. 328 A *ἐν ἑκάστῳ*, pro quo Wyttenbachius *ἓν* (*σῶμα*) *ἑκάστῳ* (*τῷ κόσμῳ*) non scripserat, sed scribendum annotaverat. Sed c. 26 p. 424 E ipse Wyttenbachius silentio prætermisit restitutum a Mezeriaco *πρὸς ἀσώματον χώραν* pro

eam operam alii suscipiant; ego, quæ ipse emendavi (— plurima autem, cum Duebneri exemplo a. 1856 uterer, annotaveram, quæ postea vidi occupata —), ponam ea brevitate, qua uti decet in libris, quos pauci, nonnullos paucissimi legant. Minoribus autem multis correctionibus intercurrunt in huiusmodi scriptis aliæ, quæ voluptatem quandam habent et pæne dixerim splendorem ex sententia orationeque et verbis prorsus novis et elegantibus et ad speciem longe remotis exigua litterarum mutatione effectis. Ubi animadversiones Wyttenbachii deficiunt, facile fieri potest, ut occupata ab aliis annotem, quoniam præter notas a Wyttenbachio contextui subiectas et Duebneri exemplum alios nunc pervolutare libros operæ pretium visum non est. Inscriptionibus librorum utor Latinis vulgo receptis.

De audiendis poetis c. 1 p. 15 D[1]: *κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέγκτῳ καταπλάσσοντες.* Duebnerus e codicibus: *κηρῷ τ. τ. ὦτα καὶ ἀτέγκτῳ κηρῷ καταπλ.* Scr.: *σ κ λ η ρ ῷ τινι τ. ὦ. καὶ ἀτ. κηρῷ καταπλ.*

Ibd. 2 p. 16 C: *λόγοι ἀεὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον.* Scrib.: *κ ι χ ρ ά μ ε ν ο ι*, *mutuantes.*

Ibd. 4 p. 21 B:

Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα
καὶ πρὸς τὰ βατά· καὶ ὁπόθεν πένης ἀνὴρ
οὐδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἄν, ὧν ἐρᾷ, τυχεῖν.

Versus sunt Sophoclis ex Aleadis, servati etiam apud

χωρεῖν. C. 28 extr. p. 425 E Duebnerus *ἀτοπωτέραν* e codicibus, ut videtur, non recte pro *ἀτοπώτερον* posuit, c. 37 p. 431 A edidit: *Εἰ δ' ἀλλαχόθι που, κἂν τῆς 'Ακαδημίας*, cum recte superiores haberent: *Εἰ δὲ ἀλλαχόθι που, κἀνταῦθα τῆς 'Ακαδημίας.*

[1]) Paginarum numeros litterasque addo tantum, ubi longiora capita sunt et locus ab initio capitis longius remotus.

Stobæum (fr. 109 Dind.). In altero nuper substitutum βέβηλα, non recte sublata compositione τῶν ἀβάτων καὶ τῶν βατῶν, ceteris sine sensu relictis. Scribendum videtur:

καὶ πρὸς τὰ βατὰ χὤποι θέλει· πένης δ' ἀνὴρ
οὐδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἄν, ὧν ἐρᾷ, τυχεῖν.

Dives ad clausa penetrat; pauper ne si incidit quidem in expetita, potiri iis potest. (De c. 6 p. 22 C dictum est supra p. 375 ad Platonis Theæt. p. 164 A, de c. 6 p. 24 D supra p. 544 ad Strabon. VI p. 254.)

Ibd. 13 p. 34 D: καὶ πρὸς τὸν ἄσωτον οἷόν τε λέγεσθαι καὶ πρὸς τὸν αἰσχροκερδῆ. Scribendum: οἰητέον λέγεσθαι. Paulo post (p. 34 F), ubi est: χρήμασιν ἄριστε καὶ δείπνοις ἄριστε καὶ παισὶν ἢ ὑποζυγίοις ἄριστε καί, νὴ Δία, τῷ λέγειν ἐφεξῆς ἄριστε, scribendum: καί, νὴ Δία, ᾧ θέλεις ἐφεξῆς, ἄριστε. Optio datur.

De audiendo c. 2 scribendum: προακοῦσαι (pro προσακοῦσαι) περὶ τῆς ἀκουστικῆς αἰσθήσεως, tum p. 38 C in his: οὐ μόνον . . . διαμένει . . . ἀλλὰ καὶ διαστρέφοιτο πρὸς κακίαν ponendum: διαμενεῖ . . . διαστρέφοιτο ἄν (ἀλλὰ κἂν διαστρέφοιτο).

Ibd. 13 p. 44 B videntur tres voculæ ob similitudinem litterarum excidisse, cum sic scriptum esset: Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐκ φιλοσοφίας ἔφησεν αὐτῷ περιγεγονέναι τὸ μηδὲν θαυμάζειν, οὗτοι δὲ τὸ μηδὲν ἐπαινεῖν μηδὲ τιμᾶν, τὸ μὴ λίαν ἐν τῷ καταφρονεῖν τιθέμενοι καὶ τὸ σεμνὸν ὑπεροψίᾳ διώκοντες. Tum quod editur: τὸ μὲν ἐξ ἀπορίας καὶ ἀγνοίας θαῦμα . . . ἐξαίρει, fieri debet: ἐξ ἀπειρίας et ἐξαιρεῖ (cfr. ad quæstt. conviv IV, 2, 2). Deinde (C) scribi oportet: Τοῖς γὰρ ἀληθινῶς . . . ἀγαθοῖς τιμή τε καλλίστη τὸ τιμῆσαί τινα τῶν ἀξίων καὶ κόσμος εὐπρεπέστατος τὸ ἐπικοσμήσει (vulgo ἐπικοσμῆσαι) περιουσίᾳ δόξης καὶ ἀφθονίᾳ γιγνόμενον. Sequuntur paulo post (p. 44 F) hæc: ἧπου

λόγος ὑπ' ἀνδρὸς ἄλλως γέ πως δοκοῦντος . . . φιλοσόφου περαινόμενος οὐκ ἂν ὅλως καιρὸν ἀκροαταῖς εὐμενέσι παράσχοι πρὸς ἔπαινον. Alii codices παρασχεῖν. Requiritur verbum intercludendi significationem habens, id est, *παρακλείοι*. Tum autem necessario scribendum esse *ἁμωσγέπως* δοκοῦντος . . . φιλοσόφου, vel, quod sequitur, Platonicum ἀμηγέπη admonere debuerat. Eadem correctio alibi Plutarcho adhibita a Reiskio, Wyttenbachio, Schæfero, facienda restat quæstt. conv. IX, 14, 5 (ἁμωσγέπως μετέχει πιθανότητος). Rectum apud Plutarchum sæpe legitur.

De adulatore et amico c. 1: αὐτὸς αὑτοῦ ἕκαστος κόλαξ ὢν οὐ χαλεπῶς προσίεται τὸν ἔξωθεν, ὃν οἴεται καὶ βούλεται μάρτυν ἅμα αὐτῷ καὶ βεβαιωτὴν προσγιγνόμενον. Debebat esse προσγίγνεσθαι et omitti καὶ βούλεται. Sed aliam sententiam esse ostendunt proxima de βουλήσει et οἰήσει. Scribendum est enim: τὸν ἔξωθεν, ὧν οἴεται καὶ βούλεται, μάρτυν ἅμα αὐτῷ καὶ βεβαιωτὴν προσγιγνόμενον. (C. 2 p. 50 A interpungendum sic: Ἐπεὶ πῶς ἂν . . . προσιεμένην; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν.)

Ibd. 14 restituenda præpositio est, tollenda coniunctio, oratio melius interpungenda: σωφροσύνην γὰρ ὡς ἀγροικίαν ψέγουσιν ἐν ἀσώτοις, καὶ ἐν πλεονέκταις . . . καὶ πλουτοῦσιν ἀπὸ πραγμάτων . . . πονηρῶν αὐτάρκειαν καὶ δικαιοσύνην ὡς ἀτολμίαν καὶ ἀρρωστίαν πρὸς τὸ πράττειν. (Vulgo: πονηρῶν· αὐτάρκειαν δὲ καί.) Paulo post scribendum: Ἤδη δὲ καὶ ῥήτορός ἐστί *ποτε* κολακεία διασῦραι (vulgo: ἔστιν ὅτε κ. διασῦραι) φιλόσοφον.

Ibd. 22 p. 62 D: φιλίας . . . ἑταιρούσης καὶ περιπλεκομένης ἑτοιμότερον τῶν δεομένων. Vertunt quasi scribatur τοῦ δέοντος. Scribendum videtur: τῶν *αἰδουμένων*. Paulo post (E) in versibus comici videtur fuisse: ἂν μὴ ποιήσω πέπονα, *μαστίγου* μ' ὅλον. Qui se offert ad militem adulatione decipiendum, flagris se, nisi

eum mollem reddiderit, totum cædi iubet[1]). Tum (F) scribendum: οὐδεὶς γίνεται συνεργός, εἰ μὴ γεγένηται (pro γένηται) σύμβουλος πρότερον, postremo autem (p. 63 B): ὁ δὲ πανουργότερος ἐστι μὲν ἐν τῷ συνδιαπορεῖν καὶ τὰς ὀφρῦς συνάγει (pro συνέχειν aut συνάγειν) καὶ συνδιανεύει (pro συνδιανεύειν) τῷ προσώπῳ, λέγει δὲ οὐδέν.

Ibd. 24 p. 65 E mendum, quod Wyttenbachius subesse sensit, sic tollendum est: τὸ ἐν ψυχῇ νοῦν οὐκ ἐχούσῃ δι' εὐτυχίαν, οὐ δι' εὐφυΐαν, ὕψος καὶ φρόνημα. (V. δι' εὐτυχίαν ἢ δι' εὐφυΐαν.)

Ibd. 28 p. 69 A scribendum: ὥσπερ τοῦ Κλεάρχου τὸ πρόσωπον ὁ Ξενοφῶν . . . παρὰ τὰ δεινά φησιν ὁρώμενον εὐμενὲς . . . εὐθαρσεστέρους ποιεῖν (pro ἐποίει) τοὺς κινδυνεύοντας. Neque ipsa sunt Xenophontis verba neque ea poni ostendit verborum ordo. (Imperfectum est infinitivi tempus.)

Ibd. 33 p. 72 D: τοῦ ψόγου τὸ τραχὺ καὶ κελευστικόν. Imo: καυστικόν. Ibd. 36 p. 74 A: ἢ πρὸς ὁρμήν τινα βίαιον ἱσταμένους ἐξ ἐναντίας φερομένην... ἐντεῖναι κ. τ. λ. Scrib.: ἐξισταμένους, cedentes.

De profectibus in virtute sentiendis c. 1 p. 75 B: Οὐδὲ γὰρ ἐν μουσικοῖς τις . . . ἐπιδιδοὺς γνοίη. Addenda particula necessaria potentiali modo: Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐν μουσικοῖς, et iterum paulo post (E): τίς ἂν ἀγνοήσειεν (et præterea: ὥστε τὸν πρωῒ κάκιστον ἑσπέρας γεγονέναι κράτιστον, ἣν δὲ οὕτω τινὶ συντύχῃ τὰ τῆς μεταβολῆς, καταδαρθόντα φαῦλον ἀνεγρέσθαι σοφόν, ubi editur: ἤ, ἂν δὲ οὕτω κ. τ. λ.). Idem, qui hic, solœcismus, tacite toleratur c. 10 p. 81 D (ποθήσειας ἄν), de fort. Rom. c. 5 p. 318 D (ἆρ' οὖν ἄν ταύτην τις ἀρχὴν

---

[1]) In versibus comicorum et tragicorum Meinekium et Nauckium semper adhibitos esse, satis sit semel dixisse; itaque si quid in iis tento, nihil ibi, quod satisfaceret, repperi.

ποιησάμενος... ἐπάγοιτο), de amore frat. c. 16 (vid. ibi), amator. c. 23, 1 (*τίς ἂν ἀνάσχοιτο;*), quæstt. conv. IX, 14, 2, 3 (*ἄρ' ἂν ἡμῖν φράσειας*), cum princip. philosoph. c. 2, 2 (*ἐνοχλήσειεν ἄν*) et 4, 1 (*ἥδιον ἂν . . . ἐργάσασθαι*), non posse suaviter c. 8, 4 (*δόξειεν ἂν αὐτόθεν*). Mille locis recte scribitur. Hic autem paulo post (D) scribendum: *μεταβάλοι ἂν ὁ σοφός, εἰ, ἧς οὐδὲ ἐν χρόνῳ πολλῷ μέρος ἀφεῖλε κακίας, ἅμα πᾶσαν ἐξαίφνης ἀποπέφευγε.* (V. *ὁ σοφός· ἧς οὐδὲ κ. τ. λ.*)

Ibd. 3 p. 76 E: *κατὰ τὸν δοθέντα χρησμὸν . . . ὑπὸ τοῦ θεοῦ, πάντ' ἤματα καὶ πάσας νύκτας πολεμεῖν.* Inter *ἂν . . . συνειδῇς* natum est errore *πολεμῇς*.

Ibd. 5 p. 78: *αἴτε πρὸς αὐτοὺς ἐξαιρήσεις καὶ ἀνακρούσεις τοῦ φρονήματος . . . ταχεῖαι παρῶσι.* Fuerat: *ἐξαρνήσεις.*

Ibd. 7 p. 79 A: *Συμβαίνει δὴ τὸ τοῦ Ἀντιφάνους ὥς τις εἶπε τῶν Πλάτωνος συνήθων.* (*Περὶ* post *εἶπε* contra codices additur.) Scribendum videtur: *τὸ τοῦ Ἀντιφάνους ἢ ὅστις εἶπεν ἐπὶ τῶν Πλ. συνήθων.* Non plane constabat, quis dixisset. Paulo post in loco de Sophocle scribendum est: *τῆς αὑτοῦ* (pro *αὐτοῦ*) *κατασκευῆς.* Sophocles se dixerat primum Æschyli grandiloquentiam imitando (ut ita dicam) perlusisse et eluctatum esse, deinde suæ ipsius orationis formam austeram et artificiosam, nunc tertium iam dictionis genus sequi (*μεταβάλλειν*, hoc est, ut persæpe, mutando adsciscere; prave quidam *μεταλαβεῖν*, tempore etiam verbi perverso). Omitto, quæ in loco facili et certæ sententiæ argutati sint et deliquerint, qui de Sophoclis arte scripserunt.

Ibd. 8 p. 79 B scribendum: *οὕτως ὁ, τῶν ἄλλων . . . ἀναστρεφομένων, αὐτὸς εὑρίσκων τι, sic qui . . . invenit.* Vulgo deest articulus. Idem mendum erat in quæstt. conv. II, 10, 1, 6.

Ibd. 9: *εἰ χρώμεθα τῷ λόγῳ πρὸς ἑαυτοὺς μὲν δὴ χρηστικῶς, πρὸς ἑτέρους δὲ μὴ δόξης εἰκαίας ἕνεκα . . .*,

ἀλλὰ μᾶλλον ἀκοῦσαί τι καὶ διδάξαι. Ineptum χρῆσθαι χρηστικῶς et pravum δή. Scribendum: πρὸς ἑαυτοὺς μὲν δηκτικῶς (vid. c. 10 p. 81 A: τῷ δηκτικῷ καὶ πικρῷ χρῶνται πρὸς ἑαυτούς), deinde: ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ ἀκοῦσαί τι κ. δ. Tum c. 10 p. 81 C, ubi est: Τοῦτον γὰρ αὐτὸν εὐδοκιμοῦντα παρ' ἑαυτῷ μὴ καταφρονεῖν . . . δείκνυσι κ. τ. λ., scribendum: Τὸ γὰρ . . . μὴ καταφρονεῖν.

Ibd. 11 p. 82 B post ἀτυφίᾳ κενῇ addendum ἢ (ἐπιδεικνύμενος . . . καλλωπίζεται . . . ἢ διασκώπτων . . . οἴεται νεανιεύεσθαι). Deinde pro ἐγχρέμματα videtur substituendum ἐκστρέμματα, *distortiones*. (Ἐγχρίμματα nihil est.) Paulo infra (D) scribendum: καταφυγόντα δ' εἴσω. Ὅσῳ γάρ, εἶπεν, ἐνδοτέρῳ, sublato τὸ καπηλεῖον, quod additum est, cum εἴσω in εἰς corruptum esset.

De inimicorum utilitate c. 6: Τουτὶ μὲν οὖν ἔνεστι τῷ λοιδορεῖν . . . χρήσιμον· οὐκ ἔλαττον δὲ ἑτέρου τὸ λοιδορεῖσθαι. Wyttenb. ἕτερον. Debuerat: ἕτερον τῷ λοιδορεῖσθαι. C. 8 p. 90 D scribendum: Οὔτι μὴν τούτου . . . κάλλιόν ἐστι, τοῦ λοιδοροῦντος ἐχθροῦ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν (pro: οὔτε . . . τὸ λοιδοροῦντος). Appositione τοῦ . . . ἄγειν adiungitur ad τούτου. C. 9 p. 90 F cum Plutarchus scripsisset: καὶ παισὶν ἐχθροῦ καὶ οἰκείοις ἐν χρείᾳ γενομένοις (*liberis et propinquis*), ineptissime post οἰκείοις additum est πράγμασιν.

De amicorum multit. c. 2: ἡ τῆς πολυφιλίας ὄρεξις, ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν τῷ . . . πολλοῖς συμπλέκεσθαι τῶν πρώτων κρατεῖν μὴ δυναμένοις. Scribendum: ὥσπερ ἔρως ἀκολάστων γυναικῶν . . . κρατεῖν μὴ δυνάμενος.

Ibd. p. 94 B, una littera melius ceteris adiuncta, locus sic constituendus est: Ἐπεὶ δ' ἡ ἀληθινὴ φιλία τρία ζητεῖ μάλιστα, τὴν ἀρετὴν . . . ὡς ἀναγκαῖον (δεῖ γὰρ ἀποδέξασθαι κρίναντα καὶ χαίρειν συνόντα καὶ χρῆσθαι δεόμενον), ἅπαντα (v. ἃ πάντα) πι

πολυφιλίαν ὑπεναντιοῦται, καὶ μάλιστα . . . ἡ κρίσις. Σκεπτέον δὴ πρῶτον κ. τ. λ.

Ibd. 5 p. 95 B scribendum suspicor: *ἄλλον τρόπον! Ἄλλους ἐγείρει φροντὶς ἀνθρώπων* (pro: *ἄλλον τρόπος, ἄλλον*).

Ibd. 6 p. 95 E: *οὕτως ἐν τοῖς φίλοις χρήσιμον καὶ τὸ λειτουργεῖν πολλοῖς ἔνεστι καὶ τὸ συναγωνιᾶν κ. τ. λ.* Scribendum: *οὕτως ἐν τῷ πολλοῖς φίλοις χρῆσθαι καὶ τὸ λειτουργεῖν πολλοῖς ἔνεστι κ. τ. λ.*

Ibd. 7 pro *φίλων* scribendum *φίλῳ* (*Οὐκ ἔστι φίλῳ μὴ συναδικεῖσθαι καὶ μὴ συναδοξεῖν καὶ συναπεχθάνεσθαι*), c. autem 8 *τὴν τοιαύτην* pro *τὴν αὐτὴν* (*ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τὴν τοιαύτην φυλάττειν κοινωνίαν*).

De fortuna c. 3 p. 98 F: *κατ' Ἀναξαγόραν σφῶν τε αὐτῶν χρώμεθα καὶ βλίττομεν καὶ ἀμέλγομεν.* Scribendum videtur: *πόνῳ τε αὐτῶν χρώμεθα.* (De c. 4 dictum est p. 140.)

Ibd. 6 p. 100 A: *μὴ συρίζειν ἄμουσον ὄντα, μηδ' ἀναγιγνώσκειν ἀγράμματον, μηδὲ ἱππεύειν ἄνιππον.* Ad sibilandum nulla opus est musa aut musica; scrib.: *μὴ μινυρίζειν, cantillare.*

De virt. et vitio c. 4 p. 101 D: *οὐ βιώσῃ φιλοσοφήσας ἀηδῶς, ἀλλὰ πανταχοῦ ζῆν ἡδέως μαθήσῃ.* Scrib.: *φιλοχωρήσας.*

Consolat. ad Apollonium c. 1 verba quædam loco mota in suam sedem retrahenda, addito *ἤ*, sunt, non delenda: *Οὐδὲ γὰρ . . . εὐθὺς προσφέρουσι τὰς διὰ τῶν φαρμάκων βοηθείας ἢ (ἢ τὰς) διὰ τῆς τῶν ἔξωθεν ἐπιχρίστων ἐπιθέσεως, ἀλλ' ἐῶσι τὸ βαρῦνον τῆς φλεγμονῆς αὐτὸ δι' αὐτοῦ λαβεῖν πέψιν.*

Ibd. 6 p. 104 C: *ἐξ ἧς ἀφυΐα μὲν ψυχῆς νόσοι τε καὶ κήδεα καὶ μοῖρα θνητῶν ἐκεῖθεν ἡμῖν ἕρπει.* Post *ψυχῆς* excidit aliquid huiusmodi: *ἀσθένεια δὲ σώματος.* (C. 14 extr. fortasse fuit: *τρία ταῦτα ἔπη.*)

Ibd. 24: *Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσεν ἢ*

Πρίαμος αὐτὸς, εἰ προετελεύτησεν ἔτι ἀκμαζούσης αὐτῷ τῆς βασιλείας καὶ τῆς τοιαύτης τύχης ἧς ἐθρήνει. Nihil ad Troili et Priami comparationem (de qua a Callimacho sumpta Cicero Tusc. I, 93) pertinet adiuncta condicio; inania et perversa illa *ἧς ἐθρήνει.* Scribendum: *Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσεν ἢ Πρίαμος, καὶ Πρίαμος αὐτὸς, εἰ προετελεύτησεν ἔτι ἀκμ. αὐ. τ. β. κ. τ. τ. τύχης, ἧσσον ἂν ἐθρήνει, οἷα γοῦν κ. τ. λ.* Priamum ipsum, si stante fortuna regni mortuus esset, minus ploraturum fuisse dicit, qualia nunc deplorantem apud Homerum audimus. Frequentia sunt in his Plutarchi scriptis huius mendorum generis, de quo dixi supra p. 42 sqq., exempla, pauca ab aliis, plura a me ipso animadversa; vid. præcept. coniug. c. 25 (ubi Wyttenbachius in animadversionibus idem omnibus litteris posuit, in quod ipse incidi: *τῇ γὰρ αἰσχρᾷ σεμνὸν, εἰ φιλεῖται διὰ τὸ ἦθος, τῇ δὲ καλῇ, εἰ διὰ τὸ ἦθος μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος*), de superstit. c. 11, de glor. Athen. c. 3, de Iside et Osir. c. 17, de def. orac. c. 3, virt. doceri posse c. 3, quæstt. conv. VI, 3, 1, 3, VII, 8, 4, 9, IX, 3, 2, 4, de Stoic. repugn. c. 25, 1, adv. Stoic. c. 35, 4 et 42, 5, adv. Colot. c. 24, 4.

Ibd. 26 p. 115 A oratio sic interpungenda est: *Ἀλλ' εἰ λογίζοινθ', ὅτι παύσεται, τίνος γενομένου, προσαναλογίσαιντ' ἄν. Χρόνου δηλαδή. Τί ποιήσαντος; τὸ μὲν γὰρ γεγενημένον οὐδὲ θεῷ δυνατόν ἐστι ποιεῖν ἀγένητον· οὐκοῦν τὸ νῦν παρ' ἐλπίδα συμβεβηκὸς . . . ἔδειξε εἰωθὸς περὶ πολλοὺς γίνεσθαι δι' αὐτῶν τῶν ἔργων.* (V. *ἔδειξε τὸ εἰωθός.*) *Si considerarent, desiturum aliquando luctum, simul considerarent, quo facto (interposito) desiturus esset. Tempore nimirum. Quid igitur tempus effecturum?* (Proprie: *quid cum tempus effecisset?* Synt. Gr. § 198 a.)

Ibd. 27 p. 115 D scribendum: *οὕτως ἀναγκαζόμενον εἰπεῖν* (pro *ἀναγκαζόμενος*, et paulo ante cum Reiskio: *σιωπᾶν ἀρρήκτως*). Tum vero paulo post (E)

tollendum additamentum, ut scribatur: *ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ πρῶτον τῶν ἄλλων, ἀνυστὸν δὲ, τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα*: *post hoc autem et reliquorum* (excepto illo vere primo) *primum et quod fieri possit, natos mori quam primum.* (Nam ut omnino non nascantur, fieri non posse.) Adscriptum ad illud *τὸ μ. μετὰ τοῦτο* declarandum *δεύτερον* in alium locum devenit (*τῶν ἄλλων ἀνυστὸν, δεύτερον δὲ*).

Ibd. 29 (in versu Pythagorico): *ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην ἔχε μηδ' ἀγανάκτει.* (V. *ὧν ἂν . . . ἔχοις.*)

Ibd. 31 p. 117 E. Ambitus hic verborum: *καὶ ὅτι οἱ πλεῖστοι θάνατοι . . . τοῖς δὲ ἀκμάζουσι*, qui loco suo motus est, non, ut Wyttenbachius putavit, post *ἐκφυγεῖν* transferendus est, sed post *κακοτυχίαις*. Proxime pro *προειληφέναι* scribendum *ὑπειληφέναι* (*ὑπειλ., διότι βραχὺν χρόνον προειλήφασιν ἡμᾶς*). (De c. 33 init. dictum est ad Thucyd. VI, 21.)

Ibd. 34: *Σφόδρα ἦν ἐπιτετευγμένος ὁ νεανίσκος Ἀπολλώνιος ἐν μούσαις.* Codex D *Ἀπόλλωνι*, plures *καὶ μούσαις*. Scribendum: *Ἀπόλλωνι καὶ Μούσαις. Apollini et Musis aptus.*

Praecepta de sanit. c. 1 p. 122 D scribendum, sublato soloecismo: *μάλιστ' ἂν ἴδοις* pro *ἴδῃς*. Et c. 4: [illegible] *καὶ ἡγεμονικὴν* [illegible], sublato *καὶ* post *ἡγεμονικήν*.

Ibd. 8 restituendum e codicibus *ὄψεις ἡδονὰς* pro [illegible]. Sanitatis curam Plutarchus dicit et voluptatum causa adhibendam, quod morbus voluptatibus plus etiam quam actionibus peregrinationibus studiis literarum obsint. Itaque etiam recte Mezeriacus: *καὶ γὰρ* [illegible] pro [illegible].

Ibd. 9: [illegible] Mezer. pro [illegible]

οἱ πολλοὶ νῦν μὲν ἀέρας, νῦν δὲ χώρας ἐπιμεμφόμενοι νοσώδεις, ἀποδημίας τέ τινας λέγουσιν, ἐξαιρούμενοι τῆς αἰτίας τὴν ἀκρασίαν καὶ φιληδονίαν. Mire id, quod vulgo fit, comparatur cum vulgi consuetudine (καθ. οἱ πολλοί). Scribendum: καθάπερ οἱ αἰπόλοι, νῦν μὲν κ. τ. λ. Illi sic se dominis excusabant de malo fœtuum proventu. Præterea non ἀποδημίαι in hac re commemorabantur, sed ἐπιδημίαι (significatione apud medicos recepta). Verbum λέγουσιν, quod Mezer. et Wyttenbachius in λέγομεν mutabant, prorsus tollendum est; nam ad ipsos ægrotos ἐπιμεμφόμενοι pertinere debet, de quorum effugiis alioquin nihil dicitur. Infra p. 127 A scribi debet: Οὐδὲ γὰρ γεννᾷ τὸ ὑγιαῖνον σῶμα φύσει μεγάλας ἐπιθυμίας. Vulgo: γὰρ ἄγαν τὸ ὑγ. sine sensu.

Ibd. 10 scrib.: καθάπερ οἱ ἄθεοι (pro ἀγαθοὶ) ναύκληροι πολλὰ δι' ἀπληστίαν ἐμβαλόμενοι et c. 11 p. 127 F: Τοὺς δὲ πλείονας ἀκρασίᾳ καὶ μαλακίᾳ συνήγορον ἔχουσα παροιμίαν ἐλπὶς ἀναπείθει (pro ἀκρασία καὶ μαλακία). Utriusque loci vitium alii senserant; alterius auxit Wyttenbachius interposito καί post μαλακία. Sed idem recte in proximis ἐξελῶντας καὶ διαφορήσοντας pro ἐξελόντας καὶ διαφορήσαντας. (C. 12 init. τὸ σῶμα τοῦ προσφερομένου est *corpus eius*, *qui cibum capit*. Incredibiliter enim vertitur.)

Ibd. 13 p. 128 E scribi debet: οὐχ ἧττον ἐν ἡδοναῖς ἢ πόνοις (pro καὶ πόνοις) διατριβήν, c. autem 15 (14 Wytt.) p. 129 D: ἀλλὰ ταυτὶ τὰ φαῦλα καὶ κοινὰ μὴ παρέργως ἀκούοντα, πλῆθος καὶ κένωσιν (v. λείωσιν), κόπον, ἀγρυπνίαν, coll. c. 22 (20).

Ibd. 16 (15 W.) p. 130 B: Ὅτι γὰρ ἰσχύειν (recte Mez. ἰσχὺν) δίδωσι τὸ πνεῦμα, δηλοῦσιν οἱ ἀλεῖπται, τοὺς ἀθλητὰς κελεύοντες ἀντερείδειν ταῖς τρίψεσι καὶ παρακάμπτειν τείνοντας ἀεὶ τὰ πλασσόμενα μέρη . . . τοῦ σώματος. Aperte, ubi est παρακάμπτειν, requiritur aliquid de spiritu. Codices παρεγκύπτειν. Scrib.: παρεγ-

κάπτειν, simul spiritum retrahere, eademque correctio adhibenda fragmento de anima, quod Wyttenbachius comparat. Supra (A) in *περὶ ὀδόντων* subest unum substantivum pendens a *χρείαν*, sed non reperio; dentium mentio hinc alienissima.

Ibd. 20 (18 W.) p. 133 D: *μὴ εὐθὺς ὠμῇ καὶ ζεούσῃ τῇ τροφῇ βαρύνειν τὴν πέψιν, ἀλλ' ἀναπνοὴν καὶ χάλασμα ἔχειν.* Aut *ἔχειν ἐᾶν* aut tantum *ἐᾶν* poni debet. Paulo post (D) scribendum: *ἀγῶσι πρὸς ἅμιλλαν ἐπιδεικτικὴν καὶ νικητικὴν* (v. *ἢ κινητικὴν*) *περαινομένοις.*

Ibd. 22 (20) p. 134 B: *καθάπερ τὰ κοπτόμενα ῥεῖθρα.* Imo: *τὰ ἀνακοπτόμενα, quorum cursus retro cogitur.*

Præcept. coniug. c. 13: *πῶς οὐκ αἴσχιον ἑτέρων παρόντων . . . διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους; Δεῖ τὰς μὲν . . . φιλοφροσύνας ἀπορρήτους πρὸς τὴν γυναῖκα ποιεῖσθαι, νουθεσίᾳ δὲ . . . καὶ παρρησίᾳ μὴ χρῆσθαι φανερᾷ καὶ ἀναπεπταμένῃ.* Prave hæc tanquam contraria ponuntur (*τὰς μὲν . . . νουθεσίᾳ δέ*). Sed neque *δεῖ* neque *μὴ* in codicibus est. Scripsit igitur Plutarchus: *πρὸς ἀλλήλους, ἢ τὰς μὲν φιλ. ἀπορρήτους ποιεῖσθαι . . ., νουθεσίᾳ δὲ . . . χρῆσθαι φ. κ. ἀναπεπταμένῃ;*

Ibd. 34: *ὁ δὲ τῶν συγκαθευδόντων ἐκ διεστώτων.* Scrib.: *ὁ δὲ τῶν οὐ συγκαθευδόντων.* (*Μόνον* audiri nequit, et idem esset hoc genus atque superius.) C. 39 p. 143 E tollendum *καὶ* male participiis interpositum: *Ἡ γὰρ ὠδίνουσα δυσφοροῦσα πρὸς τοὺς κατακλίνοντας αὐτὴν ἔλεγε.* Tum scrib.: *Ἂν δὲ ἡ κλίνη γεννᾷ διαφορὰς καὶ λοιδορίας . . ., οὐ ῥᾴδιον κ. τ. λ.* Vulgo est *ἃ δέ*, quasi hoc genus lecti proprium sit.

Ibd. 42: *Τούτων δὲ πάντων ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος.* Scrib.: *ἱερώτερος.* Præcept. sanit. c. 8 p. 126 D Stobæus verum præbet: *ἀληθέστερον δέ.* Contra in conv. sept. sap. c. 15 contra Xylandri admonitionem et duos

codices retinetur πρεσβύτερον pro πρεσβύτατον. E φοβερώτατος (η) in vita Æmilii c. 28 et quæstt. conv. I, 2, 2, 2 factum est φοβερώτερον in apophth. p. 198 B. Cfr. ad Strab. V p. 223.

Conviv. septem sap. c. 8 p. 153 A pro κατὰ ταύτας scribi oportet κατ᾽ αὐτάς, c. autem 11 p. 154 E: ἐν ᾗ (πολιτείᾳ) τῶν ἄλλων ἴσων ὁριζομένων ἀρετῇ τὸ βέλτιον ὁρίζεται καὶ κακίᾳ τὸ χεῖρον (pro ἀρετὴ... κακία).

Ibd. 13 scrib.: Ἀλλ᾽ οὐ δεῖ (pro οὐδὲ) τοῦτο τὸ ποτήριον δημοτικὸν εἶναι, de logica necessitate et probabilitate, ut non raro apud Latinos *oportet*. Euripides Ion. 291: εὐγενῆ νιν δεῖ πεφυκέναι τινά. (De proximo loco, p. 155 F, dictum est p. 140.) Deinde p. 156 C pro νομίζομεν scribendum: νομίζοιμεν.

Ibd. 15: ἤ, εἰ τὸ μέγιστον εὐδοκεῖ, τὸ μηδὲ ὅλως τροφῆς δεῖσθαι. Scrib.: ἤ, εἰπέ μοι, μέγιστον οὐ δοκεῖ τὸ μ. ὅ. τ. δεῖσθαι; (Cod. Harl. ἢ τὸ μέγιστον οὐ δοκεῖ;) Notum est, εἰπέ μοι interponi etiam orationi, quæ ad plures convertatur. Paulo post coniunctis et expolitis aliorum emendationibus scribendum est: καὶ μάλιστα παρακειμένης τραπέζης, ἣν ἀναιροῦσι φιλίων θεῶν βωμὸν οὖσαν καὶ ξενίων. Ὡς δὲ Θάλης λέγει, τῆς γῆς ἀναιρεθείσης σύγχυσιν τὸν ὅλον ἕξειν κόσμον, οὕτω ἀναιρουμένης τροφῆς (ἀναίρεσις τροφῆς?) οἴκου διάλυσίς ἐστι. Voces plures loco motas vidimus consol. ad Apoll. c. 1 et 31.

Ibd. 17 extr.: λεκτέον εἰς ἅπαντας, ..., μᾶλλον δὲ ᾀκτέον ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους ὑπερφθεγγόμενον ὃν ἥκεις λόγον ἡμῖν κομίζων. Scribendum: μᾶλλον δὲ κρακτέον ἐστί, τοὺς ν. τ. διθυράμβους ὑπερφθεγγόμενον, ὃν κ. τ. λ. *Dicenda nobis apud omnes aut proclamanda est, quam affers, oratio, ita ut sono vincat novos hos dithyrambos.* Lucian. Toxar. c. 35: τὰ ἔργα ὑπερφθέγγονται τοὺς λόγους. Substantivum κεκράγματα restitui Plutarcho supra p. 23.

Ibd. 19 p. 162 D: *εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον*. Imo: *ἔσω*. Tum p. 163 A scribendum: *Μέμνημαι δὲ ... σωτηρίαν τινὰ ... γενέσθαι λεγομένην οὐκ ἀκριβῶς*· (v. *λεγόμενον ἀκριβῶς*·) *ἀλλ' ὁ Πιττακός, ἐπεὶ γιγνώσκει, δίκαιός ἐστι περὶ τούτου διελθεῖν*. (Hæc extrema Wytt. correxit.)

De superstitione c. 3 p. 165 E scrib.: *οὐδὲ τῇ ψυχῇ τότε γοῦν* (*tum saltem*, cum dormit, pro *ποτε γοῦν*) *δίδωσι ἀναπνεῦσαι*.

Ibd. 11 p. 170 F supplenda, quæ ob similitudinem vocum exciderunt, ad hunc modum: *καίτοι γε, ὥσπερ ὁ Τάνταλος ὑπεκδῦναι τὸν λίθον ὑπεραιωρούμενον [βούλοιτο ἄν, οὕτως ὁ δεισιδαίμων αἰωρούμενος] τῷ φόβῳ καὶ πιεζόμενος ἀγαπήσειεν ἂν κ. τ. λ.* Vulgo *ὑπαιωρούμενος* scribitur.[1])

Quæstionum Rom. c. 14 scrib.: *πότερον ὅτι τιμᾶσθαι δεῖ τοὺς πατέρας ὡς θεούς, πενθεῖσθαι δὲ ὡς τεθνηκότας*, sublatis additamentis, c. 19: *γίνεται γὰρ αὐτοῖς*

---

[1]) Apophthegmatum farraginem ex Plutarchi vitis ceterisque scriptis a duobus, ut videtur, hominibus corrasam, ab altero paulo diligentius ducum et imperatorum, ab altero Laconum Lacænarumque neglegentius, et aliunde auctam Wyttenbachius et Duebnerus mira inconstantia sic ediderunt, ut alia menda corrigerent, alia, quorum correctio ex ipsius Plutarchi altero loco sumi simpliciter poterat, relinquerent sine ulla notatione (ut p. 206 B: *πολίχνιον ... λυπρὸν ἐν ταῖς Ἄλπεσι περιερχομένου* pro *παρερχομένου*, ut scribitur Cæs. c. 11, p. 236 F *παραχωρεῖν τοὺς νεανίσκους* pro *νεανίσκοις*, ut est Lyc. c. 12). Ex iis, quæ celerrime percurrens annotavi, quattuor ponam. Nam p. 208 F. scribendum est: *κελεύσαντος, εἴπερ ἐστὶν ὃς δοκεῖ, στρατεύεσθαι*, p. 214 D: *παρὰ πολὺ μὲν Θηβαίων, παρὰ πολὺ δὲ Λακεδαιμονίων ἀμεινόνων ὄντων*, omisso *χειρόνων* post *Θηβαίων*, p. 221 F: *οὔτε τί αἰτήσαντα οὔτε δανεισάμενον*, p. 225 A: *ἐρωτώντων*· *Μήτι ἕτερον διέγνωκας ποιεῖν ἢ τὰς παρόδους κωλύειν; ἱέναι κωλύσων τῷ λόγῳ ἔφη, τῷ δ' ἔργῳ θανούμενος*. Cetera omitto.

τρόπον τινὰ *καινὴ* ἡ φύσις, c. 24: τρίτη δὲ περὶ τὴν πλήρωσιν αὐτῆς, πανσελήνου γενομένης (sublato τῇ post δέ), c. 46 p. 276 A: πολυωρητικὴν θεὸν, διαφυλακτικὴν (om. ἣν), c. 72: μηδ' *ἐπιπνεόμενον* (pro ἀναπνεόμενον), *ne cum affletur quidem*, c. 78 bis: *ἐφεῖναι* pro ἀφεῖναι, c. 80 fortasse: *σιτισμὸν* τὸν ἐντιμότατον (pro σίαστον ἐντιμ.), c. 83 p. 284 B: *βάρβαρος* τινος ἱππικοῦ θεράπων (pro: βαρβάρου τινὸς ἱ. θ.), c. 98: οὐδὲν ἄλλο πράττουσι *πρότερον* ἤ (pro πρῶτον ἤ, vid. ad præc. coniug. c. 42).

Quæstt. Græc. c. 20 scrib.: *ὤμου* τοῦ πάθους pro ὁμοῦ et c. 51 τῶν *ἄκρων* pro τῶν ἀγρῶν.

De fortuna Rom. c. 2 p. 316 F: ὁ τὴν Ῥώμην ὑποβαλόμενος χρόνος μετὰ θεοῦ τύχην καὶ ἀρετὴν ἐκέρασε. Scr.: ὑποβαλόμενος *ἀρχέγονος*. Paulo post p. 317 A scripsit Plutarchus: τῶν μὲν ἔτι μικρῶν καὶ σποράδην φερομένων διολισθαινόντων καὶ ὑποφευγόντων τὰς ... περιπλοκάς. Additum ante διολισθαινόντων alterum καί subiectum et prædicatum confundit; sequitur: τὰ ἁδρότερα καὶ συνεστηκότα ἤδη. Tum (B) faciendum: ἀμήχανος ἦν (pro ἡ) φορὰ καὶ πλάνη.

Ibd. 7 p. 319 F: ἐγὼ γὰρ καὶ Κλεοπάτραν τῇ τύχῃ Καίσαρος τίθημι. Aut ἐν τῇ τύχῃ scribendum aut, quoniam Duebnerus τῇ in codicibus non esse significat, *τύχην* Καίσαρος τίθ., *Cæsaris fortunæ partem*. (Aliud mendum ex hac pagina sublatum est p. 67 n.)

Ibd. 8 scribendum: τῶν *ἱδρυσαμένων* καὶ κτισάντων τὴν πόλιν, non ἐνιδρυσαμένων, ut extremo capite scribitur ἐν ἱδρύσει καὶ κτίσει πόλεως. (De c. 9 extr. dictum est p. 55, de c. 11 p. 323 F p. 54.)

Ibd. 11 p. 323 F: Τὰς δὲ νίκας ἀριθμοῦσιν ... νήσοις καὶ ἠπείροις προσορμιζομέναις τῷ μεγέθει τῆς ἡγεμονίας. Nulla hic ὅρμοις. Scrib.: *προσοριζομέναις*, *adiunctis* (finium continuatione). Eodem cap. extr. (Φίλιππος ... προηττημένος ἔπιπτε) scribendum videtur: *ἔκυπτε*, *capite demisso sedebat.*

Ibd. 12 p. 324 E: *οἱ μὲν εἰς Ῥώμην κατάραντες, ὑπὸ τῆς φυγῆς καὶ ταραχῆς συναναπλήσαντες τὸν δῆμον ἐξεπτόησαν.* Scrib.: . . . *κατάραντες ἀπὸ τῆς φυγῆς ταραχῆς ἀναπλήσαντες τὸν δῆμον ἐξεπτόησαν*, sublato *καί*. Paulo post (F), ubi est: *ἵνα . . . μηδ' . . . ὅπλοις ἀρχαιρεσιάζῃ τὰ τοῦ στρατοῦ*, fuit olim: *ὅπλοις ἀρχαιρεσιάζηται τοῦ στρατοῦ*. (Medium de Camillo sibi ipso comitia habente.) C. 13 p. 326 B mutandus (præeunte interprete Latino) accentus et una littera, ut sit: *ὁ δὲ ἄγων αὐτὸν* (non *ἀγὼν αὐτὸς*) *ὡς ἀληθῶς ἐπὶ* (non *ὁ ἐπὶ*) *πάντας ἀνθρώπους δόξης ἔρως*. Proxime ante scribendum: *οἱ πρόφασις* (*quo expeditionem suscipiendi*) pro *ὡς πρ.*

De Alexandri fortuna I, 3 scribendum: *ἔτι* (pro *ἐπὶ*) *τοῖς Φιλιππικοῖς πολέμοις ἐπέσπαιρεν ἡ Ἑλλάς.*

Ibd. 5 p. 328 D tollendum *καί* ante *Περσῶν*, ut hæc sit sententia: *Ὅμηρος ἦν ἀνάγνωσμα Περσῶν καὶ Σουσιανῶν, καὶ Γεδρωσίων παῖδες τὰς Εὐριπίδου . . . τραγῳδίας ᾖδον.* Paulo post p. 329 A scribendum (præeunte Reiskio, sed in forma aberrante): *αἷς ἐμπολισθείσαις* (et proxime ante cum Reiskio: *παροικοῦσαν*).

Ibd. 9 p. 331 C: *Πῶς γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγάλλεσθαι τραύμασι;* Excidit *οἴει* post *ἰδίοις*. Recte interpres Latinus.

Ibd. 10 p. 332 A: *καὶ τὴν Ἑλλάδα σπεῖραι, καὶ καταχέασθαι γένους παντὸς εὐδικίαν καὶ εἰρήνην.* Scrib.: *καὶ τὴν Ἑλλάδα κατασπεῖραι καὶ καταχέασθαι γένους παντὸς εὐδικίαν κ. εἰρ.* Adiectivum est *Ἑλλάδα* in poetico sermonis colore.

De Alex. fort. II, 2 p. 334 D: *καὶ τὸ ἔνδοξον αὐτῶν καὶ χάριεν τῷ τέρπειν δ' οὐκ ἦν εὐάλωτος εἰς τὸ μιμεῖσθαι.* Excidit vox, cum forma orationis huiusmodi esset: *ἐν τῷ τέρπειν εἰδὼς οὐκ ἦν εὐάλωτος εἰς τὸ μιμεῖσθαι.* Ipsum participium non præsto.[1])

---

[1]) C. 1 p. 334 C mire errant interpretando; *οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀντιτέχνοις*

Ibd. 6 p. 338 E: *Δαρεῖος γὰρ οὕτως ἐκινήθη πρὸς τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἡλικίαν.* Scrib.: *ὑπόπτως ἐκινήθη*, *suspicione commotus est.*

Ibd. 7 p. 339 E: *Καὶ μὴν καὶ Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος τρόπον τινὰ* (sic codd., non *τρόπῳ τινί*) *τῶν κακῶν ἔσχε τὴν ἀκρασίαν.* Addere conantur *αἰτίαν* (ante *τρόπον*); ea notio latet in altera voce: *τρόπιν τινὰ τῶν κακῶν ἔσχε*, *fundamentum et initium.* Mollit imaginem additum *τινά*. Cfr. Aristoph. vesp. 30. Sequuntur proxima hæc: *καὶ (Ἀντιγόνα) τὸν Φιλώταν ἁψάμενον αὐτῆς εἶχε μάλα. Καὶ δὴ ὁ σιδάρεος ἐκεῖνος* (codices *ἔκ τινος*) *πεπαινόμενος οὐκ ἐκράτει τῶν λογισμῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, ἀλλ' ἀνοιγόμενος ἐξέφερε πολλὰ τῶν ἀπορρήτων πρὸς αὐτήν.* Primum scribendum: *εἶχε. Μαλακίᾳ δὴ ὁ σιδάρεος . . . πεπαινόμενος.* Sed vix a poeta solum *σιδάρεος* transtulit Plutarchus, sed etiam substantivum imaginem continens, idque quod fuerit, ostendit participium *ἀνοιγόμενος*. Fuit: *Μαλακίᾳ δὴ ὁ σιδάρεος ἐχῖνος πεπαινόμενος κ. τ. λ.* Vas ferreum tabulas et arcana continens significatur voce e foro Attico sumpta.

Ibd. 8 p. 340 B oratio sic interpungenda: *Πῶς γὰρ οὐχί; Τὸν ἄτρωτον, ὦ Ζεῦ, . . . τὸν ἀστράτευτον χρεμετίσας ἵππος εἰς τὸν Κύρου θρόνον ἐκάθισεν, ὡς. . . . πρότερον*, sublato *ὅν* ante *χρεμετίσας*. Ironice affirmatur. Deinde notanda lacuna: *ἐπὶ θύρας αὐτῷ τὸ διάδημα τῆς Ἀσίας* (sic codices, non *τῆς βασιλείας*) *ἦλθεν, ὡς Παρύσατις *** · *** δια Βαγώαν κ. τ. λ.* Extremo capite ex *ἄρα Ἀλύνομος* satis emergit verum nomen *Ἀβδαλόνυμος*.

Ibd. 11 p. 342 D in Alexandri rebus testis a Plutarcho citatus erat non *Φύλαρχος*, sed *Κλείταρχος*, c. autem 13 p. 344 E scriptum: *ὅτι τύχης μέγαν ἀγῶνα καὶ ἀρετῆς θεᾶται*, non: *κατ' ἀρετῆς*.

ἐθέλουσιν εἶναι . . . καὶ καθαιροῦσιν est: *ne apud eos quidem qui æmuli esse volunt et . . . obtrectant.*

De gloria Atheniensium c. 2: *Τῷ γὰρ ὄντι γλαφυρῶς ὁ Παρρασίου (Θησεὺς) γέγραπται καὶ πεποίηται καί τι προσέοικε.* In *πεποίηται καί* latet dativus adiectivi aut participii; fortasse fuit: *καὶ ποικιλτικῷ τι προσέοικε.*

Ibd. 3 p. 347 B Plutarchus scripsisse videtur: *διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης*, verbis usus Thucydidis; repetitum ex superiore versu *συντάξεις* effecit, ut ex *ἀκρίτως* una remaneret syllaba *ως*. Deinde scribendum: *περιδεῶς συναπονεύων ... γραφικῆς ἐνεργείας ἐστίν. Ὥστε κ. τ. λ.* (Wyttenb. *συναπονεύοντες*.) Paulo infra (E) oratio propter idem vocabulum bis positum vitiata sic supplenda est: *οὐ γὰρ οἱ λόγοι ποιοῦσι τὰς πράξεις, ἀλλὰ διὰ τὰς πράξεις καὶ ἀκοῆς ἀξιοῦνται.*

Ibd. 6 extr.: *τοῖς δὲ νικήσασιν οὐ τρίπους ὑπῆρχεν, οὐκ ἀνάθημα τῆς νίκης ... ἀλλ' ἐπιπεισμάτων ἐκκεχυμένον βίον καὶ τῶν ἐκλελοιπότων κενοτάφιον οἴκων.* Scribendum sublata priore negatione: *τοῖς δὲ νικήσασι τρίπους ὑπῆρχεν, οὐκ ἀνάθημα τ. ν. ... ἀλλ' ἐπιπίεσμα ἐκκεχυμένων βίων καὶ τῶν ἐκλελοιπότων κενοτάφιον οἴκων.* Postrema restituit Reiskius, nisi quod *ἐπίσπεισμα* incommode effinxit; urget monumentum tanquam onus sumptibus adiectum.

Ibd. 7 p. 349 E: *Ἰωνίαν ἀνισταμένην ἐπεῖδεν ἡ Ἑλλάς.* Imo: *συνισταμένην.* Alterum vastatam, incolis eiectis, significat.

Ibd. 8 primum quod scribitur: *οἱ δὲ ῥήτορες ἔχουσί τι παραβαλλόμενοι πρὸς τοὺς στρατηγούς*, restituendum est, quod sententia requirit, *ἕλκουσί τι*, *pondus aliquod habent.* His subiungitur: *ἐξ ὧν εἰκότως* (pro *εἰκὸς ὡς*) *Αἰσχίνης σκώπτων Δημοσθένην λέγειν φησὶν κ. τ. λ.* Proxima correxi p. 140. Paulo autem infra, p. 350 E, *αὐτός* otiosum est, *ἐς Μαραθῶνα συνάψας μάχην* non Græcum, *τῇ ὑστεραίᾳ* quo referatur, non habet. Recta hæc erunt: *Μιλτιάδης μὲν γάρ, αἱρετὸς εἰς Μαραθῶνα, τῇ ὑστεραίᾳ τὴν μάχην συνάψας κ. τ. λ.* Postremo eodem cap. p. 351 B

adiuvari nonnihil Wyttenbachii emendatio potest sic: *'Αλλά, νὴ Δία, τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους ἄξιόν ἐστι τοῖς τοῦ στρατηγοῦ ἔργοις παραβάλλειν, ... ἐκείνου, ἢ τὸν πρὸς 'Αρεθούσιον περὶ ἀνδραπόδων τοῖς ἐξανδραποδισθεῖσιν ὑπ' ἐκείνου Σπαρτιάταις* (Codd., edd.: *ἐκείνου; πρὸς 'Αμαθούσιον περί*). Orationem adversus Nicostratum de Arethusii servis Plutarchus memoriæ errore adversus Arethusium habitam dixit. In proximis comparavisse videtur Demosthenis psephisma (*ἔγραψε*), quod ipse in oratione de corona § 25—29 gloriose commemorat, cum fœdere Argivorum, Mantinensium, Eleorum Alcibiadis artibus perfecto (Thucyd. V, 43 sqq.). Itaque scriptum fuerat: *ὅτι τοὺς ἐπὶ τοὺς ὅρκους ἔγραψε ἰέναι τὴν ταχίστην*. Cetera non expedio.

De[1]) Iside et Osir. c. 2 p. 352 A: *ὃν ἡ θεὸς συνάγει . . . βρωμάτων πολλῶν καὶ ἀφροδισίων ἀποχαῖς κολουούσαις τὸ ἀκόλαστον καὶ φιλήδονον, ἀθρύπτους δὲ . . . ἐν ἱεροῖς λατρείας ἐθιζούσαις ὑπομένειν*. Scrib.: *κολούουσα . . . ἐθίζουσα*. Prius participium ad *ἀποχαῖς* accommodatum est, secutum alterum (etsi olim edebatur *ἐθιζούσης*).

Ibd. 10 extr. excidit aliquid huiusmodi: *Τίκτουσι δὲ τὸν γόνον εἰς ὄνθον, ὃν σφαιροποιοῦσιν κ. τ. λ.* (C. 11 extr. pro solœco *ἀποφεύξοιο* scrib. *ἀποφευξῇ*. De c. 15 dictum p. 67 n.)

Ibd. 17 extr. primum scribendum est: *ἀλλ' οἰόμενοι δεῖν οἰνουμένους* (pro *ἀλλ' οἰομένους*) *παρακαλεῖν αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς παροῦσι κ. τ. λ.* Deinde orationem sic institutam continuans pro verbis sensu cassis *οὐ χάριν ἐπὶ κῶμον ἐπεισάγουσι* coniectura ductus scripseram: *ἄχαριν ἐπίκωμον ἐπεισάγουσι*. Aliquot mensibus post hæc legi conviv. sept. sap. c. 2 p. 148 A: *'Ο δὲ*

---

[1]) In hoc libro comparavi exemplum Partheii. Non pauca hic præter alios (Mezeriacum et Reiskium) bene correxit Marklandus.

Αἰγύπτιος σκελετὸς, ὃν . . . προτίθενται καὶ παρακαλοῦσι μεμνῆσθαι τάχα δὴ τοιούτους ἐσομένους, καίπερ ἄχαρις καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἥκων, ὅμως κ. τ. λ.

Ibd. 22: *ἀξίωμα τῇ δόξῃ θεότητος ἐπιγραψαμένων.* Scr.: *ἀξιώματι δόξην θεότητος ἐπιγρ.*, *qui dignitati opinionem divinitatis addiderunt.*

Ibd. 29 p. 362 D: *Πλάτων τὸν Ἅιδην ὡς αἰδοῦς υἱὸν τοῖς παρ᾽ αὐτῷ γενομένοις καὶ προσηνῆ θεὸν ὠνομάσθαι φησί.* Scrib.: *ὡς αἰδέσιμον τοῖς παρ᾽ αὐτῷ γενομένοις,* etsi videtur Plutarchus aliorum nominis originationem cum Platonis confudisse.

Ibd. 36 p. 365 C: *ὁ προστιθέμενος τῷ μύθῳ λόγος . . . ἐνταῦθα δὲ παραχωρεῖ, διδάσκων, ὅτι κ. τ. λ.* Scr.: *ἐνταῦθα δὴ περιχωρεῖ*, *huc (in hoc) exit.*

Ibd. 38 p. 366 C: *αἰνίττονται τὸ παντελὲς τῆς γῆς ἄγονον καὶ ἄκαρπον ὑπὸ στερρότητος.* Significatur sterilis terræ pars, quæ respondeat notioni Nephthyis supra positæ; videtur fuisse: *τὸ ἐπ᾽ ἀνατολαῖς τῆς γῆς ἄγονον.* (C. 39 p. 366 E, ubi editur: *βοῦν γὰρ Ἴσιδος εἰκόνα καὶ γῆν νομίζουσιν,* necessaria correctio, *γῆς*, Wyttenbachio in mentem venerat, sed spreta est.)

Ibd. 40: *Εἰ δὲ ταῦτα λέγεται μὴ παρ᾽ αὐτοῖς εἰκότως οὐδ᾽ ἐκεῖνον ἄν τις ἀπορρίψειε τὸν λόγον κ. τ. λ.* Videtur subesse: *παρὰ τὸ εἰκὸς, οὐδ᾽ ἐκεῖνον κ. τ. λ.*

Ibd. 41 p. 367 D: *τὸν δὲ ἥλιον ἀκράτῳ πυρὶ κεκληρωκότα θάλπειν τε καὶ καταναίνειν τὰ φυόμενα.* Litteris recte divisis et leniter correctis efficitur: *ἀκράτῳ πυρὶ καὶ σκληρῷ καταθάλπειν κ. τ. λ.*

Ibd. 42 extr. p. 368 B scribendum: *καὶ τοὔνομα πολλὰ φράζειν, οὐχ ἥκιστα δὲ κράτος ἐνεργοῦν καὶ ἀγαθοποιὸν, λέγουσι.* (Vulgo: *φράζει, οὐχ ἥκιστα . . . ἀγαθοποιὸν, ὃ λέγουσι.*)

Ibd. 52 p. 372 C oratio sic interpungenda: *καὶ καλεῖται ζήτησις Ὀσίριδος ἡ περιδρομὴ* (bovis circum templum circumlatio), *τοῦ ἡλίου τὸ ὕδωρ χειμῶνος τῆς*

θεοῦ ποθούσης, ex quo sequitur, ut scribatur: τοῦ ἡλίου τὸ φῶς. Nam imbres æstate Ægyptum irrigantes ὕδωρ ἡλίου appellari non possunt. Paulo post (D: τὸν δὲ ἥλιον πᾶσι τούτοις προτρέπεσθαι καὶ θεραπεύειν οἴονται) corruptum est, ut alibi, omissa littera προστρέπεσθαι verbum, in quo supplicandi et adorandi significatio est. Restituendum idem adv. Colot. c. 17, 3 (προστρέπεσθε καὶ καθυμνεῖτε) et προστροπαῖς pro προτροπαῖς de ser. num. vind. c. 17 sub. fin. De fortun. c. 4 in Sophoclis fragmento versus verum defendit. Errabatur ante Reiskium in vita Dionis c. 29; alio modo in vita Cleom. c. 39.

Ibd. 53: τὴν δ' ἐκ τοῦ κακοῦ φεύγει καὶ διωθεῖται μοῖραν. Scr.: πεῖραν.

Ibd. 54 extr. et 55 init. oratio sic continuanda et interpungenda est: οὐ γὰρ ἦν κόσμος, ἀλλ' εἴδωλόν τι καὶ κόσμου φάντασμα μέλλοντος· ὁ δὲ Ὧρος οὗτος αὐτός ἐστιν, ὡρισμένος καὶ τέλειος κ. τ. λ. *Horus autem hic ipse est* (mundus, non eius futuri φάντασμα), *finitus cet.* Prorsus aberrant et ceteri et Wyttenbachius.

Ibd. 55 p. 373 D: Ὅθεν ἐκείνη μὲν ἀσθενὴς . . . ἐνταῦθα, φυρομένη καὶ προσπλεκομένη τοῖς παθητικοῖς καὶ μεταβολικοῖς μέλεσι σεισμῶν μὲν ἐν γῇ . . ., αὐχμῶν δὲ ἐν ἀέρι . . . δημιουργός ἐστι. Scrib.: Ὅθεν ἐκεῖ μὲν ἀσθενὴς. . ., ἐνταῦθα δέ, φυρομένη . . . μεταβολικοῖς μέρεσι, σεισμῶν κ. τ. λ. (Proxime ante in ἀνεπλήρωσε pro ἀνεπήρωσε retinendo specimen habeas timidæ et incerto iudicio trepidantis Wyttenbachii criticæ, quem Duebnerus sequitur.)

Ibd. 56 p. 373 F excidisse videtur θαυμάσαι (τῶν τριγώνων τὸ κάλλιστον θαυμάσαι, μάλιστα . . .).

Ibd. 58 extr. non intellexerunt editores Plutarchi sententiam. Quod Isis desiderare Osiridem dicitur, non ideo separata ab eo et prope contraria (ὑπεναντία) cogitanda est. Nam et vir iustus simul et amat iustitiam et

eam habet et uxor casta et habet virum et *ποθεῖ*. Scribendum est: *ὥσπερ ἄνδρα νόμιμον καὶ δίκαιον ἐρᾶν δικαιοσύνης καὶ γυναῖκα χρηστὴν, ἔχουσαν ἄνδρα καὶ συνοῦσαν, ὅμως ποθεῖν λέγομεν, οὕτως ἀεὶ γλιχομένην* (*τὴν θεὸν διανοεῖσθαι χρὴ*) *ἐκείνου, καίπερ ἐκείνῳ παροῦσαν* (vulgo: *καὶ περὶ ἐκεῖνον παροῦσαν*) *καὶ ἀναπιμπλαμένην κ. τ. λ.*

Ibd. 59 scribendum: *Ὅπου δὲ ὁ Τύφων παρεμπίπτει τῶν ἐσχάτων ἁπτόμενος, ἐνταῦθα δοκοῦσαν ἐπισκυθρωπάζειν καὶ πενθεῖν λέγομεν* (pro *λεγομένην*) *καὶ λείψανα ἄττα . . . ἀναζητεῖν κ. τ. λ., etiam lugere* (non solum *ποθεῖν*); coniungenda hæc proxime cum superioris capitis fine.

Ibd. 65 p. 377 B scribendum est: *τὰ περὶ τοὺς θεοὺς τούτοις* (*ταῖς καθ' ὥραν μεταβολαῖς τοῦ περιέχοντος ἢ ταῖς καρπῶν γενέσεσι*, pro *τούτους*) *συνοικειοῦντες κ. τ. λ.* Accommodat se Plutarchus invitus ad eorum opinionem, qui fabulas de diis naturæ vicissitudines significare putabant. Paulo post (C) *ἑορτάζει* (*Ἁρποκράτης*) pro *ἑορτάζειν* scribendum est.

Ibd. 76 (77 W.) p. 382 B: *ἄλλως τε ἔσπακεν ἀπορροὴν καὶ μοῖραν ἐκ τοῦ φρονοῦντος.* Opinor: *ἄλλων τε.* (Schleiermacherus *ἄλλοθεν ἔσπακεν.*)

Ibd. 80 (81 W.) scribendum est: *Τὸν δ' ἀριθμὸν, εἰ καὶ πάνυ δοκεῖ, τετράγωνος ἀπὸ τετραγώνου . . . ., ἀγάλλεσθαι* (pro *ἀγαγέσθαι*) *προσηκόντως, ἐλάχιστα ῥητέον εἴς γε τοῦτο συνεργεῖν.* Gloriatur numerus singulari præstantia.

De Ei Delphico c. 1 scribendum: *Ὅρα δὴ* (e cod. pro *ἄρα δὴ*, probante etiam Wytt.), *ὅσον . . . τὰ χρηματικὰ δῶρα λείπεται τῶν ἀπὸ σοφίας, ἃ καὶ* (vulgo *σοφίας, καὶ*) *διδόναι καλόν ἐστι καὶ διδόντας ἀνταιτεῖν κ. τ. λ.*

Ibd. 2 extr.: *ὧν οὐδενὸς ἧττον οἶμαι γόνιμον λόγον εἶναι τὸν νῦν ζητούμενον.* Scrib.: *γόνιμον*

λόγων εἶναι τὸ νῦν ζ. Hæc quæstio non minus πλῆθος λόγων gignere poterit quam superiora illa.

Ibd. 7 extr.: *Ταῦτα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἔλεγεν· οὐ παίζων ὁ Εὔστροφος, ἀλλ' ἐπεὶ τηνικαῦτα προσεκείμην τοῖς μαθήμασιν ἐμπαθῶς, τάχα δὲ μέλλων εἰς πάντα τιμήσειν τὸ μηδὲν ἄγαν, ἐν Ἀκαδημίᾳ γενόμενος.* Scribendum: τάχα δ' ἢ μᾶλλον.

Ibd. 8 s. f., p. 388 D: *ἰδίως δὲ (συμβέβηκε τῇ πεντάδι) τὸ κατὰ σύνθεσιν ἑαυτὴν ἢ δεκάδα ποιεῖν παρὰ μέρος ἐπιβαλλούσης αὐτῇ καὶ τοῦτο γίγνεσθαι μέχρι παντός.* Scribendum, ut sententia efficiatur: ἑαυτὴν ἢ δεκάδα ποιεῖν παρὰ μέρος ἐπιβαλλούσῃ ἑαυτήν, καὶ τ. γ. μ. π., *ut se et denarium numerum alternatim efficiat se adiiciens.* (5 + 5 = 10, + 5 = 15 et sic porro, ut quinque addendo alternis quinarium habeas numerum 5, 15, 25, alternis denarium 10, 20, 30.) Deinde pro φυλάττουσαν scr.: ἐναλλάττουσαν, *alternantem.* (W. διαλλάττουσαν.)

Ibd. 9 p. 389 A: *καὶ φθορὰς τινας καὶ ἀφανισμοὺς, [καὶ] τὰς ἀποβιώσεις καὶ παλιγγενεσίας, οἰκεῖα ταῖς εἰρημέναις μεταβολαῖς αἰνίγματα . . . περαίνουσι.* Sic Duebnerus, codicum, opinor, scripturam significans, ex qua efficitur: ὄντας ἀποβιώσεις καὶ παλιγγενεσίας. Sed ut φθοραί recte ἀποβιώσεις intelleguntur, sic ἀφανισμοί non sane παλιγγενεσίας significare videntur. Fuitne: ἀναφανισμούς? etsi alibi id nomen non reperitur.

Ibd. 13 p. 390 D: *καὶ μῆκους μὲν προϋφίσταται στιγμὴ κατὰ μονάδα ταττομένη, μῆκος δ' ἀπλατὲς ἡ γραμμὴ καλεῖται καὶ μῆκός ἐστιν.* Inepte ante hæc καὶ μῆκός ἐστιν iam ponitur μῆκος. Scripserat Plutarchus: κατὰ μονάδα ταττομένη, πολλάκις δὲ ταττομένη γραμμὴ καλεῖται καὶ μ. ἐ. Omissis pervagato errore tribus verbis irrepsit in eorum locum annotatio adscripta, hoc esse ἀπλατὲς μῆκος, cui contraria adiungatur ἡ ἐπὶ

πλάτος γραμμῆς κίνησις. (De c. 15 p. 391 C dictum est p. 141.)

Ibd. 19 extr.: *τοῦ μένειν ἐν τῷ εἶναι μὴ πεφυκότος.* Imo: *ἐν τῷ εἶναι ἐμπεφυκότος.* Cfr. proxime superiora: *οὐδὲν αὐτῆς μένον οὐδὲ ὂν ἐστιν, ἀλλὰ γιγνόμενα πάντα καὶ φθειρόμενα.*

De Pythiæ oraculis c. 2 (de hospite statuas in templo Delphico contemplante): *ἐθαύμαζε δὲ τοῦ χαλκοῦ τὸ ἀνθηρὸν . . . ὥστε καὶ πέμψαι τι πρὸς τοὺς ναυάρχους . . . οἷον ἀτεχνῶς θαλαττίους τῇ χρόᾳ ἑστῶτας.* Scr.: *καὶ σκῶψαί τι.* (De c. 3 p. 395 E vid. p. 26 n.) C. 5 p. 396 C pro: *οὐχ ἧττον αὐτῷ τὸ καλὸν . . . μετεῖναι* scribendum: *αὐτῷ καλόν.*

Ibd. 7 s. f.: *πέπαυται τὸ μαντεῖον ἔπεσι καὶ λόγοις χρώμενον.* Imo: *ἔπεσι καὶ ἐλέγοις* (distichis). Vitium alii senserant, non correxerant.

Ibd. 11 p. 399: *καὶ τὰ περὶ τῆς νήσου πάλιν, ἣν ἀνῆκεν ἡ πρὸ Θήρας καὶ Θηρασίας θάλασσα καὶ περὶ τὸν Φιλίππου καὶ Ῥωμαίων πόλεμον.* Sequitur oraculum de insula; una enim res significatur tempore notato: *θάλασσα κατὰ τὸν Φιλίππου κ. Ῥ. πόλεμον.*[1])

Ibd. 16 p. 401 F: *Ὀπούντιοι συναγαγόντες ὅσον ἀργύριον ὑδρίαν ἀνέπεμψαν ἐνθάδε τῷ θεῷ.* Scrib.: *ὅσιον ἀργύριον*, *profanum* nec sacrilegio contaminatum. (Lacuna præter eas, quas alii in hoc libro notarunt, notanda est etiam c. 19 init. post *τῶν δ' ἐνταῦθα.*)

Ibd. 24 p. 406 D: *οὐδ' ἀπήλαυνεν ἐνθένδε τιμωμένην μοῦσαν τοῦ τρίποδος.* Imo: *ἠτιμωμένην*, *honore tripodis privatam.*

---

[1]) In oraculo ad Agesilaum pertinenti, quod proxime præcedit quodque etiam in Lysandri vita et in Agesilai ponitur, vera est scriptura apud Pausaniam servata: *μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάστῃ χωλὴ βασιλεία.* In Plutarchi scriptura deest obiectum verbi *βλάψῃ* nec recte dicitur *σέθεν ἀρτίποδος* omisso *οὔσης.*

Ibd. 26 p. 407 E scribendum videtur: *Ἦν δ' ἄρα ἃ ἔδει καὶ τυράννους ἀγνοῆσαι καὶ πολεμίους μὴ προαισθέσθαι.* V. abest *ἃ ἔδει.*

Ibd. 29 p. 408 F: *πρὸς δὲ πίστιν ἐπισφαλὴς καὶ ὑπεύθυνος.* Sententia postulat *ἀνεπισφαλής*, quod vocabulum e Themistio annotatur. Paulo post (p. 409 A) post *οἰκοδομημάτων κάλλεσι καὶ κατασκευαῖς Ἀμφικτυονικαῖς* excidit verbum (*ἐκοσμήθη* aut simile).

De defectu oraculorum c. 3 p. 410 D: *Καίτοι καὶ ὑμῖν οὐ μικρὸν ἀποδείκνυται πρᾶγμα, λεαίνεσθαι ξυρῷ τὰ σώματα τοὺς ἥρωας, ἐντυχόντες γὰρ Ὁμήρῳ ξυρὸν ὀνομάσαντι.* Deest caput rei, parvi indicii mentio. Scrib.: *Καίτοι καὶ ὑμεῖς μικρῷ τεκμηρίῳ οὐ μικρὸν ἀποδείκνυτε πρᾶγμα, λ. ξ. τ. σ. τ. ἥ., ἐντυχόντες παρ' Ὁμήρῳ ξυρὸν ὀνομάσαντι* (Nestori). *Ὑμεῖς* et *ἀποδείκνυτε* Mezeriaco debentur.

Ibd. 4 init. scribendum: *Παρὼν οὖν ἀνεφώνησεν Ἀμμώνιος ὁ φιλόσοφος· Οὐ τῷ ἡλίῳ μόνον εἶπε, ἀλλὰ τῷ οὐρανῷ παντί.* Codices *εἰπεῖν*, Xylander *εἶπεν*. Eodem cap. p. 411 B scribendum videtur: *Αἱ γὰρ ἐκλείψεις ἐλέγξουσιν, αὐτοῦ τε (τοῦ ἡλίου) τῇ σελήνῃ πλεονάκις ἐπιβάλλοντος καὶ τῆς σελήνης γῆς σκιᾷ* (pro *τῇ σκιᾷ*). Ex illo solis, ex hoc lunæ defectus.

Ibd. 5 p. 411 F. Locus, magna ex parte a Wyttenbachio ex Herodoto (VIII, 135) et Pausania (IX, 23) emendatus, sic scribendus et supplendus videtur: *Καίτοι περὶ τὰ Μηδικὰ μὲν εὐδοκίμησεν οὐχ ἧττον τὸ τοῦ Πτώου καὶ τὸ τοῦ Ἀμφιάρεω* (quam Lebadiense)· *ἀπεπειράθη δὲ Μῦς* (pro *μὲν*), *ὡς ἔοικεν, ἀμφοτέρων. Ὁ* (pro *Ὡς ὁ*) *μὲν οὖν τοῦ Πτώου μαντείου προφήτης, φωνῇ Αἰολίδι χρώμενος τὸ πρὸ τοῦ, τότε* (pro *τὸ πρὸς τοὺς*) *βάρβαρον χρησμὸν ἐξήνεγκεν, ὥστε μηδένα συνεῖναι ἄλλον* (pro *ἁγίων*) *τῶν παρόντων, μόνον δ' ἐκεῖνον, ὡς τοῦ ἐνθουσιασμοῦ τι τοῖς βαρβάροις*

μέτεστιν (pro οὐκ ἔστιν), οὐ δέδοται δὲ φωνὴν Ἑλληνίδα λαβεῖν τὸ προσταττόμενον ὑπηρετοῦσαν.

Ibd. 7 p. 413 A scrib.: πῶς οὐχὶ καὶ τόδε (hoc Delphicum, pro τότε) ἀπείρηκεν. Eodem cap. p. 413 C: Παῦε . . . παροξύνων τὸν θεόν· εὐόργητος γάρ ἐστι καὶ οὐ πρᾶος, κατεκρίθη δὲ θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν, ὥς φησιν ὁ Πίνδαρος. Scrib.: καὶ πρᾶος. Negationem addidit, qui εὐόργητον putabat dici facilem ad irascendum, oblitus, quæ sit εὐοργησία.

Ibd. 10 extr. scrib.: πάλιν ἐν σώμασι (v. πάλιν σώμασι) θνητοῖς . . . ἀμυδρὰν ζωὴν . . . ἴσχειν.

Ibd. 24 p. 423 E, ubi in quæstione, unus pluresne sint mundi, agitur, quatenus mundus ποιός sit dicique possit, sic fere scribendum est: Οὐδὲν γὰρ ἐν ἀριθμῷ τῶν ὄντων ἐστὶν, οὗ μὴ (sic Wytt. pro οὐδὲ μὴν) λόγος ὑπάρχει κοινὸς, οὐδὲ τυγχάνει τῆς τοιᾶσδε προσηγορίας, ὃ μὴ κοινῶς ποιὸν ἢ ἰδίως (v. κοινῶς ποιὸν ἰδίως) ἐστίν· ὁ δὲ κόσμος οὐ λέγεται κοινῶς εἶναι ποιός· ἰδίως τοίνυν (codices: κοινὸς εἶναι ποῖοι δ' ὡς τοίνυν) ποιός ἐστιν ἐκ διαφορᾶς τῆς πρὸς ἄλληλα συγγενὴς (?) καὶ μονοειδὴς γεγονὼς τοιοῦτος. Relinquitur aliqua repugnantia, quod initio omnia, quæ sint, κοινὸν λόγον habere (sub notionem generis cadere) dicuntur, deinde mundus excluditur, orta, ut videtur, ex eo, quod scriptor ipse non decreverit, utrum ἐν ἀριθμῷ τῶν ὄντων mundum poneret an ita singulas mundi res significaret.

Ibd. 26: Εἰ δὲ καὶ βιάσαιτό τις αὐτὸν λόγῳ βίᾳ κινούμενον ἄπειρον τολμῆσαι. Scribendum videtur: Εἰ δὲ καὶ βιάσαιτό τις αὐτοῦ λόγου βίᾳ (*repugnante ipsa ratione*) κενοῦ μέσον ἀπείρου τι νοῆσαι. Et κενοῦ μέσον iam Xylander; νοῆσαι Wyttenbachio in mentem venit. Paulo post pro ἀλλ' ὅμως ἄπορόν ἐστιν scribendum: ἀλλ' ὁμοίως ἄπορόν ἐστιν.

Ibd. 27 p. 425 B: εἴ τις ἔλεγε κόσμον εἶναι τὸν ἐν αὑτῷ σελήνην ἔχοντα καθάπερ ἄνθρωπον ἐν ταῖς

πτέρναις τὸν ἐγκέφαλον φοροῦντα. Scribendum: κόσμον εἶναι ἡλίου ἐπάνω σελήνην ἔχοντα.

Ibd. 32 p. 427 C scribendum: Ὅπου μὲν γὰρ πυραμὶς ὑποστήσεται πρῶτον, ὅπου δ' ὀκτάεδρον, ὅπου δ' εἰκοσάεδρον. Codices et editiones: πυραμὶς (ὑπέστησε γὰρ πρῶτον), ὅπου δ' ὀ. κ. τ. λ. (C. 40 p. 432 C correxi supra p. 23 n.)

Ibd. 41 s. fin. (de sacro Apollinis Tarsensis gladio): ὡς ὁ Κύδνος μᾶλλον ἐκκαθαίρει σίδηρον ἐκεῖνον οὔτε ὕδωρ ἄλλο τὴν μάχαιραν ἢ ἐκεῖνο. Utramque partem miraculi habebimus, ubi sic scripserimus: ὡς οὔτε Κύδνος ἄλλον ἐκκαθαίρει σίδηρον ἢ ἐκεῖνον οὔτε ὕδωρ ἄλλο τὴν μάχαιραν ἢ ἐκεῖνο.

Ibd. 43 p. 434 A scribendum: εἶτα πάλιν ἥκει (pro ἐκεῖ) διὰ χρόνων ἐπιφαινόμενα τόποις τοῖς αὐτοῖς (v. omittitur τόποις) ἢ πλησίον ὑπορρέοντα. (C. 46 extr.: Περιμενεῖς δέ;)

Ibd. 47 p. 436 A: οἷον εὐθὺς ἡ περιβόητος ἐνταῦθα τοῦ κρατῆρος ἕδρα . . . αἰτίας μὲν ἔχοντος ὑλικὰς πῦρ καὶ σίδηρον . . ., τὴν δὲ κυριωτέραν ἀρχὴν . . . τῇ τέχνῃ . . . παρέσχε. Scrib.: αἰτίας μὲν ἔσχε τὰς ὑλικὰς πῦρ καὶ σίδηρον.

De virt. mor. c. 1 scribendum: Περὶ τῆς ἠθικῆς λεγομένης ἀρετῆς καὶ δοκούσης, ᾧ δὴ μάλιστα τῆς θεωρητικῆς διαφέρει, τὸ μὲν πάθος ὕλην ἔχειν, τὸν δὲ λόγον εἶδος κ. τ. λ. Vulgo διαφέρει, τῷ τὸ μὲν πάθος.

Ibd. 6 p. 445 C cetera post ὑπείκοντι incerta sunt, hoc certum, alterius partis sententiæ hanc fuisse formam: ἐγκράτεια δέ, οὐ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἀλύπως ἄγει κ. τ. λ.

Ibd. 10 p. 449 D: εἰ μὲν ἄλλῃ πῃ παρορῶσι τὸ ἀληθές, οὐκ ἔστι καιρὸς . . . διελέγχειν· ἐν δὲ τοῖς πλείοσι φαίνονται κομιδῇ παρὰ τὴν ἐνάργειαν ἐνιστάμενοι τῷ λόγῳ. Scribendum esse ἐν δὲ τοῖς πάθεσι, quæ sequuntur, clamant; et illi ἄλλῃ πῃ contrarium poni

certus disciplinæ locus debet. Paulo post (E) pro *πύθοιτο* scr. videtur: *πύθοιο.* C. 11 p. 450 F restituendum e codicibus: *ἐνδεδυκὸς . . . καταμεμιγμένον (τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς).*

Ibd. 12 p. 451 F: *οὐδὲ οἱ τὴν ἐπιθυμίαν διὰ τὴν φιλαργυρίαν ψέγοντες κατορθοῦσιν.* Scrib.: *οἱ τὴν ἐμπορίαν.*

De **cohibenda ira** c. 2 init.: *Οὐ γὰρ ὡς ἐλλέβορον, οἶμαι, δεῖ θεραπεύσαντα συνεκφέρειν τῷ νοσήματι τὸν λόγον, ἀλλ' ἐμμένοντα τῇ ψυχῇ συνέχειν τὰς κρίσεις.* Scrib.: *συνεκρεῖν.*

Ibd. 7 p. 456 E: *Κἀκεῖνα μὲν γέλωτι καὶ παιδιᾷ μέλει, ταῦτα δὲ χολῇ κέκραται.* Scrib.: *καὶ παιδιᾷ καὶ μέλει, et cantu.*

Ibd. 11 p. 459 D scribendum, oratione melius interpuncta: *διανοούμενος πρὸς ἐμαυτὸν, ὅτι· οὔτε ὁ τοξεύειν διδάξας ἐκέλευε* (pro *ἐκώλυσε*) *βάλλειν* (*ταχέως βάλλειν*?), *ἀλλὰ μὴ διαμαρτάνειν, οὔτε τῷ κολάζειν ἐμποδὼν ἔσται τὸ διδάσκειν, εὐκαίρως τοῦτο ποιεῖν . . . πειρῶμαι, τὴν ὀργὴν ἀφαιρῶν* (pro *ἀφαιρεῖν*) *μάλιστα τῷ μὴ κ. τ. λ.* Eodem cap. p. 459 F scribi debet: *εἰ ταχὺ παθὼν ἀναφανεῖται* (pro *ἀεὶ φανεῖται*) *μὴ ἀδικῶν.* Cfr. c. 16: *ὅταν χρηστὸς ὑποληφθεὶς ἀναφανῇ μοχθηρός.*

Ibd. 13 versus comici alicuius hi ponuntur:

Ὁ δ' οὔτ' ἄγαν ὀπτοῖσιν οὔθ' ἑφθοῖς ἄγαν
οὔθ' ἧττον οὔτε μᾶλλον οὔτε διὰ μέσου
ἠρτυμένοισι χαίρων ὥστ' ἐπαινέσαι.

Qui neque minus neque nimis neque mediocriter condita vult, qualia vult? Scribendum:

οὔθ' ἧττον οὔτε μᾶλλον, ἀλλὰ διὰ μέσου.

Excidit *ἀλλὰ* post *μᾶλλον*, tum ad versum explendum additum est *οὔτε.* Paulo post (C) pro *πολλὰ χολουμένους* (verbo longe a Plutarchi usu remoto) scrib.: *πολλ' ἀσχολουμένους.* (De c. 15 p. 463 A dictum est p. 19.)

Ibd. 16 p. 464 A: *χρῆσθαι τὰ μὲν γυναικὶ, τὰ δὲ οἰκέταις, . . ., οἷον ἄρχοντα ἀρχόντων ἐπιτρόποις τισὶ καὶ λογισταῖς . . ., αὐτὸν ἐπὶ τῶν κυριωτάτων ὄντα.* Tollendum *ἀρχόντων*.

De animi tranquillitate c. 1 p. 465 A: *Ποῖον γὰρ . . . ὄφελος, ἂν μὴ τὸ χρώμενον εὐχάριστον ᾖ τοῖς ἔχουσι καὶ τὸ τῶν ἀπόντων μὴ δεόμενον ἀεὶ παρακολουθῇ;* Scribendum: *ἂν μὴ τὸ χρώμενον εὐχαρίστως τοῖς ἔχουσι καὶ τὸ τῶν ἀπόντων μὴ δεόμενον ἀεὶ παρακολουθῇ; nisi gratus usus et absentium contemptus dominis adsit.* (Fuitne: *τὸ χρ. εὐχαρίστως τοῖς οὖσι?*)

Ibd. 6 p. 467 D: *Ἀρχήν τινα τελῶν διήμαρτες;* Puto fuisse: *ἀρχὴν παραγγέλλων διήμαρτες;* (*cum peteres*).

Ibd. 7 p. 468 C scrib.: *εὐφρανῇ τῇ σῇ διαθέσει μᾶλλον ἢ λυπήσῃ ταῖς ἑτέρων ἀηδίαις καὶ μοχθηρίαις, ὥσπερ* (sic Wytt. pro *καὶ ὥσπερ*) *κύνας ἂν ὑλακτῶσι, τὸ προσῆκον αὐτοῖς ἐκείνους* (pro *ἐκείνοις*) *οἰόμενος περαίνειν.* Deinde scribendum videtur: *εἰ δὲ μὴ, λήσῃ* (aut *ἢ λήσῃ*, pro *ἐπιλήσῃ*) *πολλὰ λυπηρὰ συνάγων, ὥσπερ εἰς χωρίον . . . ταπεινὸν ἐπιρρέοντα τὴν μικροψυχίαν ταύτην κ. τ. λ.* Tum (DE) oratio sic continuanda et scribenda: *Ὅπου γὰρ ἔνιοι τῶν φιλοσόφων . . . οὐδὲ αὐτῶν ἁμαρτανόντων . . . αἰσθανομένους ἀθυμεῖν . . . ἐῶσιν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἄνευ λύπης τὴν κακίαν ᾗ δεῖ, σκοπεῖν* (v. *τὴν κακίαν ἤδη σκοπεῖν*), *πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι κ. τ. λ.* (*ᾗ δεῖ* iam Mezeriacus.)

Ibd. 10 p. 470 C: *κλαίων, ὅτι μὴ φορεῖ πατρικίους, ἐὰν δὲ καὶ φορῇ, ὅτι μηδέπω στρατηγεῖ Ῥωμαίων.* Scrib.: *ὅτι μὴ φορεῖ καλτικίους* (vel rectius *καλτίους*). *calceos*, civitatis Romanæ indicium. Vid. c. 1 p. 465 A, præc. coniug. c. 22.

Ibd. 11 p. 471 B: *Ἑκάστῳ τι ἡμῶν κακόν ἐστιν· ᾧ δὲ τοὐμὸν, ἄριστα πράττει.* Alii codices *τοῦτο μόνον* pro *τοὐμόν*. Requiritur *τοὐλάχιστον*, sed propius acc

in Pittaci dicto Æolica forma *τὸ μεῖστον*. (Cfr. de ira cohib. c. 10: *τῆνος σιγῇ*, et ibidem paulo post: *αἴκα ταύταν ἐξέλω*.)

Ibd. 17 p. 475 E scribendum: *ἀηττήτους πρὸς τὸ μέλλον εἶναι καὶ θαρραλέους, πρὸς τὴν τύχην λέγοντας, ἃ Σωκράτης κ. τ. λ.*, omisso *καὶ* ante *πρὸς τὴν τ.* (De c. 18 p. 476 B dictum p. 23.)

Ibd. 19 p. 476 F: *Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος, τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται δακνομένην σὺν αἰσχύνῃ καὶ κολαζομένην ὑφ' αὑτῆς.* Sic codices præter unum, qui *δακνομένης* et *κολαζομένης* habet, et Stobæus (floril. 24, 15); quod contra eos post *αἰσχύνῃ* additur *τῆς ψυχῆς*, facile auditur. Sed animus mordetur, non patientiâ. Scr.: *αὐτὸς ἐνεργάζεται δακνομένῃ . . . καὶ κολαζομένῃ ὑφ' αὑτῆς.*

De amore fraterno c. 3 in Menandri versibus, ut efficiatur sententia (quæ ponitur de amic. multitud. c. 1 p. 93), bis interrogari debet: *Οὐκ ἐκ πότων . . . | ζητοῦμεν . . πάτερ; οὐ περιττὸν οἴετ' . . . σκιάν;*

Ibd. 4 p. 479 F: *τροφεῦσι παλαιὰς ἐπὶ νέαις δανεισθείσας χάριτας . . . ἐκτίνοντες.* Scrib.: *ἐπὶ νέοις*, coll. de am. prolis c. 4 p. 496 C et, unde hæc ducta sunt, Plat. legg. IV p. 717 C.

Ibd. 13 p. 485: *συνεργὸν, ἐν οἷς δοκεῖ κρείττων αὐτὸς εἶναι, ποιούμενος τὸν ἀδελφὸν . . ., οἷον ἐν δίκαις ῥητορικὸς ὤν, ἐν ἀρχαῖς, πολιτευόμενος, ἐν πράξεσι φιλικαῖς.* Orationi et formæ sententiæ satisfacit *φιλικὸς (ὤν)*; ipsa sententia aliud adiectivum requirit.

Ibd. 15: *Οὕτω καὶ Κρατερὸς Ἀντιγόνου βασιλεύοντος ἀδελφὸς ὤν, καὶ Κασάνδρου Περίλαος ἐπὶ τὸ στρατηγεῖν καὶ οἰκουρεῖν ἔταττον αὑτούς.* Imo: *ἐπὶ τὸ σκιατραφεῖν*, *ad vitam umbraticam.* (Craterus in *ψηφίσμασι* colligendis similibusque studiis occupatus.)

Ibd. 16: *Ἔχω μὲν οὖν, φαίη τις εὖ φρονῶν, ἀδελφὸν εὐδοκιμοῦντα.* Scribendum: *Ἔ. μ. οὖν, ἂν φαίη*

τις κ. τ. λ. Vid. de positu particulæ synt. Græc. § 219 b n. Demosth. I, 19: τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις κ. τ. λ. Eodem cap. p. 487 B pro χαλέπτουσιν utrum βλάπτουσιν an aliud scribendum sit, nescio.

Ibd. 21 p. 491 D: γυναῖκα δ' ἀδελφοῦ γαμετὴν ὡς ἁπάντων ἱερῶν ἁγιώτατον, προσορῶντα καὶ σεβόμενον τιμᾶν διὰ τὸν ἄνδρα καὶ εὐφημεῖν, ἀμελουμένῃ δὲ συναγανακτεῖν, χαλεπαίνουσαν δὲ πραΰνειν. Agitur de uxore fratris colenda. Διά Duebnerus uncis positis significat in codicibus non esse. Scribendum: τιμῶντα τὸν ἄνδρα κατευφημεῖν, *maritum, si in honore eam habeat, laudare.*

De amore prolis c. 2: ἀναμένει νόμους ἀγάμιου καὶ ὀψιγάμου. Imo ἀγαμίου καὶ ὀψιγαμίου.

Ibd. 3 extr. p. 496 C: τῶν μὲν ἄλλων ζώων ὑπὸ τὴν γαστέρα τὰ οὔθατα χαλᾷ τοὺς μαστούς. Tollendum τὰ οὔθατα, adscriptum ad τοὺς μαστούς, quod propter sequens ταῖς δὲ γυναιξὶν etiam de bestiis dicitur. Subiectum ἡ φύσις est.

Animine an corporis affectiones cet., c. 2 p. 500 E scribendum: θερμότητες αὐτὰ καὶ πνοαὶ (pro πόνοι) προπετεῖς ἐλέγχουσι, *spiritus citus.*[1])

Ibd. 4 p. 501 F scrib.: οὐδὲ Διονύσῳ βεβακχευμένον θίασον (pro θύσθλον) ἱεραῖς νυξὶ καὶ κοινοῖς ὀργιάζοντες κώμοις.[2])

De curiositate c. 1 pro: τὸν νότον ἐμπνέουσαν scr.: ἐκπνέουσαν et c. 4: φθάσει τῆς αἰσθήσεως προ-

---

[1]) C. 1 p. 500 C coniectura scripseram τὸ ἄφυκτον. Postea vidi sic omnes ante Wytt. edidisse. Incredibiliter Salmasius et Reiskius errarunt.

[2]) In libello de garrulitate neque alia emendare potui neque reperire, cuius oppidi incolarum nomen c. 21 p. 513 A lateat sub ἐκεῖνοι.

ανελὼν τὸ αἰσθανόμενον (v. *προαισθανόμενον*). (De c. 1 p. 515 E dictum est p. 151.)

Ibd. 12: *μηδὲ τῶν ἐντὸς ἐπιδράττεσθαι τῇ ὄψει καθάπερ χειρὶ τῇ περιεργίᾳ.* Scribendum: *ἐπιδράττεσθαι καθάπερ χειρὶ τῇ περιεργίᾳ.* Additum *ὄψει* et imaginem turbat et comparandi formam (*τῇ περιεργ. καθ. χειρί*).

Ibd. 14: *Ἔστι τοίνυν καὶ πρὸς δικαιοσύνης ἄσκησιν ὑπερβῆναί ποτε λῆμμα δίκαιον.* Imo: *πρὸς δικαιοσύνην ἄσκησις*, ut sequitur: *καὶ πρὸς σωφροσύνην ὁμοίως.* C. 15 verba sic distinguenda sunt: *φίλου τινὸς εἰπόντος· Ἔχω σοί τι καινὸν, εἰπεῖν· Πρᾶγμα μᾶλλον, εἴ τι χρήσιμον ἔχεις ἢ ὠφέλιμον,* magis ad rem pertinet, plus refert.

De cupiditate divitiarum c. 3 extr. scribendum: *Πενία γὰρ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀπληστία τὸ πάθος αὐτοῦ . . ., διὰ κρίσιν . . . ἀλόγιστον ἐνοῦσα* (pro *ἐνοῦσαν*).

Ibd. 4 p. 525 A versus tres sunt, non duo, sic continuandi, quod ne Meinekius quidem attendit:

Παρ' ἐμοὶ γάρ ἐστιν ἔνδον, ἔξεστιν δέ μοι
καὶ βούλομαι τοῖθ' ὡς ἂν ἐμμανέστατα
ἐρῶν τις, οὐ ποιῶ δέ.

Ibd. 5 p. 525 D: *κείνοις ἀνάγκη . . . ἑστιῶσιν, χαριζομένοις, δορυφοροῦσι, δῶρα πέμπουσι, στρατεύματα τρέφουσι.* Manifesto requiritur: *δορυφόρους ἔχουσι.*

Ibd. 7 p. 526 E codices (C D apud Wytt.) habent: *ἀναλίσκοντες εἰς ἐπιθυμίας ὅτι ἀκούοντες ἔτι μανθάνοντες* (non *μανθάνουισιν*), ex quo fit verum: *ἀναλίσκοντες εἰς ἐπιθ. ἔτι ἀκούοντες, ἔτι μανθάνοντες.* Eodem cap. p. 257 A scribendum: *ὥσπερ ῥυτίδας ἀώρους ἢ πολιὰς ἐπαγαγὼν τῇ ψυχῇ* (pro *τῆς ψυχῆς*) *τὰς φροντίδας.* Vid. p. 67 n. et ad Thucyd. II, 83, 1.

Ibd. 10 p. 528 A: *οὔτε ταῖς ἐνθοίναις παρέχει πράγματα τραπέζαις οὔτε τοῖς χρυσοῖς ἐκπώμασιν.* Plutarchus scripserat: *ταῖς θοίναις . . . τραπέζαις,*

citreis, quas pretiosissimas fuisse notum est. Initio capitis, quoniam ἀλλ' οὐχ Duebnerus in codicibus non esse significat, scribendum videtur (post οὖσαν): Ἀνόμοιόν γε. Sed reliqua non expedio, nisi quod ante hæc quædam verba e codicibus addenda sunt, post tollenda illa: κἂν λανθάνῃ πάντας ἀνθρώπους, præcepta ex proximis.

De vitioso pudore c. 3 p. 530 B: ὥστε ἡ δυσωπία προδιαφθείρουσα τὸ ἀκόλαστον ἀνώχυρα πάντα καὶ ἄκλειστα . . . προδίδωσι τοῖς ἐπιτιθεμένοις. Scrib.: τοῦ ἀκολάστου (ad præpositionem verbo præfixam): ante ipsam ἀκολασίαν. (De versu Euripidis in initio capitis dicetur ad præc. reip. ger. c. 13, 11.)

Ibd. 7 s. f. scribendum: τοῖς, ἃ αἰτοῦσιν, οὐ προσηκόντως λῃψομένοις. Vulgo deest ἅ.

Ibd. 12 scrib.: Οὐκ οἶδεν ἡμᾶς ὁ βασιλεύς, ἀλλ' ἑτέρους ὅρα (pro ὁρᾷ) μᾶλλον (*potius alios circumspice, qui te commendent*), collatis proximis: ἀπιέναι πρὸς ἑτέρους κελεύων κ. τ. λ.

De invidia et odio c. 1 extr.: κατὰ ταύτας (τὰς διαφορὰς) ζητῶμεν, ἐὰν μεταδιώξωμεν. Ridicula condicio. Fuit: κατὰ ταύτας τὰ ζητούμενα μεταδιώξωμεν.[1])

De se citra invidiam laudando c. 2: μάλιστα δὲ ὅταν ᾖ τὰ πεπραγμένα καὶ προσόντα χρηστά, τότε μὴ φεισάμενον εἰπεῖν διαπράξασθαί τι τῶν ὁμοίων. Omnia recta erunt sic scripta: μάλιστα δὲ ὅταν ᾖ, τὰ . . . προσόντα χρηστὰ αὑτῷ μὴ φεισάμενον εἰπεῖν, διαπράξασθαί τι τῶν ὁμοίων: *cum licet, si quis, quæ fecerit habeatque laudabilia, non verecundatus sit dicere, aliquid simile efficere.* De ᾖ cfr. c. 2 extr. (οὐκ ἔστι), c. 4 init. (αὑτὸν ἐπαινεῖν ἀμέμπτως ἔστιν).

Ibd. 4 mallem scriptum esset: ἐκπέφευγε τὸ λέγειν

---

[1]) C. 6 p. 538 A delendum καί, quod Duebnerus ante καταχεόμενος addidit.

τι τηνικαῦτα περὶ αὐτοῦ σεμνὸν, ἀλλὰ καὶ φρόνημα . . . διαδείκνυσι τὰ μὴ ταπεινοῦσθαι κ. τ. λ. quam, ut editur, bis τῷ.

Ibd. 22 extr. (in fine libelli): Ταῦτα γὰρ οὐ πρὸς στρατιώτας . . . μόνον . . ., ἀλλὰ καὶ πρὸς σοφιστὰς . . . μεγαληγοροῦντας εἰωθότες φάσκειν καὶ λέγειν κ. τ. λ. Scribendum: *πάσχειν* καὶ λέγειν, *sic affici et sic dicere.*

De sera numinis vindicta c. 1 p. 548 C scribendum est: *ἡμῖν* δ' (pro ἡμῶν δ') ἀμύνασθαι μὲν οὐδὲν ἔργον ἐστὶ δήπου τοὺς . . . ψευδῆ λόγον εἰς ἡμᾶς ἀφέντας, ἀρκεῖ δ', *αὐτοὶ* (pro αὐτοῖς), πρὶν ἅψασθαι τὴν δόξαν, ἂν ἐκβάλωμεν.

Ibd. 6 p. 551 D: καὶ χρόνον γε πρὸς ἐπανόρθωσιν, οἷς οὐκ ἄκρατος . . . ἡ κακία πέφυκε, προσιζάνειν. Extremum verbum corruptum esse plures senserunt. Scrib. *προσιστάνειν*, *appendere*, forma hac ætate ferenda; nam et ἱστάνειν et διϊστάνειν et καθιστάνειν et μεθιστάνειν et παριστάνειν dixerunt Plutarcho antiquiores. (Ἐφίστανον apophth. Lac. p. 233 D.) Paulo post p. 551 E scribendum: πλεῖστον *αὐτῷ* ἐνδύεται pro αὐτοῦ.

Ibd. 16 p. 560 A: καὶ στρατηγὸς ἐκ δεκάδος ἀνελὼν ἕνα πάντας ἀνέστρεψε. Duebnerus (e codd., opinor) ἐνέστρεψε. Scribendum: *ἐπέστρεψε*. Vid. lex. et add. Plutarchi ipsius (præter Alcib. c. 16) Lucull. c. 7, Cat. min. c. 14. (De προστροπαῖς c. 17 monui ad libr. de Is. et Osir. c. 52.)

Ibd. 18 s. fin. oratio rectior facta restituto ἀναπείσειεν pro ἀγαπήσειεν prorsus recte habebit sic interpuncta: ὅτι δὲ . . . οὐδεὶς ἂν ἀναπείσειεν . . . ἄδικον γενέσθαι καὶ ἀκόλαστον, ἔχω μέν τινα καὶ λόγον εἰπεῖν κ. τ. λ.

Ibd. 20 init. scribendum: Ὡς οὐ κακίαν μόνον οὐδ' ἀρετὴν . . . ἀναδεχομένης τῆς γενέσεως, ἱλαροὺς . . . καὶ διακεχυμένους *ἄγει* (pro ἄγειν) πρὸς τὴν τέκνωσιν.

Ibd. 22 p. 565 B: *ἔδειξε πρῶτον ἀγαθοῖς γονεῦσιν, ἅνπερ ὦσι, προγόνοις αὐτοῦ πρόσπτυστον ὄντα καὶ ἀνάξιον*. Tollendum *γονεῦσιν* potius quam addendum *καί* ante *προγόνοις*. Eodem cap. p. 565 E: *ποθεῖ τὰς ἐπιθυμίας συρράψαι ταῖς ἀπολαύσεσι καὶ συνεπαίρεσθαι διὰ σώματος*. Fortasse fuit: *συνεπαυρέσθαι*. Usi illo verbo (*ἐπαυρέσθαι*) in prosa oratione interdum etiam inferioris ætatis scriptores sunt. Paulo post, ubi est *ὑπὸ τῆς ἐχούσης ἀπελείφθη δυνάμεως*, scribi debet *ὀχούσης* (*quæ eum vehebat*) et *ταὐτὸ πασχούσας* pro *τοῦτο π.*

Eodem cap. p. 567 A: *ἐθεᾶτο τῶν κολασθέντων αὐτόθι τὴν σκιὰν οὐκέτ' εἶναι χαλεπῶς οὐδ' ὁμοίως τριβομένην ἀτελῆ περὶ τὸ ἄλογον καὶ παθητικὸν ἐπίπονον οὖσαν*. Scribendum primum: *οὐκέτι λίαν χαλεπῶς οὐδ' ὠμῶς τριβομένην*, deinde, ut opinor: *ἀτελῆ περὶ τὸ ἄλογον κ. π. ἐπιπονοῦσαν* (*irritos circa partem irrationalem et affectuum participem labores exantlantem*). Postremo p. 568 A in ipso fine libri scribendum: *Γυναῖκα γάρ τινα . . . Δεῦρο δή, εἰπεῖν* (pro *εἶπεν*), *οὗτος, κ. τ. λ.* (De p. 567 F monitum p. 26 n.)

De genio Socratis c. 1 p. 575 F scribendum: *ὥστε σοι θέατρον εὔνουν καὶ οἰκεῖον ἔχειν τὴν διήγησιν* (pro *οἰκείαν ἔχον*).

Ibd. 4 extr.: *ἐντυγχάνει γὰρ ἰδίᾳ Λεοντίδῃ* (sic Wytt.) *περὶ Ἀμφιθέου παραιτούμενος μεῖναι τὸ διαπράξασθαι φυγὴν ἀντὶ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ*. Scrib.: *παραιτούμενος, εἰ δύναιτο, διαπράξασθαι κ. τ. λ.* Supra paulo post init. capitis pro *τὸ Ἄμφιον* analogia postulare videtur *τὸ Ἀμφιονεῖον*.

Ibd. 28 p. 595 E scrib.: *συμπλέκεσθαι πρὸς ἀσυντάκτους καὶ σποράδας*, sublato *ἀλλήλους* inter *πρός* et *ἀσυντ.*

De exilio c. 16 p. 606 C: *Σύ, τί κρέας λέγει, ποιεῖς, οὔ, τί νοῦν ἔχων ἄνθρωπος*. Scribendum: *σκοπεῖς . . . ἄνθρωπος;*

Consol. ad uxorem c. 3 p. 608 E: *ἀεὶ φεύγουσα . . . τὴν ὑπόμνησιν τοῦ παιδός, ὅτι συμπαροῦσαν αὐτὴν εἶχεν.* Scribendum: *ὅτι συμπαροῦσαν λύπην εἶχεν.* Paulo post pro *μηδ' ἐγκαλεῖσθαι* fortasse scribi debet: *μηδ' ἐγκλείεσθαι.*

Ibd. 7 init. scribi debet: *Καὶ μήν, ὅ γε μέγιστον ἐν τούτῳ καὶ φοβερώτατόν ἐστιν, οὐκ ἂν φοβηθείην κακόν, γυναικῶν εἰσόδους καὶ φωνὰς κ. τ. λ.* Vulgo *φοβηθείην, κακῶν γυν.*

Quæstt. conv.[1]) lib. I probl. 1 c. 5 § 1 pro *τὰς πεύσεις* scribendum: *τὰς πείσεις* aut *πιέσεις* (de argumentis prementibus).

Ibd. probl. 2, 3, 3: *τοὺς Ἀριστοτέλους τόπους ἢ τοὺς Θρασυμάχου ὑπερβάλλοντας ἔχειν προχείρους.* Scr.: *ὑπερβαλλόντως.* (Syllogismi *ὑπερβάλλοντες* finguntur ridicule.)

Ibd. 4, 3, 4: *Ἐπεὶ . . . ἡ μῖξις, οἷς ἂν ἐν καιρῷ . . . παραγένηται πράγμασιν, ἀφαιρεῖται αὐτῶν καὶ βλάπτει τὰ ἡδέα καὶ λυπεῖ τὰ ὠφέλιμα.* Scrib.: *ἀφαιρεῖται αὐτῶν τὰ βλάπτοντα ἢ δεῖ* (*aut constringit*) *καὶ λύει τὰ ὠφέλιμα.*

Ibd. 5, 1, 2: *πρὸς πάντα τόλμαν ὁ ἔρως . . . συγχωρῆσαι δεινός ἐστιν.* Imo: *συγχορηγῆσαι.*

Lib. II, 1, 7, 3 scr.: *ὁ τὸν* (pro *τὸν*) *δειπνίζοντα . . . καλῶν,* et c. 9, 1: *τῶν ποιῶν* pro *τῶν πολλῶν.*

Ibd. 6, 2, 2: *ταῖς διακοπαῖς ὥσπερ οἴκοθεν ἰχῶρας συνάγει.* Scr.: *ἰχῶρα* et fortasse: *ὥσπερ τρωθέντα.*

Ibd. 7, 1, 3: *καὶ ἄλλα πολλὰ παθόντων ἦν ἀκούειν.* Videtur fuisse: *ᾀδόντων, decantantium.* (De

---

[1]) In his libris nugarum et tædii plenis summa brevitate utar. Numeri præter libros problemata et capita et paragraphos (si plures sunt) indicant. E codicibus et alioquin et lacunis valde corruptis Wyttenbachius perpauca et indiligenter annotavit.

c. 2, 1 dictum p. 60.) C. 2, 4 scr.: *ἐπολισθαίνουσαν* (*τῇ θαλάττῃ*) pro *ὑπολισθαίνοντα*.

Ibd. 8, 1, 2: *ἥκιστα περὶ τὰς ἰσηγορίας αὐτοσχέδιος ὤν*. Imo: *π. τ. ἱπποτροφίας*.

Ibd. 9 § 5 scr.: *Ὅτι δ' αἱ* (v. *δὲ καὶ*) *κατὰ τὰς σφαγὰς . . . τῶν ζώων μεταβολαὶ . . . διατείνουσι*.

Ibd. 10, 1, 5 scr.: *ὁ κρατὴρ ὁ αὐτός* (v. *ὁ κρ. οὗτος*) et c. 2, 2: *τὴν μοῖραν ὑπερκρεμαμένην ἡμῖν ἐπήγαγεν* (v. *ὑπὲρ εἱμαρμένην*) coll. non posse suaviter c. 21, 2. Deinde § 8 scribendum: *ἀλλ' ὅπου ποῖον τὸ ἴδιόν ἐστιν* (pro: *ὅπου ἴδιόν ἐστιν*), *ἀπόλλυται τὸ κοινόν;* Respondetur: *ὅπου μὲν οὖν μὴ ἴσον ἐστίν*. De pronomine interrogativo in sententiam relativam incluso vid. synt. Gr. § 198 a. Postremo § 10 e vestigiis litterarum efficitur: *τὸν μὲν πένητα . . . ἐπιγαυροῖ καὶ ὑπεξαίρει κενῶν τινος αὐτὸν μισονομίας* (?), *τὸν δὲ πλούσιον κ. τ. λ.* (v. *καὶ οὐκ ἐξαίρει γε νοῦν τινος αὐτονομίας*).

Lib. III, 1, 2, 6: *θαυμαστὰς μὲν ὀσμὰς ἀφιέντα, ποικιλίαν δὲ ἀμιμήτοις χρώμασι καὶ βαφαῖς ἀνοιγόμενα*. Scrib.: *ποικιλίαν δὲ ἀμίμητον χρ. κ. βαφαῖς ἀλλοιούμενα*.

Ibd. 2, 2, 4: *κυρτότητας ἴσχοντα καὶ παραβάσεις* (de lignis); opinor: *παρατάσεις*. § 12 revocandum e codicibus *τῶν εὐπόρων* (pro *ἐμπόρων*).

Ibd. 5, 2, 11: *ἐν τοῖς φαινομένοις καὶ ὁμοιότητας ἀδήλους ἐξιχνεύομεν καὶ δυνάμεις*. Scrib.: *καὶ ποιότητας*.

Ibd. 6, 2, 4 Plutarchus non *ἄραβον* (*τῶν τευχέων*) Homericum nominavit, sed *ἄραδον*, qui apud medicos appellatur. (C. 1, 6: *τοὺς Ζήνωνος διαμηρισμούς*.)

Ibd. 6, 4, 18: *καὶ νέᾳ ἐφ' ἡμέρῃ φρονέοντας*. Scrib.: *καὶ νέα νέᾳ ἐφ' ἡμ. φρ.*

Ibd. 10, 3, 1: *κρίνειν τὸ σύμπαν οὐ δεῖ*. Imo: *τὸ συμβάν*. Cetera sanavit Wyttenb. § 12 scribendum: *ἡ*

γὰρ ζύμωσις ὀλίγον ἀποδεῖ σαπῆναι (v. *ἀποδεὴς εἶναι*) et § 13 *ἐξαραιοῦνται* pro *ἐξαεροῦνται*, ut § 12 est *ἀραιοῦσα*.

Lib. IV, 1, 1, 5: *τὸν δὲ ἡμέτερον . . . ὁ Χείρων οὗτος . . . οὐκ ἄκραν ἀπόδειξιν ἔχει ἐν ἀέρι καὶ δρόσῳ . . . σιτούμενον*. Latent hæc: *οὐκ εἰς μακρὰν ἀποδείξει ἀέρι κ. δ. . . . σιτούμενον*. C. 2, 4 (*φθείρονται πρότερον προσπίπτουσαι*) scribendum *πικρότερον* et § 9: *λέγοντος, ὡς, ἐπεὶ* (sic Wytt. pro *ἐπὶ*) *ποιότητι τροφῆς γίνεται τὸ δύσπεπτον, ἡ δὲ πολυμιγία* (v. deest *δέ*) *βλαβερὸν καὶ γόνιμον ἀλλοκότων ποιοτήτων, δεῖ* (v. *ποιοτήτων, καὶ δεῖ*) *τὸ σύμφυλον . . . λαβόντα . . . στέργειν*. C. 3, 2 pro *τῶν ἄλλων* scrib. *τῶν ἰατρῶν* et § 11 aut *διαβρέχειν τὴν τροφὴν* (vino, pro *διαιρεῖν*) aut verbum reperiendum, quod *condire* significet. Tum § 12, 13 scribendum † *θαλερὸν θαλεροῦ λάβετ᾽ ὧδε καὶ ἄλλου ἐπ᾽ ἄλλο προσφόρου ἐνόντος τῇ θερμότητι, ἐν τῷ πνεύματι κ. τ. λ.* (Editur: *λαβέτω· δὲ καὶ ἄλλου ἐπὶ πρόσφορον μένοντος τῇ θερμ. ἐν τῷ πν.* Ipsum Empedoclis versum, qui longe aliter apud Macrobium scribitur, non attingo.)

Ibd. 2, 2, 2 pro *ἐξαίρει* (*τὴν ψυχρότητα καὶ συνεκπέττει τὸ ὑγρόν*) scribendum *ἐξαιρεῖ*, atque etiam V, 3, 1, 11 *ἐξαιροῦντα* (*τῇ θερμότητι τοῦ οἴνου τὸ νεαρόν*) pro *ἐξαίροντα* et VI, 1 § 7 *τῷ ἐξαιρεῖν* (*τὴν κολλῶσαν ὑγρότητα*) pro *ἐξαίρειν*. Recte ponitur accentus V, 9 extr. C. 3, 2 (*κελεύσαντα καθ᾽ ἑαυτὸν ὁρᾶν καὶ προσεύχεσθαι τοῖς θεοῖς*) scribendum: *κελεύσαντα καθαρμὸν δρᾶν καὶ π΄. τ. θ.*

Ibd. 4, 1: *Αἴδηψος . . . χωρίον ἐστὶν αὐτοφυὲς, πολλὰ πρὸς ἡδονὰς ἔχον ἐλευθερίους*. Scrib.: *χωρίον ἐστὶν αὐτοφυῶς πολλὰ π. ἡδ. ἔχον ἐλ.*, c. autem 2, 13: *καὶ ὑμῖν καὶ νὴ Δία τοῖς ἰχθυοπώλαις*, duabus vocibus retractis. C. 3, 4 (*καὶ τῶν ἄλλων ὄψων οἱ ἅλες ἥδιον*

ὄψον εἰσίν) tollendum ἥδιον, ut sit: τῶν ἄλλων ὄψων οἱ ἅλες ὄψον εἰσίν. Cfr. V, 10, 2, 4.

(De 5, 2, 2 dictum est supra p. 31, de 5, 3 init. p. 120.)

Ibd. 6, 2, 3: ἄλλην ἑορτὴν οὐκ ἄν...., ἀλλ' ἄντικρυς Βάκχου καλουμένου τελοῦσιν. Scrib.: καλουμένην, id est: ἣ καλοῖτο ἄν. § 2 fortasse post νηστείαν excidit ἄγοντες. § 9 (κατὰ κράτος ἐν αὐτοῖς πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ἐλέγχει κ. τ. λ.) scribendum: κατὰ κράτος δὲ τοὺς ἐναντίους (ἐναντιουμένους?) πρῶτον μ. ὁ ἀρχ. ἐλέγχει. Κατὰ κράτος ἐλέγχειν etiam Demosthenes dixit. Deinde § 10 primum pro his: καὶ χαλκοδρυστὰς τοῦ θεοῦ τιθῆνας προσαγορεύουσι substitui debet: καὶ χαλκοκρότους τὰς τοῦ θεοῦ τιθ. πρ., tum ex proximis (καὶ ὁ δεικνύμενος ἐν τοῖς ἐναντίοις τοῦ μετεώρου θύρσος ἐκτετυπωμένος καὶ τύμπανα) eruuntur hæc: καὶ ὁ δεικνύμενος ἐν τοῖς ἀετοῖς τοῦ μεγάρου θύρσος ἐκτετυπωμένος, *in fastigio templi* (Hierosolymitani). Quam imaginem Græci pro thyrso acceperint, nescio.

Lib. V procem. § 4 scribendum: καὶ τῷ ζητεῖν τι ἢ ἀκούειν τῶν περιττῶν (vulgo abest ἢ), tum probl. 1, 2, 3: ὁμοῦ μὲν ἄρτον, ὁμοῦ δὲ πεπλασμένον ἐκ τῶν ἀλεύρων κυνίδιον, sublato μικρόν, quod inter ὁμοῦ et μέν additur, ortum ex præcedenti μικρῷ.

Ibd. 3, 2, 5 scribendum: Καὶ τοῦτο δὴ τὸ σκολιὸν ἐπίγραμμα δηλοῖ κεραμίαν ἀμύστιδα βεβυσμένην (pro: δῆλον κεραμέα νομίζει διαβεβυσμένην, præeunte in duabus primis vocibus Wyttenbachio) σελίνῳ. σύγκειται δὲ οὕτω·

Ἡ Κωλιὰς γῆ (v. χθὼν ἡ παλαὰς γῆ) πυρὶ καθηθαλωμένη
κεύθει κελαινὸν αἷμα Διονύσου θοοῦ κ. τ. λ.

Cfr. de audiendo c. 9 Athen. XI p. 482 B. [Sed iam in interpretatione Latina est *Colias terra*.] (De 3, 2, 6 vid. p. 29.)

Ibd. 5, 1, 2 oratio sic supplenda videtur: ἐφάι

τὸ λεγόμενον ὑπὸ Πλάτωνος ἐπ' αὐξομένῃ πόλει, πόλεις, οὐ πόλιν, εἰς συμπόσια ἀποδεδόσθαι. (Plat. de rep. IV p. 422 E.)

Ibd. 7, 1, 3: δεῖ δὲ τὸ μὲν, διὰ τί γίνεται, τῷ λόγῳ μετεῖναι. Scrib.: μετιέναι. Cfr. VII, 1, 1, 5: τῷ λόγῳ μετιών.

Ibd. 9, § 5 videtur aliquid excidisse et sic olim scriptum fuisse: ἔφη, ὅ, τι ἔνεστι ἐν τῷ φυτῷ γλυκύτητος, ἅπαν τοῦτο συνθλιβόμενον εἰς τὸν καρπὸν εἰκότως δριμὺ ποιεῖν . . . τὸ λειπόμενον. (Duebnerus notabiliter a Wytt. discedit; de codicibus non constat.)

Ibd. 10, 1, 4: πῶς γὰρ ἀφωσίωσαν; Omnium consuetudo (in hac significatione) postulat ἀφωσιώσαντο. C. 3, 6: τὴν ὗν σάρκα κρέα γεγονέναι. Duebnerus σάρκα νεκρὰν γεγονέναι edidit, nescio, adiuvantibusne codicibus; tollendum erat σάρκα relinquendumque acute dictum: τὴν ὗν νεκρὰν γεγονέναι.

Lib. VI, 2, 2, 1: Ἐδόκει δή μοι ταῦτα πιθανῶς μὲν ἐγκεχειρῆσθαι. Scrib. (de disputatione et argumentatione): ἐπικεχειρῆσθαι. Vid. III, 5, 1 et 2, VI, 5, VIII, 4, 3 et 5, IX, 14, 2, de Stoicor. repugn. c. 10 §§ 4, 14, 16, Diog. Laert. IV, 28, cet. Paulo post § 2 ex litteris in codicibus servatis (ὥσπερ ὀμμάτων οἰκείων τῷ σώματι καὶ δέῃ τῶν ἐγγεγενημένων) effici videtur: (τοῦτο μὴ φάναι πρὸς σωτηρίαν . . . ὑπάρχειν ἡμῖν) ὥσπερ ὄμμα τῶν οἰκείων τῷ σώματι καὶ δεόντων ἐγγεγενημένον, etsi habet aliquid novi hæc oculi imago adiuncto genetivo (*Auge für*). § 5 scribendum: Πρὸς μὲν γὰρ τὰς ξηρότητας ἀρδείαις ποτίζομεν, καὶ ψύχομεν μετρίως, ὅταν φλέγηται, ῥιγοῦντα δ' αὐτὰ θάλπειν πειρώμεθα (v. ποτιζόμενα καὶ ψυχόμενα), extremo autem capite, § 19, præeunte ex parte Mezeriaco: Καὶ γὰρ αἱ στύψεις, ὦ βέλτιστε, τῶν βαπτομένων ὑφαντῶν (pro ἔφην τόπων) ἔχουσι τὸ . . . ῥυπτικόν.

Ibd. 3, 1, 1 exciderunt quædam; scriptum enim fuerat ad hanc formam: . . . ὁ ἐστιῶν ἡμᾶς καὶ ταῦτα ἔφη μετρίως λέγεσθαι καὶ πρὸς ἄλλην ἀπορίαν τὰς τῶν πόρων κενώσεις καὶ ἀναπληρώσεις ποιεῖν, διὰ τί τοῖς μὲν πεινῶσιν, ἐὰν πίωσι, παύεται ἡ πεῖνα ἐν τῷ παραυτίκα, τοῖς δὲ διψῶσιν κ. τ. λ., *et ad aliam quoque quæstionem solvendam facere et pertinere meatuum exinanitiones et repletiones, cur cet.* § 2 scribendum: Τοῦτο δὲ τὸ πάθος οἱ τοὺς πόρους ὑποτιθέμενοι ῥᾷστα . . . μοι δοκοῦσιν, εἰ καὶ μὴ τἄλλα, μόνοι αἰτιολογεῖν. Ante Duebnerum, qui Wyttenbachii coniecturam secutus est, edebatur: εἰ καὶ μὴ πολλὰ μόνον πιθανῶς αἰτιολογεῖν. Deinde § 3, ut alibi (vid. ad Diod. Sic. XI, 5, XVI, 67, XVII, 95, Strabon. II p. 85, XV p. 705, XVI p. 767, Plutarch. consol. ad Apollon. c. 6, hic IX, 3, 2, 4) μέν particula indicium facit alterius membri ob idem vocabulum bis positum omissi; scripserat enim Plutarchus: τὸ μὲν ποτὸν παραδέχονται, τὸ δ' ἐδεστὸν (aut τὸ δὲ σιτίον) οὐ παραδέχονται. C. 2, 10 scrib.: τὰ γὰρ ὑπὸ ξηρότητος ἢ πάχους (pro πάθους) ἀργὰ καὶ βαρέα.

Ibd. 8, 1, 4: Ἐδόκει δὲ ἡ βούβρωστις ἕτερον εἶναι. Nonne: οὐχ ἕτερον? C. 2, 2 scribendum: Βροῦτος ἐκ Δυρραχίου πρὸς Ἀπολλωνίαν ἰὼν ἐκινδύνευσεν. V. deest ἰών.

Lib. VII, 1, 1, 2 scrib.: Καίτοι τὸ μὲν Ἀλκαίου (v. τὸν μὲν Ἀλκαῖον) ἁμωσγέπως εὐπορήσειεν ἄν (v. εὐπορήσειν) βοηθείας· ἀπολαύειν γὰρ ἰκμάδος (aut ὡς ἀπολαύειν ἰκμάδος pro: ἀπολαύειν ἰκμάδος) τὸν πλεύμονα . . . πιθανόν ἐστιν· ὁ δὲ φιλόσοφος κ. τ. λ. § 7 pro ὠθεῖ ponendum videtur θεῖ (Wytt. ὠθεῖται), deinde § 8: Οὐκ ἂν δὲ ταῦτα συνέβαινε διακρινομένων . . . τῶν ὑγρῶν, ἀλλὰ συμπλεκομένων ἅμα (v. συμπλεκομένων ἡμῶν ἅμα) καὶ συμπαραπεμπόντων τὸ σιτίον. Auditur συμβαίνει.

Ibd. 5, 2, 6: Οὐδὲν οὖν ὁρῶ τὰς τοιαύτας ἢ

ἴδιον ἐχούσας, ὅτι μόναι τῆς ψυχῆς εἰσιν. Scribendum: *ἐχούσας ἢ ὅτι μόναι τ. ψ. εἰσιν.* Sæpe Plutarchus *οὐδεὶς ἢ* pro *οὐδεὶς ἄλλος ἢ*, velut vit. Crass. c. 2, Nic. 15, Cic. 18, Cleom. 13, Ti. Gracch. 6, Brut. 43, de genio Socr. c. 2, ad princip. inerud. 5, 3. Cap. 3, 5 primum *καί* transponi debet: *τοὺς . . . ἀντιτεταγμένους αὐταῖς καί, ὅπως οὐχ ἁλώσονται, προσέχοντας* (vulgo: *αὐταῖς, ὅπως . . ., καὶ προσέχ.*), deinde sic scribi: *τούτους, ἐκείνων οὐδὲν ἧττον ἐμπαθεῖς ὄντας, ἀκολάστους καὶ ἀκρατεῖς ὅμως οὐ καλοῦμεν.* (Vulgo: *καὶ ἀκολάστους . . . ὁμοίως οὐ.*) C. 4, 4 requiri videtur: *παραβάλλοντες . . . καὶ λόγους οὐ κενοὺς* (v. *λόγους κενοὺς*) *οὐκ ἐκπλαγησόμεθα . . . ὑπὸ τοῦ κρότου* (v. *ὑπὸ τούτου*).

Ibd. 6, 2, 7: *Εἴγε μὴν οὐκ ἔστιν ὅτε μᾶλλον ἀνθρώποις ἐφιᾶσιν εἰπεῖν· Γλῶσσα, κ. τ. λ.* Scribendum: *ἀνθρώποις ἔπεισιν εἰπεῖν*, in mentem venit, libet. C. 3, 9 et 10 sic oratio restituenda est: *οὕτως, ὡς ἔφηνεν ὁ λόγος* (v. *οὕτως, ἔφην, ὁ λόγος*), *τριῶν ὄντων, ὧν ὁ μὲν* (v. om. *ὧν*) *. . . καλούμενός ἐστιν, εἴρηται μὲν περὶ κ. τ. λ.* Tum § 22 codices sic: *Ἐπεὶ τούς γε μοχθηρούς, ὅσῳ μᾶλλον ἐπιλαμβάνονται καὶ συμπλέκονται, καθάπερ βάτους καὶ ἀναιρεῖν καὶ ὑπερβατέον ἐστί.* Latet alterum substantivum cum *βάτους* coniungendum. Fuitne: *καὶ ἀνθέρικας ὑπερβατέον ἐστί?*

Ibd. 8, 4, 9 retrahendæ duæ voces, quæ exciderunt: *δεῖ γὰρ οὕτως ἐθίζειν καὶ παίζοντας καὶ σπουδάζοντας, ὥστε κ. τ. λ.* (C. 3, 6: *τί ἂν λέγοι τις;*)

Ibd. 9, 1, 2 scribendum: *τῆς κλήσεως τῶν ἀρίστων εἰσηγητής* (vulgo *τ. κλ. καὶ τῶν ἀρ.*).

Lib. VIII, 1, 2, 2: *ἑβδόμῃ δὲ ἀμφοτέρας ἑορτάζουσι.* Scrib.: *ἀμφοτέρας τὰς ἑορτὰς ἑορτάζουσι.*

Ibd. 2, 1, 7: *Διὸ καὶ Πλάτων ἐμέμψατο τοὺς περὶ Εὔδοξον . . . εἰς . . . μηχανικὰς κατασκευὰς τὸν τοῦ στερεοῦ διπλασιασμὸν ἀπάγειν ἐπιχειροῦντας, ὥσπερ* (codices *ὅπερ*) *πειρωμένους διὰ λόγου δύο μέσας ἀνάλο-*

γον μὴ παρείκοι λαβεῖν. Scribi debet: οἱ πειρωμένους διὰ λόγου, δύο μέσας ἀνὰ λόγον μὴ παρείκοι λαβεῖν, *non ratione tentantes, liceretne duas medias proportionales reperire.* Hoc tentari Plato volebat. C. 4, 8 tollenda littera: Διὸ τοῦτο πρόβλημα δοὺς αὐτῷ (pro δοῦσα αὐτῷ), δυεῖν ὄντων τρίτον ἐποίησε κ. τ. λ.

Ibd. 3, 2, 8: ἀλλ' ἄφθονον ἔχων τὸ τῆς ἐπιεικοῦς καὶ ἀναφοῦς μεμιγμένον οὐσίας. Recte vertitur *cedentis*, id est: ὑπεικούσης καὶ ἀναφοῦς. C. 5 init. litteræ rectius dividendæ sunt: Εἶτα, ἔφη, τί παθόντες, ὦ πρὸς Διός, εἴπατ', ἀθεώρητα κινήματα τοῦ ἀέρος οἰόμεθα δεῖν αἰνιάσθαι, . . .; Edebatur εἶτα τὰ θεωρητά, Duebnerus fecit (εἶπας) τὰ θεωρητά, quem εἶπα in codicibus repperisse apparet. C. 6 extr. scribendum: Τὸ γὰρ ἐξανιστὰν (non ἐξανιστᾶν) ἡμᾶς.

Ibd. 4, 1, 6 scribendum videtur: Οὐδὲ (pro Ἐπεὶ) πιθανώτεροι τούτων, c. autem 2, 5 una voce: ἀείζωον διαμένει καὶ ἀνέκλειπτον (Reisk.), c. 4, 2 denique: Σκόπει δὲ, μὴ Πυθικόν ἐστι τὸ νικητήριον, ὡς οἱ Ἀμφικτύονες κἀκεῖ (ἐκεῖ?) πρῶτον . . . φοίνικι τοὺς νικῶντας ἐκόσμησαν. Vulgo ὡς Ἀμφικτυόνος κἀκεῖ. De Amphictyonibus Pythia facientibus testimonia habet Hermannus antiq. Græc. II (de cærimoniis) § 49, 21, Plutarchus huius ipsius operis lib. VII, 5 init. (C. 5 extr. barbare editur αὐξοῦνται.)

Ibd. 5 § 7 scribendum: λόγος ὥσπερ ἀτέχνῳ πίστει ναυτικῇ βεβαιούμενος ἐμπειρίᾳ. Codices ἀτεχνῶς πίστιν ναυτικὴν βεβαιούμενος ἐμπειρίαν. Prima duo vocabula correxit Wyttenbachius.

Ibd. 6, 1, 3: καὶ γὰρ Βάττου παρὰ Καίσαρι γε λωτοποιοῦ. Scrib.: καὶ Γάλβα τοῦ παρὰ Κ. γελ. A. Galba significatur, de quo Spaldingius ad Quintil. VI, 3, 27, interpp. Horatii ad sat. I, 2, 46. Miror Winckelmanni ad amator. c. 16, 23 dubitationem in facillimo Græci librarii errore. C. 5 extr. scribi oportet: ἢ μηδ' ἐκείνοις συν'

(Wytt. pro εὐκόπως) οὕτως διὰ τῶν ὀνομάτων ὥσπερ *τοιχίων* (pro τριχίων), τὰ μὲν ἐκκόπτουσι μέρη, τὰ δὲ καθαιροῦσι, παραδύσεις *δίδωμεν* (pro δίδομεν): *aut ne illis quidem sic facile concedamus, ut per verba tanquam per parietes furtim penetrent, partes eorum alias effodientes, alias demolientes.*

Ibd. 7, 4, 4 Wyttenbachius sine varietatis mentione: καὶ μὴ περιορᾶν οἷον ἴχνος σώματος, Duebnerus πτώματος. Rectum est: *κώματος*, *veterni.*

Ibd. 8, 1, 3 quæ exciderunt, sic fere suppleri debent: Ἦν δὲ Τυνδάρης ὁ Λακεδαιμόνιος αἰτίαν ἔλεγεν, οὐ *πάνυ πιθανὴ εἶναι δοκεῖ*· *ἔλεγε* δὲ τῆς ἐχεμυθίας τοῦτο γέρας εἶναι καὶ (hoc addidit Wytt.) τοὺς ἰχθῦς καλεῖν κ. τ. λ. Deinde sic scribendum: καὶ τὸν ὁμώνυμον ἐμοὶ (Empedoclem veterem illum significat) *ὡς σιωπησομένῳ* (pro τῷ πανσαμένῳ) Πυθαγορικῶς περαίνειν τὰ δόγματα· *Στέγ' ἔσω φρενὸς ἀλλ' ὅπερ φράσω*· (vulgo: στέγουσαι φρενὸς ἀλλ' ὅπερ ἐλάσσω) καὶ ὅλως θεὸν ἡγεῖσθαι τὴν σιωπὴν τοὺς ἄνδρας. Pars est versus Empedoclei, quo auditor (lector) iubetur intra animum condere, quod poeta dicturus est. C. 3, 5 editur: ὡς . . . τοὺς δ' ἰχθῦς οὐδὲν ἀδικοῦντας ἡμᾶς, οὐδ' ἂν πάνυ πεφύκασι δυναμένους. Fuit: οὐδ' ἂν πάνυ, ἢ πεφύκασι, δυναμένους (h. e. οὐδ' ἂν πάνυ δύναιντο, ἢ πεφ.). Tum c. 4, 3 scribendum: καὶ τραφέντας, ὥσπερ *ἁπαλοὶ* (pro ὥσπερ παλαιοὶ), καὶ γενομένους ἱκανοὺς ἑαυτοῖς βοηθεῖν, *ut teneri solent.* (De duriore apud ὥσπερ nominativo nihil opus est dici.)

Ibd. 9, 2, 7 scribendum: ὅθεν ἐν ἀφωρισμένοις τούτοις ἐκεῖνα ποικιλλόμενα τὴν ἀπάτην πεποίηκεν. Vulgo deest ἐν.

Ibd. 10, 3, 3: Ἐκείνην οὖν τρεψόμεθα. Hoc est: *illam fugabimus.* Scrib.: Ἐπ' ἐκείνην οὖν τρεψ. (§ 4 tollendum τοὺς καρπούς, adscriptum ad τὴν ὀπώραν.)

Lib. IX, 1, 1 init.: ἀπόδειξιν ἔλαβε τῷ Διογενίῳ τῶν ... μανθανόντων ἐφήβων. Nomen loci est: ἔλαβεν ἐν τῷ Δ. Sed nomen ipsum corruptum. (Διοσκορίῳ?) C. 2, 7: Ἐμνήσθη δὲ καὶ τῆς Θεοδώρου ... γυναικός. Imo: Ἐμνήσθη δὲ καί τις τῆς Θ. Non dicitur ἐμνήσθη impersonaliter passive. (C. 2, 3 scr.: διὰ στόματος πᾶσιν, ὁ ἐν τοῖς pro πᾶσιν ἐν τοῖς.)

Ibd. 2, 2, 2 e codicibus restituendum: τῶν μὲν μακρῶν ὄντων, τῶν δὲ βραχέων, τῶν δ' ἀμφότερον (pro ἀμφοτέρων) καὶ διχρόνων λεγομένων, c. autem 3, 1 scribendum: οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν καὶ βοῦν οὐ δεύτερον . . . ἀλλὰ πρῶτον τίθεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

Ibd. 3, 2, 4 scribi debet primum: Καὶ μὴν ὅτι (pro ὁ) πάντων ἀριθμῶν πρῶτος τέλειος ἡ μὲν τριὰς ..., δῆλόν ἐστι, deinde: τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἑξὰς ὑπὸ τῆς τετράδος, ἡ δὲ τριὰς ὑπὸ τῆς ὀγδοάδος πολλαπλασιασθεῖσα κ. τ. λ. Nocuit vocabulorum terminatio eadem (αδος). Cfr. ad VI, 3, 1, 3.

Ibd. 5, 2, 1: χρῆσθαι μάλιστα τῷ νῷ. Imo: τῷ ῥῷ, secundo *flumine currere*. (§ 5: δύναμιν ἐν τοῖς ἡμετέροις πράγμασιν.)

Ibd. 14, 1, 2 pro φασίν scrib.: φησίν (Hesiodus).

Amatorii[1]) c. 2, 2: Δαφναῖον τὸν Ἀρχιδάμου, Λυσάνδρας ἐρῶντα τῆς Σίμωνος κ. τ. λ. E c. 6, 3 apparet, Daphnæum ipsum Lysandram non amasse, sed alii eius amatori amicum fuisse. Codices hic Λύσανδρον et c. 18, 6, ubi nunc editur διὰ Λυσάνδραν, illi Λύσανδρον

---

[1]) Adhibui Winckelmannum. Nonnulla ab eo non recte posita revocanda ad priorem formam sunt, quædam satis manifesta, ut c. 17, 18 p. 761 E, ubi genetivus præcedens ex ἐρωμένῳ... γενομένῳ genetivos effecit. Ipse in libro corruptissimo et pravitatis illius Græcæ fœdis notis impresso pauca et fere parva emendavi.

sine præpositione. Scrib. hic videtur: καὶ Λύσανδρον, Λυσάνδρας ἐρῶντα et c. 18, 6: διὰ Λύσανδρον.

Ibd. 7, 1: προκηρύξας ἐμοῦ γ' ἕνεκα πάσαις γυναιξὶν ἂν ἐραστήν. Sic codices (nam edd. ἂν omittunt); scrib. videtur: γυναιξὶν ἰέναι ἐραστήν. (§ 2: Μέγα γάρ, ἂν ... ἐπικρατήσῃ. Tum fortasse: κρατεῖν προσδοκῶσαν aut θέλουσαν pro δοκοῦσαν.)

Ibd. 8, 1 scribendum e vestigiis codicum: ἀναστρέφειν . . . τὸν Ἡσίοδον, ἂν ἐκείνου (sic codd.) λέγοντος· Μήτε . . . γαμοῖτο, σχεδὸν ἡμεῖς . . . περιάψωμεν (sic codd.); tum § 2: καὶ καθείσθω τὰς ὀφρῦς καὶ παυσάσθω τρυφῶσα, σχῆμα λαβοῦσα τῶν τοῦ πάθους οἰκείων, omisso καί ante σχῆμα. Eadem particula sublata iam est c. 9, 9 ante Ἀφροδίτης, tollenda c. 13, 5 ante κρύφα.

Ibd. 16, 2: τὸ φυσικὸν πρῶτον, εἶτα τὸ συγγενικόν. Manifesto idem amicitiæ genus est τὸ φυσικὸν et τὸ συγγενικὸν ipso Plutarcho declarante; scrib.: εἶτα τὸ ξενικόν. Eodem capite § 21 p. 759 E e codicum vestigiis fit: ἡ Λαῒς ἡ Γναθαίνιον pro ἡ Λαΐδα. Nominativus requiritur. C. 18, 14 pro ἐπεὶ δέ scrib.: ἔπειτα δέ.

Ibd. 19, 7 p. 764 D: Γῆν δὲ κατ' οὐδὲν Ἀφροδίτην καλοῦντες. Ita codices, non Σελήνην δέ. Scribendum: Τὴν δὲ κάτωθεν. Sic lunam significat. Paulo post § 9 pro αἰτεῖσθαι videtur substituendum αὔξεσθαι.

Ibd. 19, 16 p. 765 C scribendum: κινούσης ἐπὶ σπέρμα κατ' ὄλισθον ἀτόμων (pro: καὶ ὄλισθον ἀτόμων), c. autem 21, 7 p. 767 C supplendum ἀγῶνος (ὥσπερ κοινοῦ συστάντος ἀγῶνος).

Ibd. 23, 8 p. 769 B: ἐκ τῶν ἑκάστοτε συλλεγομένων σχημάτων. (Sic codices.) Scr.: ἐγκλημάτων.

Ibd. 24, 7 p. 770 B: τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς. In ἅμα καλῆς latere videtur unum adiectivum contrariæ

ei, quæ in *καλός* est, significationis; sed id quod sit, non reperio. (*ὠμοτάτης τυραννίδος?*) Lusit in eadem re Bion apud Stobæum floril. 66, 5 (*φεῦ τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης*).

Ibd. 25, 1: *Ἰούλιος γάρ, ὁ τὴν ἐν Γαλατίᾳ κινήσας ἀπόστασιν.* Codices *Κιούλιος*. Scripserat igitur recte Plutarchus *Κιουίλιος*, nisi quod nominis formam leviter detorsit (*Civilis*), ut *Μαρτιάλιον* pro Martiali dicit.

Ibd. 25 extr.: *ᾧ καὶ μάλιστα παρώξυνε τὸν Οὐεσπασιανόν, ὡς ἀπέγνω τῆς σωτηρίας, πρὸς αὐτὸν ἀλλαγὴν κελεύουσα.* Scrib.: *προσαιτεῖν ἀλλαγὴν κελεύουσα*, *permutationem eum* sortis secum *postulare iubens*; suam enim Epponina longe meliorem quam Vespasiani esse significabat.

Maxime cum principibus philosophandum esse c. 1 init. Ex huius libelli initio trunco quæ supersunt (*σωρκανὸν ἐγκολπίσασθαι καὶ φιλίαν τοι καὶ μετιέναι καὶ προσδέχεσθαι καὶ γεωργεῖν*), sic scribenda videntur: *εἰς ὁρκάνην ἐγκολπίσασθαι* (*in rete includere*) *καὶ φιλίαν αὐτῶν καὶ μετιέναι κ. τ. λ.* De principibus viris captandis Plutarchus loquitur imagine sumpta ab ea re, de qua Alciphron *ἰχθῦς τῇ σαγήνῃ ἐγκολπίζεσθαι* dixit. Tum § 3 oratio sic interpungenda: *Ἐπεὶ τί;* (*φήσει ἀνὴρ . . . φιλοσοφίας δεόμενος·*) *Σίμων δὴ γένωμαι . . .*; (pro *δέ*). Ibd. § 13 p. 777 B scribendum videtur: *ἀποδιδράσκειν βουλόμενος ἐν γωνίᾳ τέ τινι . . . φιλοσοφεῖν*, addito *τε*. (De c. 2, 5 dictum supra p. 118.)

Ad princip. inerud. c. 2, 1 pro *φαίνεσθαι* scrib.: *φανεῖσθαι*, et c. 5, 4 p. 782 A: *Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην· ὀλίγου δέω εἰπεῖν, τὴν περὶ αὑτὸν εὐτυχίαν . . . βαρυνόμενος κ. τ. λ.* (pro *δέων*).

An seni sit gerenda resp. c. 4, 3 p. 785 D: *Ἐργασίας γε μὴν βαναύσου . . . ἅπτεσθαι μετὰ πολιτείας.* Imo: *μετὰ πολιτείαν*, *post reip. administrationem.*

Ibd. 7, 3: *πολὺς γὰρ* (*ὁ φθόνος*) *ἐν τοῖς ἀρχομέ-*

νοις διὰ τὸ φλέγεσθαι προεκπίπτων, ὅταν ἐκλάμψωσιν, ἀφανίζεται. Scrib.: *ἐν τοῖς ἀρχομένοις διαφλέγεσθαι.*

Ibd. 8, 6 p. 788 C: *τὴν εὐλάβειαν καὶ τὴν φρόνησιν καὶ τὸ μὴ φαινόμενον ἀλλὰ τὰ μὲν ἐσφαλμένα, τὸ δὲ ὑπὸ δόξης κενῆς προσπίπτειν πρὸς τὰ κοινά.* Videtur subesse: *καὶ τὸ μὴ φαινομένοις λανθάνειν ἐσφαλμένοι μηδὲ ὑπὸ δ. κ. π. π. τ. κ.*

Ibd. 9, 6 p. 789 C: *Ὦ ξένε Ἀθηναῖε ἢ Ῥωμαῖε, ἀζαλέῳ γήρᾳ καταν θιδῶν κήδη, γραψάμενος ἀπόλειψιν τῇ πολιτείᾳ ... εἰς ἀγρὸν ἐπείγου.* Scribendum coniicio: *ἀζαλέῳ γήρᾳ κατανθίζων κάρα, ἤδη γραψάμενος κ. τ. λ.*, *qui caput senectute* (*canis*) *conspergis* (versu trimetro una syllaba breviore).

Ibd. 23. Huius capitis initium, *ὀνειδίζων* pro *ὀνειδίζειν* scripto, sic superioribus participiis continuandum est: *τούτου δὲ πολιτικώτερον, μὴ μόνον ἐμφανῶς μηδὲ δημοσίᾳ ὀνειδίζων ἄνευ δηγμοῦ* . . . (*sed illo prudentius non solum palam sine morsu obiurgans*), *ἀλλὰ μᾶλλον* ... *ὑποτιθέμενος* et reliqua usque ad *ἀνεθάρρυναν*. (Si quem *μή* offendit, conferat synt. Gr. § 207 n. 2, exemplaque adiungat ex una Pelopidæ vita c. 14, 20, 23 extr., 26, 30. Sed *μηδὲ δημοσίᾳ* pro *μηδὲ μόνον δημοσίᾳ* suspectum est.) (De c. 27, 4 et 5 dictum est p. 141.)

Præcept. reip. gerendæ c. 4, 2: *ὅσα γοῦν ἐπανθεῖ μάλιστα καὶ προσπίπτει τῶν ἁμαρτημάτων.* Imo: *προπίπτει*, *eminent.* Eod. cap. § 17: *Ἐν δὲ Λακεδαίμονί τινος Δημοσθένους, ἀνδρὸς ἀκολάστου, γνώμην εἰπόντος.* Scr.: *Ἐν δὲ Λακεδαίμονι Τιμοσθένους.*

Ibd. 5, 2 excidit et turbatum est aliquid; scriptum enim fuerat: *οὕτω πόλιν πείθειν οὐ λόγον οὐδὲ τρόπον, ἀλλὰ λόγῳ καὶ τρόπῳ χρωμένην, ὥσπερ οἴακι καὶ χαλινῷ, τὴν πολιτικὴν ἀρετήν.* C. 10, 8 pro *ἀλλὰ καὶ θαυμάσας* scribi debet: *ἀλλὰ καταθαυμάσας.* (De c. 11, 3 dictum est p. 585 ad vit. Pyrrhi c. 16.)

Ibd. 13, 11 p. 807 E. Euripidis ex Bellerophonte versus, qui de vit. pud. c. 3 truncatus legitur, sic scribendus est:

Ἔπτησσ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ καλὸν πέλοι

(pro *μᾶλλον θέλοι*).

Ibd. 15, 10 p. 811 F: *Δεῖ δὲ, ὥς φασιν, ἐρῶντι τῷ δήμῳ τὸν πολιτικὸν προσφέρεσθαι.* Imo: *Δεῖ δέ, φασιν, ὡς ἐρῶντι τῷ δήμῳ κ. τ. λ.*

Ibd. 21, 3: *τὸν μὲν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν, Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα, μισθωτῷ τῷ τὰ τρίτα λέγοντι πολλάκις ἕπεσθαι.* Scrib.: *Θεόδωρον ἢ Πῶλον, ὄντα μισθωτὸν, τῷ τὰ τρίτα λέγοντι κ. τ. λ.* (*Μισθωτοί* ambo erant; id notatur in eo, de quo agitur.) C. 24, 4 excidit verbum, quod Plutarchus primis poetæ verbis, quæ citat, interposuisse videtur: *Μικρὸν δὲ δεῖ ποδὸς*

χαλάσαι μεγάλῃ κύματος ἀλκῇ,

τὰ μὲν αὐτὸν ἐνδιδόντα κ. τ. λ.

Ibd. 27, 3 tollendum *τιμήν*, inepte interpositum imagini (*χρυσὸν . . . αὐξανόμενον*). Tum § 4 alienissimi hinc *ὁ σαλπιγκτὴς καὶ ὁ δορυφόρος*. Neque enim de huiusmodi hominum statuis aut imaginibus agitur. Ad interpretandum illud *ὑφ' οὗ γέγονεν* adscriptum oportuerat: *ὁ πλάστης καὶ ὁ ζωγράφος*. Sed totum delendum est. Deinde § 6 scribendum: *καὶ νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τοῖς μὴ λαβοῦσιν* (*ἀνδριάντας καὶ ἄλλας τιμάς*) *αὐτοὶ χάριν ὀφείλειν, τοὺς δὲ λαβόντας αὐτοῖς* (pro *αὐτοῖς*), *καὶ οὐ βαρεῖς* (pro *καὶ βαρεῖς*) *εἶναι οἷον ἐπὶ μισθῷ τὰς χρείας ἀπαιτοῦντες, neque molestos se esse, cum ab iis tanquam mercede data operas exigant.* *Ἀπαιτοῦντες* satis ostendit etiam *βαρεῖς* nominativum esse.

Ibd. 31, 6 p. 822: *ἀλλ' ἀπ' ἀρετῆς καὶ φρονήματος ἀεὶ μετὰ λόγου πειρωμένοις ἄγειν τὴν πόλιν.* Auditur *δεῖ* (*δεῖ δὲ μάλιστα*). Scribendum: *ἀπ' ἀρετῆς καὶ φρονήματος ἀμεταβόλου πειθοῦς ἡνίοις ἄγειν τὴν πόλιν, οἷς οὐ μόνον τὸ καλὸν καὶ τὸ σεμνὸν, ἀλλὰ*

καὶ . . . τὸ ἀγωγὸν ἔνεστι. Obversata est Plutarcho Periclis imago. (Num: *ἡνίαις . . ., αἷς?*)

Ibd. 32, 6 p. 824 C: *καὶ τοῦτο τῆς πολιτικῆς ὥσπερ τέχνης μέγιστον ἡγεῖσθαι καὶ κάλλιστον.* In *ὥσπερ* latet substantivum, ut opinor, *πέρας.*

Ibd. 32, 11: *ἀσθένειαν, ἧς ἐναπολαῦσαι ἄμεινόν ἐστι τοῖς εὖ φρονοῦσι.* Græcum est et sententiam habet: *ἧς ἕν ἀπολαῦσαι*, *ex qua unum* saltem *fructum capere.*

De vitando ære alieno c. 1 extr.: *τοῖς γὰρ ἀπόροις οὐ δανείζουσιν, ἀλλὰ βουλομένοις εὐπορίαν τινὰ ἑαυτοῖς κτᾶσθαι· καὶ μάρτυρα δίδωσι καὶ βεβαιωτὴν ἄξιον, ὅτι ἔχει πιστεύεσθαι, δέον ἔχοντα μὴ δανείζεσθαι.* Extrema sic corrigenda sunt: *καὶ μάρτυρα δίδωσι καὶ βεβαιωτήν, ἀξιῶν, ὅτι ἔχει, πιστεύεσθαι, δέον κ. τ. λ.* Sed inde sequitur superiora (in quibus *βουλομένοις* pro *τοῖς βουλ.* pravum est) sic esse scribenda: *ἀλλ' ὁ βουλόμενος εὐπορίαν τινὰ ἑαυτῷ κτᾶσθαι καὶ μάρτυρα δίδωσι κ. τ. λ.*, *qui* (mutuum sumendo) *copiam sibi lautiorem parare vult, cet.*

Ibd. 2, 4. Qui mutuum sumunt, non dant, sed accipiunt *ἐπὶ δουλείᾳ διδόμενα* (— servi enim fiunt creditorum —). Scribendum est: *οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ὥσπερ ἐν πολιορκίᾳ ταῖς χρείαις* (*in necessitatibus tanquam in obsidione*) *μὴ παραδεχώμεθα φρουρὰν δανειστοῦ πολεμίου μηδὲ χρήματα* (pro *ὁρᾶν τὰ*) *αὐτῶν ἐπὶ δουλείᾳ διδόμενα, ἀλλὰ κ. τ. λ.* (*Αὐτῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν.*)

Ibd. 3, 3 scribendum: *τὸ δὲ τῆς εὐτελείας* (*ἱερὸν*) . . . *πανταχοῦ τοῖς σώφροσιν ἀναπέπταται μετὰ πολλῆς σχολῆς εὐρυχωρίαν παρέχον ἱλαράν.* Vulgo deest *μετά.* Xylander recte vertit. Eodem cap. § 5 non *προσγράφοντα τὴν ἐπιτιμίαν*, sed *προγράφοντα* scribendum: *tanquam in auctione honestatem tuam et ius proscribentem.*

Ibd. 5, 5 post *ἐσθῆτας* desideratur *ἀμφιέννυνται.* Sed plura exciderunt; neque enim, quæ proxime

subiiciuntur (ἀλλὰ πρῶτός τις κ. τ. λ.) cum superioribus cohærent. Extremo capite (§ 6) scribendum: καὶ πόθεν προσκυλινδόμενον (pro καὶ πόθεν που κυλ.).

Ibd. 7, 5 p. 830 C. Cleanthis responsum hoc fuit: Ἀλῶ, φησίν, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἀρτοποιῶ (codd. ὃ ποιῶ) ἕνεκα τοῦ ζῆν μόνος μηδ' ἀποστῆναι φιλοσοφίας (*ut solus vivere possim*; codd., quantum scitur: ζῆν· μόνος δὲ ἀποστῆναι μηδὲ φιλ.). C. 8, 9 s. fin. pro ὑπαργυρεύοντες, quod et forma et significatione ineptum est, fortasse scribendum ὑπεραγρυπνοῦντες, quo verbo Ælianus usus est.

Interpositas libris Plutarcheis **vitas decem oratorum** sæpe, ut fit, carptim inspectas, festinanter percurri nec quicquam annotavi, nisi in Isocratis vita § 42 scribendum videri: ἐν τῇ ἀριστερᾷ τῶν ἀρρηφόρων (pro τῇ σφαιρίστρᾳ) et Lycurg. § 6 in περὶ παντὸς subesse ἐπειπόντος et § 38 fortasse: ἐν πίνακι μελείνῳ. (Materiam tabulæ significari Reiskius intellexit.)

De Herodoti malignitate c. 6: (Περικλέους) μηδενὸς ὑφεῖσθαι Λακεδαιμονίων ἐθελήσαντος. Usus certissimus postulat Λακεδαιμονίοις (ut in hoc ipso libro c. 34, 3, c. 42, 1); sed totum nomen, adscriptum ad præcedens Πελοποννησίων, errore huc irrepsit. Paulo post scribendum: περὶ τῆς . . . προαιρέσεως τοῦ πράξαντος, αὐτὸ τό πεπραγμένον . . . οὐ δυνάμενος ψέγειν (pro: τοῦ πράξαντος αὐτοῦ, τὸ).

Ibd. 13, 3: ἀλλ' εὐστόμως κεῖσθαι περὶ τῶν θείων. Scribendum ad Herodoti formam: εὔστομα οἱ κεῖσθαι. (Quæstt. conv. II, 3, 2, 11: εὔστομα κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον.) Deinde, deleto περί, quod Salmasius addidit, orationis hæc forma restituenda est (nam singula verba præstari nequeunt): Ἡρακλέα δὲ καὶ Διόνυσον, οὓς μὲν Αἰγύπτιοι σέβονται, ἀποφαίνων εἶναι θεούς, οὓς Ἕλληνες δέ, ἀνθρώπους καταγεγηρακότας, οὐδαμοῦ ταύτην προὔθετο τὴν εὐλάβειαν.

Ibd. 31, 1: *Ὁ δὲ Ἡρόδοτος τῷ Ἀριστοφάνει μεμαρτύρηκε, δι' ὧν τὰ μὲν ψευδῶς, τὰ δὲ διὰ τὰ δὲ ὡς μισῶν καὶ διαφερόμενος τοῖς Θηβαίοις ἐγκέκληκεν.* Scribendum videtur: *τὰ μὲν ψευδῶς, τὰ δὲ διαβόλως, μισῶν κ. τ. λ.*

Ibd. 35 init. scribendum: *τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ πραότερον* (pro *πρότερον*) *ὀνομάζειν τὰς τῶν μηδισάντων ἀνάγκας.*

Ibd. 41 init.: *ὅσον ἦν ὑπόλοιπον ἐν τῇ πρὸς Λακεδαιμονίους αὐτῷ δυσμενείᾳ, ἐκχέαι σπεύδων.* Scribendum: *ὑπόλοιπον τῆς π. Λ. αὐτῷ δυσμενείας.*

De facie in orbe lunæ (vel potius *de luna*) c. 1: *Ταῦτα, εἶπε, τῷ γὰρ ἐμῷ* (sic codd.) *μύθῳ προσήκει κἀκεῖθέν ἐστι.* Scribendum opinor: *τῷ παραμέσῳ μύθῳ.* Quærit deinde Sulla, proluserintne quædam (*προανεκρούσασθε*, non *προσανεκ.*). (Cap. 4, 4 p. 921 D e codd. restituendum *μηδέ* pro *δὲ δή.* Eo minus fieri id, de quo interrogatur, posse dicitur.)

Ibd. 6, 6. Codices: *σκιὰν* (*ἡ γῆ*) *ἀφίησιν ἡ βραχυτάτη* (non *τὴν βραχυτάτην*) *πλάτος τρισέληνον.* Scrib.: *ἀφίησιν, ᾗ βραχυτάτη, πλ. τρισ.* § 10 e codicum scriptura: *μένουσαν ... καὶ ἀτρέπτουσαν* efficitur: *καὶ ἀτρεμοῦσαν.* Cfr. c. 11, 3. C. 7, 6 scribendum: *ἄπαυστον αἰώραν καὶ ἀκατάστατον* (pro *ἀκατάπαυστον*).

Ibd. 8, 2 scribendum videtur: *καὶ τεκμήριον ἔσται τὸ τῶν ῥεπόντων* (v. *ἔσται τῶν ῥεπ.*) *οὐ τῇ γῇ* (pro *τῆς γῆς*) *μεσότητος πρὸς τὸν κόσμον, ἀλλὰ πρὸς τὴν γῆν κοινωνίας τινὸς καὶ συμφυΐας τοῖς ἀπωσμένοις αὐτῆς, εἶτα πάλιν καταφερομένοις.* Barbare vertam: *Id, quod accidit in vergentibus deorsum, non argumento erit telluri medietatis ad mundum, sed iis, quæ a terra propulsa rursus in eam deferuntur, communionis cuiusdam cum terra et copulationis;* hoc est, ex eo non concludi poterit, terram in mundo mediam esse, sed cum terra communionem habere ea, quæ ab ea propulsa rursus decidant.

Ibd. 10, 3 scrib.: ἡ γῆς μοῖρα καὶ χώρα (pro ὥρα), coll. c. 9 extr. Tum § 5: ἀλλὰ καὶ ἐκείνῃ καὶ (codd.: καὶ κινητικο) ταύτῃ διάστημα δοτέον (pro τὸ δέον), ἐπιχωροῦντος τοῦ κόσμου διὰ μέγεθος. (In codice E sæpius spatia vacua esse, ubi nihil desit, iam Wyttenbachius animadvertit; vid. c. 14, 1, c. 15, 7, c. 16, 13, c. 17, 8, c. 18, 3, c. 24, 8, c. 25, 15, c. 26, 13 et 14, c. 29, 1 et 3, quibus locis delendæ sunt lacunarum notæ a Duebnero positæ.)

Ibd. 11, 3 scribendum videtur: ὡς ἑτέρᾳ τινὶ φυσικῇ μᾶλλον διαφορᾷ (pro τινὶ ψυχῇ καὶ φύσει μᾶλλον διαφορᾷ) τῆς μὲν ἀτρεμούσης ἐνταῦθα, τῆς δ' ἐκεῖ (pro καὶ) φερομένης. (§ 4: κάτω δὲ μόνον ἕν, § 5: καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἄτοπον, priore loco sublato ὄν, altero τό.)

Ibd. 12, 3 scrib.: μηδὲ νοῦν, χρῆμα ἀθῷον ὑπὸ βρίθους ἢ πάχους οὐρανόν τε . . . διιπτάμενον, εἰς σάρκας ἥκειν κ. τ. λ. (pro νοῦ χρῆμα θεῖον ὑπὸ βρ.), et 13, 2: εἴπερ εἰδείη τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος ἀφ' ἑαυτοῦ τάξιν τε καὶ χώραν κατὰ καιρὸν (pro καὶ καιρὸν), οὐ δεῖ, λαβεῖν. Tum 14, 1, ut opinor: τὰς καταδεδουλωμένας ἔθει δόξας ἀφέντας, *sententias consuetudine serviliter constrictas* (pro ἕξει).

(De c. 15 extr. dictum est p. 71.)

Ibd. in proximis capitibus hæc corrigenda: 16, 9 p. 929 C: εἰ μὴ στέγει . . . τὸν ἥλιον, ἀλλὰ διΐησιν (pro δίεισιν, coll. c. 18, 7: τὸν ἥλιον ὁ ἀὴρ διΐησιν), 18, 4: ἄλλαις καὶ ἄλλαις κλίσεσι (deest prius ἄλλαις), 20, 8: ταύτῃ δὲ (τῇ σελήνῃ) ἡ γῆ ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν (om. ἡ γῆ; sententiam Amiotus vidit), 21, 13: γῆ τις ἱερὰ . . . νομιζομένη (v. ἥτις ἱερά), 23, 10: μήτ' ἀφαλλομένη (ἀφαλλομένης), 24, 8: δέχεται διὰ τοὺς ἀγρίους . . . χειμῶνας (om. διά), 25, 9: οὐ μὲν . . . οἳ δὲ (οἱ μὲν . . . οἱ δὲ) et § 16 tollendum πρός ante χειμῶνος, § 26: ἄλλη πρόσφορός ἐστιν ἄλλοις (v. αὐτοῖς).

Ibd. 26, 9 excidit loci, in quem περαιοῦνται homines,

significatio; tum § 11 scrib.: *κατὰ κορυφὴν εἰσπετομένους* (*οὓς πετομένους*), § 13: *ὀνειροπολεῖν τὸν Κρόνον, ἐπειδὰν παύσῃ τὰ τιτανικὰ πάθη . . . ὁ ὕπνος καὶ γένηται*, deleta lacunæ nota, § 15: *ἐπιθυμίαν . . . ἔχων '. . . ἐπειδὴ τὰ τριάκοντα ἔτη διῆλθεν* (v. *ἐπεὶ δὲ*), § 16: *ἔν τε τελεταῖς* (v. *ἐν τελ.*).

Ibd. 28, 4 scrib.: *ὁ μέν ἐστιν ἐν τῇ γῇ τῆς Δήμητρος* (*ἐν τῇ τῆς Δ.*) . . . *ὁ δὲ ἐν τῇ σελήνῃ τῆς Φερσεφόνης*, § 7: *πτοήσει συγκεκραμένην* (*συγκεκραμένῃ*). (De § 8 dictum p. 27.)

De primo frigido c. 3, 3 scrib.: *ἐπιοῦσαν* pro *ἐμποιοῦσαν*, 6, 2: *οὐδὲ φθορά τίς ἐστι τοῦ θερμοῦ . . ., ἀλλ' ὑπαρκτικὴ φύσις* (*natura per se constans*, pro *φθαρτική*), 12, 7: *οἵτε . . . ἀναρίτοντες* (*ὅσοι τε*), 13, 6: *τὰ λεπτὰ τῶν ἔργων*, *opera subtilia*, pro *τὰ λοιπά*, 21, 4: *ἐξικμασθέντος* pro *ἰκμασθέντος*.

Aquane an ignis utilior c. 9, 4 scr.: *τὰ νεκρὰ* (pro *τὰ ὑγρὰ*) *τῶν σωμάτων*.

In libro **de sollertia animalium** hæc emendatius scribenda annotavi, c. 1, 4: *συννεάζων τοῖς μειρακίοις* (codd. *συννεαρίζων*), 2, 3: *καὶ βοῦς ἢ σῦς αἰτίαν ἔσχε προκειμένων ἱερῶν γευσαμένοις* (*γευσάμενος*) *ἐπιτήδειος ἀποθανεῖν εἶναι* (v. om. *εἶναι*), 5, 9: *οὐκ ἐν τῷ φρονεῖν πεφυκότι* (*οὐχὶ τῷ φρ. πεφ.*), 7, 2: *ὅπως ἄστρα καὶ ζῷα καὶ ψυχὴ* (v. *τύχη*) *παρεισέλθῃ*, (— post *προδήλων καὶ* plura exciderunt —), 8, 2: *καὶ διὰ τοῦτο Ἀριστοτίμου γενησομένους* (*πρὸς Ἀριστότιμον*, sed *πρός* Duebnerus significat non esse in codicibus), 9, 6: *σῦν μὲν* (v. *μόνον*) *καὶ ἔλαφον . . ., θύννον δὲ καὶ κάραβον*, 10, 7: *ἡ τῆς μηχανῆς αὐτῆς ἡνιοχεία . . . συνάγειν τὸ θήρατρον ἀρχομένης ὡς αἰσθανομένης καὶ φρονούσης, τῇ καθ' ἡμέραν ὄψει . . . πιστὸν ἔσχε τὸν λόγον* (omitt. *ἀρχομένης ὡς*), 14, 2: *ἢ μηδὲ . . . φήσῃ* (*aut etiam neget*, v. *φήσει*), 15, 2: *οὐκέτι γὰρ προσμάχονται . . . ὁμοίως* (*ὁμοίοις*), 23, 4: *ἀνεῳγμένη παρέχει*

τῇ αἰσθήσει τὴν ἱστορίαν (v. *ἀνεῳγμένῃ*), 35, 7: *οἷα . . . δημιουργεῖ, χαλεπόν ἐστι μὴ καταμαθόντας πεισθῆναι· ὄψει δὲ τὸ πλαττόμενον* (*videbis autem*, v. *πεισθῆναι τῇ ὄψει τὸ πλ.*), 36, 2 (de littoribus): *σάλους μαλακοὺς ἔχοντα καὶ ἀσφαλεῖς* (v. *στόλους*).

De Stoicorum repugnantiis c. 2 init.: *πολλὰ μὲν, ὡς ἐν λόγοις, αὐτῷ Ζήνωνι, πολλὰ δὲ Κλεάνθει, πλεῖστα δὲ Χρυσίππῳ γεγραμμένα τυγχάνει περὶ πολιτείας.* Scrib.: *ὡς ἐν ὀλίγοις, ut in paucis.* Pauca Zeno omnino scripsit, sed in his (pro portione) multa de rep. Eundem errorem (*ἐν λόγοις* pro *ἐν ὀλίγοις*) c. 10, 3 Mezeriacus correxit; cfr. codd. Aristotelis polit. V, 1, 8 Stahr. (De c. 2, 4 dixi p. 142.)

Ibd. 10, 1 scrib. videtur et sententia continuanda sic: *τοῖς δὲ ἐπιστήμην ἐνεργαζομένοις, καθ' ἣν ὁμολογουμένως βιωσόμεθα,* (*ἐπιβάλλει*) *στοιχειοῦντας τοὺς εἰσαγομένους ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, ἐφ' ὧν καιρός ἐστι, μνησθῆναι καὶ τῶν ἐναντίων λόγων.* Editur: *τὰ ἐναντία στοιχειοῦν καὶ καταστοιχίζειν τοὺς εἰσαγ.* Corrupto *στοιχειοῦντας* additum est *καταστοιχίζειν* (quod a *στοιχείοις* fingi non potuit). *Τἀναντία* si verum esset, significaret *contra* (*τοὐναντίον*); sed repetitum hic e superioribus est. Sub fin. cap., § 15, fortasse ponendum: *πρὸς τὴν τούτων* (hoc est *τῶν ἀληθῶν*) *συνέχειαν* (pro *συγγένειαν*). C. 11, 3 scrib.: *εἴ γε μὴ προστάξει τι* (*προστάξεις τι*).

Ibd. 11, 5 valde vereor, ne eo genere verborum traiectionis, de quo dixi ad vit. Demetr. c. 20, erratum sit scribendumque: *δῆλός ἐστι μέσον προστάττων, οὐ κατόρθωμα.*

Ibd. 13, 8 excidit significatio actionum vere virilium et modestarum, cum ad hanc formam (si non his ipsis verbis) scriptum esset: *εἰ γὰρ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀνδρείως ὑπὲρ πατρίδος μαχόμενον τρωθῆναι καὶ τὸ ἀνδρείως δῆγμα μυίας ἐνεγκεῖν, καὶ τὸ σω-*

φρόνως καλῆς νεάνιδος καὶ τὸ σωφρόνως ἀποσχέσθαι τῆς γραός, οὐδὲν, οἶμαι, διαφέρει κ. τ. λ.

Ibd. 13, 3 et 15, 3 in Chrysippi verbis e codicibus restituendum est: *τῶν δὲ δι' αὐτῶν αἱρετῶν ὄντως* (pro *ὄντος*) *καὶ τοῦ καλοῦ* (auditur: *τέλους ἀπολειπομένων*).

(De c. 20, 3 monitum p. 26 n.)

Ibd. 22 extr.: *ἐνταῦθα δ' ἀπόλογον*. Videtur fuisse: *ἀπὸ λόγου*, contrarium superiori *πρὸς λόγον*, ut dicitur *ἀπὸ* (*ἄπο*) *τρόπου*, *ἀπὸ σκοποῦ*, alia. (Initio capitis scrib.: *εἰπών, ὅτι . . . διαβέβληται, ἔτι εἰς τὰ θηρία φησὶ δεῖν ἀποβλέπειν*. Codd. *ἔτι τὰ θ.*, edd. *καὶ πρὸς τὰ θ.*)

Ibd. 23 init. pro *δοκοῦντος* scribendum: *δοκοῦντες*, h. e. fere, *δοκεῖν θέλοντες*, nisi ipsum *θέλοντες* restituendum est. Tum § 5 hæc debet esse loci forma: *Πότερον, φησίν, ἔξεστι τὸν βραβευτὴν τὸν φοίνικα, ὁποτέρῳ βούλεται, ἀποδοῦναι, κἀθ' ἂν* (pro *κἂν*) *τύχωσιν αὐτῷ συνηθέστεροι ὄντες, ὡς ἂν ἐνταῦθα τῶν αὐτοῦ τι χαρισάμενον* (pro *χαρισόμενον*) *τρόπον τινά, ἢ μᾶλλον* (*ἢ* add. Wytt.), *ὡς κοινοῦ τοῦ φοίνικος γεγονότος ἀμφοτέρων, οἱονεί τινος κλήρου γινομένου, τὴν ἄλλως* (sic W. pro *ἐνάλλως*) *κατὰ τὴν ἐπίκλισιν, ὡς ἔτυχε, δοῦναι ἑατέον;* (pro *αὐτόν*). Deinde § 6 in Chrysippi verbis scribendum videtur: *εἰ τῶν δοκιμαζόντων ποσάς δή* (pro *τοσάσδε*) *τινας δραχμὰς ἢ δύο ἐπὶ ποσὸν* (pro *τοσόνδε*) *οἱ μὲν τήνδε, οἱ δὲ τήνδε φαῖεν εἶναι καλήν*. Cfr. c. 37, 2.

Ibd. 27, 2: *ὡς δέον φαντασίαις ἐπιφερομένων τινῶν τὸν μὲν ἐμμένειν τοῖς κρίμασι, τὸν δὲ ἀφίστασθαι*. Sic codices; scrib.: *ὡς* (*ὥστε*) *δεινῶν φαντασίαις ἐπιφ. τινῶν*.

Ibd. 30, 5 excidit *δεῖν* post *ἀποστρέφειν* et § 6 *εἶναι* post *ἀποβαλεῖν* (*τῷ ἀγαθῷ τὸ τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν εἶναι οἱονεὶ δραχμὴν ἀποβαλεῖν*), ut de soll. animal. c. 2, 3. (Cap. 31, 4 nulla est lacuna. Erant, qui

dicerent deos τοὺς ἀγαθοὺς ὠφελεῖν τῷ κρίνειν αὐτοὺς κατ' ἀρετὴν καὶ ἰσχύν.)

Ibd. 39, 1 scrib.: ὁ δὲ Ζεὺς καὶ ὁ κόσμος καθ' ἕτερον τρόπον, ἀναλισκομένων ἁπάντων καὶ ἐκπυρουμένων. V. ἀναλ. καὶ ἐκ πυρὸς γινομένων. (C. 41, 2 fort. scrib.: ἀραιότερον πνεῦμα ἀπὸ τῆς ψύξεως.)

Ibd. 44, 10: οἰόμενος αὐτῷ παντελῆ συνάπτεσθαι φθοράν. Scrib.: συνάπτειν ἂν φθοράν. Vid. § 2: καὶ παντελῶς ἂν αὐτῷ συνάπτοι ἡ φθορά.

Adversus Stoicos de comm. notitiis c. 3, 1: ἀφ' ὧν μάλιστα τὴν αἵρεσιν ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνα δοκοῦσι. Scribendum videtur: ὥσπερ ἐπ' ἰκρίων ἀναδεικνύασι καὶ μόνην ὁμολογεῖν τῇ φύσει λέγουσι: *proponunt tanquam in suggesto admirandam.*

Ibd. 7, 1 scrib.: εἰ τῶν ἀγαθῶν ὁ φρόνιμος μήτε ἀπόντων μήτε εἰ πάρεστιν (v. πάρεισιν) αὐτῷ φροντίζοι (v. φροντίζων), ἀλλ' . . . εἴη.

Ibd. 9, 2: ἀλλὰ καὶ ὅλως εἰπεῖν τὸ ἀγαθὸν ἀρρεπὲς ποιοῦσιν. Imo: καὶ ὅλως, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸ ἀγ. κ. τ. λ.

Ibd. 12, 3 scr.: μετοικίζει, καθάπερ οἱ τύραννοι, τοῖς κακοῖς προεδρίαν διδοὺς καὶ νομοθετῶν κ. τ. λ. (V. διδοῦσι καὶ νομ.)

Ibd. 14, 3 pro συννομησομένων scr. συννεμησομένων. Quod c. 14, 1 Chrysippus comœdias dicit ἐπιγράμματα γελοῖα φέρειν, quod vocabulum deinde ter repetitur (§§ 2, 3, 5) addito ultimo loco genetivo (τοῦ ποιήματος), id quid sit nescio suspicorque ἐπίρραμμα, *pannum adsutum*, a Chrysippo scriptum. Librarius cum semel vocabulum ignotum mutasset, perstitit in mutando.

Ibd. 15, 3 scrib.: Ἡ δήπου χρῆσίς ἐστιν ὄνομα μόνον, usus ille et *utilitas* τῆς κακίας, quam Stoici iactant, pro eo, quod editur: ἡ δὲ ποῦ γῆς ἐστιν; ὄνομα μόνον. Paulo post fieri debet: ἐναργής, οὐδενὸς οἷα χρηστοῦ μεταλαβεῖν (v. ἐναργής· οὐδενὸς ὡς ἀχρήστου μ.).

Ibd. 16, 2 Duebnerus edidit: *παραπλησίως οἷον προσήκειν* (antea *ὡς προσήκει*) *ἀγαθῶν ὑπαρχόντων καὶ κακὰ ὑπάρχειν*. Si e codicibus, scribendum: *οἴονται προσήκειν*. Alioquin faciendum esset: *παραπλησίως προσήκειν*, audito *λέγουσιν*.

Ibd. 26, 3 scribendum: *Εἰπὲ γάρ, οἷόν τε* (pro *Εἴπερ γὰρ οἴονται*), *μὴ στοχαζομένους τούτων μηδ' ἐφιεμένους τοῦ τυχεῖν ἐκείνων, τὸ τέλος ἔχειν, οἷ* (v. *οὗ*) *δεῖ ἐκεῖνα ἀναφέρεσθαι, τὴν τούτων ἐκλογήν, καὶ μὴ ταῦτα*. De re dixi ad Cic. de fin. III, 22 p. 377 ed. II.

Ibd. 27, 2 (nam de § 1 dictum p. 17 ima) absurdum est *τῶν πραγμάτων*. Fuit aut: *ὡς τῶν ἀδυνάτων ὄν* aut simile. § 5 et 6 non recte Wyttenbachius inter duas personas distribuit, quæ sunt unius Diadumeni seipsum interrogantis. §. 7 scribendum fere: *φαίνεται γὰρ εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ νόησιν τῇ φρονήσει χρώμενος, φρόνησιν δὲ ἐν τῇ περὶ τἀγαθὸν ζητῶν νοήσει*.

Ibd. 28, 2 scrib.: *ὅς ἅμα σώματος μοχθηρίᾳ ψυχῆς βλαπτομένης* (pro *βλεπομένῃ*, Wyttenb. *βλαπτομένου*) *συνέχεται καὶ γίνεται*. C. 29, 1 proxime ad codices scrib.: *καὶ καθιστάντες τὸν λόγον, ὅς ἅμα ἀποστρέφει καὶ ἐπάγει ταῖς ἐφέσεσι καὶ διώξεσι . . . πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστον*. (Duebnerus Wyttenbachii coniecturam secutus est.)

Ibd. 30, 2 sic interpungendum et scribendum: . . . *καλοῦσιν. Ἔπειτα ὄντος τὸ ποιεῖν τι καὶ πάσχειν, τὸ δὲ πᾶν οὐκ ὄν ἐστιν, ὥστε κ. τ. λ.* § 7 sententia hæc esse debet: *Ὅλως δέ, ἐπεὶ μήτε σῶμα* (v. *ἐπεὶ τὸ λέγειν σῶμα*) *τὸ πᾶν μήτ' ὄν ἐστι* (pro *μὴ δέον ἐστὶ*) *κατ' αὐτοὺς* . . ., *τὸ μὴ ὄν σῶμα σώματα μέρη ἕξει καὶ τοῦ μὴ ὄντος μέρη ἔσται ὄντα*. Sed *τὸ λέγειν* longe discedit. (De *ἐπεὶ μὴ* brevissime admonui synt. Gr. § 207 n. 2; vid. vit. Thes. c. 28, Pyrrh. c. 10.) Tum § 8: *καὶ ταύτην οὖν ἀνατρέπουσι ἐνάργειαν οὗτοι* (pro *οὕτω*), *τὸ πᾶν ὁμολογοῦντες κ. τ. λ.*

C. 31, 10 pro ἐξομοιῶσαι scrib. ἐξομοιώσειν, sed residet aliquid mendi in proximis.

Ibd. 32, 3 (nam de § 1 dixi p. 23) scrib. videtur: ἢ οὐκ ἐκεῖνοι μὲν (οἱ Ἐπικούρειοι) ἀναιροῦσι τὰς περὶ θεῶν ἐννοίας, οὗτοι δὲ καὶ περιυβρίζουσι . . . Vulgo: ἢ ἐκεῖνοι μὲν οὐκ ἀναιροῦσι, sine sensu.

Ibd. 35, 4 exciderunt verba aliquot propter eiusdem vocis repetitionem, deinde aliud mendum accessit. Sic enim scribendum est: Ἀλλὰ τοῦ τε κόσμου τὸ πῦρ καὶ τὸν κόσμον πάλιν τοῦ πυρὸς σπέρμα λέγουσιν εἶναι. (Vulgo: τοῦ τε κόσμου πάλιν τὸ πῦρ ὃ σπέρμα λ. εἶ.) Proximum mendum correxi p. 23.

Ibd. 37, 2 tollenda altero loco verba τοῦ πλήρους, errore repetita, ut sit: καὶ δεχομένου τὸ ἐπιμιγνύμενον τοῦ διάστασιν οὐκ ἔχοντος οὐδὲ χώραν ἐν ἑαυτῷ κ. τ. λ. § 4 scrib.: ἔτι δὲ, ὅπως ἐξίκηται τῇ κράσει πρὸς τοὺς δύο, δυοῖν λαμβάνειν μέτρον (codices: εἰ δ' ὅπως, Wytt. εἰ δὲ οὕτως ἐξίκηται, solœce, et sine sensu), et § 6: καὶ μήθ' ἕτερον (v. μηδ' ἕτερον) αὐτῶν αὖ πάλιν δυνατὸν εἶναι συμβαίνει μήτ' ἀμφότερα (codd.: συμβαίνει δ' ἀμφότερα), τῆς κράσεως . . . μηδὲν ἐπιλείπεσθαι μηδενὸς μόριον, ἀλλὰ πᾶν παντὸς ἀναπίμπλασθαι βιαζομένης. (Codd.: ἀλλὰ παντὸς, edd. ἀ. πάντως.)

Ibd. 39 extr. scribendum videtur: ἢ (hoc v. omittitur) τῷ μηδέτερον ὑπάρχειν καὶ οὐκ ἐφαρμόσει τῷ μεῖζον εἶναι (v. τῷ μείζονι ἢ) καὶ ἐφαρμόσει τῷ μὴ μεῖζον (v. τὸ μεῖζον) εἶναι θάτερον. C. 40, 8 interpres Latinus verum secutus est: ἀσωμάτῳ (non ἀσώματον) δὲ χρώζεσθαι καὶ ἀσωμάτῳ πυροῦσθαι σῶμα, παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι. C. 43, 2 tollendum φασί, adscriptum ad interiectum orationi τὸ τοῦ λόγου. C. 45, 3 videtur subesse: ὄχλον ἀντιστάτην καὶ βιατὰς πολέμιον νοῦν ἔχοντας (v. ἀντιστάτην κακίαις καὶ πολ. ν. ἔ.). Poetæ verba sunt.

Ibd. 49, 4: ἀλλὰ πολλὴν ἔχει ταραχὴν . . . οὗτος ὁ λόγος λεγόμενος τῆς γῆς τινὸς καθ' ἑαυτήν. Videtur fuisse: λεγομένης τῆς γῆς (ὡς?) τινὸς καθ' ἑαυτήν.

Ne suaviter **quidem** vivi posse sec. Epicurum c. 2, 4 addendum esse **καλῶς** (ὡς οὐκ ἔστι ζῆν καλῶς κατ' αὐτούς), ex proximis (§ 5 et 9) manifestum est.

De c. 3, 4 dixi p. 42 et p. 60. § 5 prave ab omnibus pro Æschyli verbis accipiuntur et corriguntur etiam, quæ Plutarchi sunt; annotat enim Æschylum non ἐνῆκεν dixisse, sed ad doloris diuturnitatem significandam ἐνῴκισε. Deinde vero hæc: Ὀλισθείη ἀλγηδὼν reliquaque et forma verbi barbara et syntaxi (sine ἂν) solœca et sensu cassa sunt, nec cum superioribus coniuncta, quæ sananda sic videntur: Μόλις δ' εἴη ἂν ἀλγηδὼν οὐχ (pro οὐδὲ) ἕτερα τοιαῦτα κινοῦσα καὶ γαργαρίζουσα τοῦ σώματος. *vix ullus sit dolor, qui non alios similes corporis* (dolorificos) *motus excitet et quasi titillet.* Eo sequentia pertinent. Tum § 9 primum scribendum apparet: Τὸ δὲ ἡδέως ζῆν ἀνάπτοντες (*suspendentes*, pro ἂν ἅπτωνται) πλείονα περὶ τούτου λέγειν οὐκ ἐῶσιν ἡμᾶς, deinde autem deest nomen eius, ex quo Epicurei iucundam vitam suspendunt, ad quod nomen refertur τούτου pronomen. Excidisse τοῦ σώματος et res et, quod sequitur, σαρκός ostendit. (Wyttenbachius in cod. Harleiano lacunam esse scribit.) Postremo § 10 scribendum: ποικιλμούς τινας οὐκ ἀναγκαίους, ὅταν ἐν τῷ μὴ πονεῖν γένηται, δεχομένης, *postquam ad non dolendi statum pervenit,* sublato οὐκ post ὅταν (ὅταν οὐ γένηται). Notissima Epicuri sententia, exempto omni dolore, variari, non augeri voluptatem.

Ibd. 4, 6: ὥσπερ σωμάτων οἰκίᾳ τῇ ψυχῇ τοὶ σοφοὶ τὰ τῆς ἡδονῆς ἐκκλύσματα μένειν ἐῶντες. Apparet scribendum: ὥσπερ ἐν . . . τῇ ψυχῇ, *in animo sapientis tanquam in* . . ., et in σωμάτων οἰκίᾳ latere nomen loci fœdi et contempti, quo immunditiæ congerantur

et confluant; ipsum nomen non reperio. § 7 tollenda διψῶντὲς ἢ ἐρῶντες, adscripta prave coniectando ad sententiam indicandam. § 8 revocandum ἐδείπνησαν.

Ibd. 5, 4 pro χαίρειν καὶ ὑβρίζειν τοὺς ἐν πόνοις ὑπερβάλλουσι γιγνομένους scribendum: χ. κ. βρυάζειν, coll. 16, 7: ἡδέως τε βεβιωκέναι καὶ βρυάζειν, c. autem 7, 4: ὥστε μήτε συῶν ἀπολείπεσθαι μήτε προβάτων εὐδαιμονίᾳ, τὸ τῇ σαρκὶ . . . ἱκανῶς ἔχειν μακάριον τιθεμένους. Vulgo est: προβάτων, εὐδαιμονίαν τὸ κ. τ. λ.

Ibd. 8, 7 scrib.: Εἰ μηδὲν ἡμᾶς αἱ . . . ὑποψίαι ἠνώχλουν μηδὲ (pro ἔτι) τὰ περὶ θανάτου, tum: οὔτε δόξαις κεναῖς (pro δόξαις, αἷς) ἐνοχλεῖται περὶ τῶν μετὰ τὸν θάνατον (codd. ἐνοχλ. τῶν μετὰ aut ἐνοχλεῖται μετά).

Ibd. 9, 2: Τὰς μὲν γὰρ ἐπὶ . . . σαρκὸς εὐσταθείᾳ τῆς ψυχῆς διαχύσεις . . . οὐδὲ ψυχικὰς ἄν τις οὐδὲ χαράς, ἀλλὰ σωματικὰς ἡδονὰς οἷον ἐπιμειδιάσεις καὶ συνεπιθρύψεις προσείποι τῆς ψυχῆς. Scrib.: ἀλλ' ἐπὶ (aut ἐν) σωματικαῖς ἡδοναῖς οἷον ἐπιμ. κ. τ. λ.

Ibd. 10, 1: Αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας ἡ μάθησις οὕτως ἐράσμιόν ἐστι καὶ ποθεινὸν ὡς τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι διὰ τὸ γινώσκειν, τοῦ δὲ θανάτου τὰ σκυθρωπότατα λήθη καὶ ἄγνοια. Scrib.: ὡς καὶ τὸ ζῆν ποθεῖται διὰ τὸ γιν. Cap. 11, 4 tollendum πρόβλημα, ut sit: εἴτε περὶ τῆς ὑποτεινούσης . . . εἴτε περὶ τοῦ χωρίου τῆς παραβολῆς. C. 12, 5 tollendus accommodati ad proximum vocabuli error: ὥσπερ τεταριχευμέναις, καὶ νεκρὰς (pro τεταριχευμέναις καὶ νεκραῖς,) ἄλλας πάλιν καὶ τεθνηκυίας . . . κινοῦντες.

Ibd. 13, 1: φιλοθέωρον ἀποφαίνων τὸν σοφὸν ἐν ταῖς διαπορίαις. Imo: ἐν ταῖς διαπορείαις, *in peregrinationibus*. (De § 3 admonui ad Cic. de fin. I, 26 p. 59 ed. II.) § 6 scribendum: οἱ περὶ χορῶν λόγοι καὶ διδασκαλιῶν (*de fabularum actionibus*) pro διδασκαλίαι,

sublato eodem, quo in c. 12, 5, errore, et § 7: *διασχεθεὶς* (*separatus*) pro *διαχθείς*. C. 16, 1 pro *οἷα* scrib.: *οἷαι* . . . *ἐνέμοντο*.

Ibd. 17, 5: *καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄκρως ἀγαθῶν λέγειν; εἰ γάρ τινι τῶν μέσως φαύλων . . . ὁ κύριος ὥραν ἐπιδοίη μίαν κ. τ. λ.* Tollendum esse *φαύλων*, ut audiatur *ἀγαθῶν*, tota sententia clamat. § 8 pro barbaro *εἰ πριεῖται* scribendum: *πρίηται* (in interrogatione, quid fieri oporteat).

Ibd. 21, 2: *διαβάλλοντες τὴν πρόνοιαν ὥσπερ παισὶν . . . Ποινὴν ἀλιτηριώδη καὶ τραγικὴν ἐπιγεγραμμένην*. Scrib.: *ἐπικρεμαμένην*. (Cfr. quæstt. conv. II, 10, 2, 2.) Deinde § 3 (de bono effectu timoris dei) pro his: *ἐνὶ φόβῳ, δι' ὃν οἱ δέονσι πολλῶν* (accipi volunt, quasi sit *δέονται*!) *ἐλευθεροῦνταί τε τοῦ ἀδικεῖν* scribendum est: *ἑνὶ φόβῳ, δι' ὃν οὐδὲν ἀδικοῦσι, πολλῶν ἐλευθεροῦνται ἐκ τοῦ ἀδικεῖν*, coll. 25, 3 et 4, § autem 9: *θεοῦ δὲ θυσίᾳ μὴ παρόντος, ὥσπερ ἱερῶν δοχέως* aut *ἱεροδοχέως* (v. *ὥσπερ ἱερὸν δοχῆς* sine sensu). C. 22, 3 scribendum videtur: *Οὐ τοίνυν ὀργαῖς καὶ χάρισι συνέχεται τὸ θεῖον ἅμα. ὅτι χαρίζεσθαι μὲν κ. τ. λ.* (pro *ἀλλ' ὅτι μὲν χαρίζεσθαι*). C. 23, 3 (*ὥσπερ εἴ τις ἐν πελάγει καὶ χειμῶνι θαρρύνων ἐπιστὰς λέγοι*) scrib.: *θαρρύνων ἐπιβάτας* (cfr. § 6).

Ibd. 28, 1 exciderunt tantum duæ litteræ: *τῶν . . . βεβιωκότων ὁσίως καὶ δικαίως, οἳ κακὸν μὲν οὐδὲν ἐκεῖ, τὰ δὲ κάλλιστα . . . προσδοκῶσι.* § 7 non *φλοιούς*, sed *κλοιούς, ἐν οἷς ὀδυρόμενοι διατελοῦσιν*. appellatos esse certum est, sed quod unum vocabulum lateat in *εἴδωλα πάντα*, nescio; imagines hinc alienæ sunt.

Ibd. 29, 3 scribendum est sic: *Καὶ καθάπερ, οἶμαι, τὰ μὴ χρηστὰ τῶν φαρμάκων, ἀλλ' ἀναγκαῖα, οὐ κουφίζοντα* (v. *ἀναγκαῖα, κουφίζοντα*) *τοὺς νοσοῦντας, ἐπιτρίβει καὶ λυμαίνεται τοὺς ὑγιαίνοντας, οὕτως ὁ Ἐπικούρου λόγος τοῖς μὲν ἀθλίως ζῶσιν οὐκ εὐτυχῆ τε-*

λευτὴν ἐπαγγέλλεται, τὴν ἀναίρεσιν . . . τῆς ψυχῆς, τῶν δὲ φρονίμων καὶ . . . βρυόντων ἀγαθοῖς πάντάπασι κολούει τὸ εὔθυμον. Vulgo post οὐκ εὐτυχῆ interponitur: τοῖς δὲ κακῶς (Duebnerus καλῶς) πράσσουσι, quæ verba cum sententiæ interitu addita sunt ab aliquo, qui non intellexerat τοῖς ἀθλίως ζῶσι contrarios poni τοὺς φρονίμους. Mors miseris inutilis, bonis et fortunatis tristis comparatur cum iis medicamentis (medicamentorumve partibus), quæ, quod μὴ χρηστὰ sint, sed necessaria (ad reliqua continenda), ægris inutilia (οὐ κουφ.), sanis molesta et noxia sint.

Ibd. 31, 3 scribendum videtur: καὶ ἐπὶ ταῖς ἐκ θεῶν ἐλπίσιν . . . ἀναιρεθείσαις, τοῦ θεωρητικοῦ τὸ φιλομαθὲς καὶ τοῦ πρακτικοῦ τὸ φιλότιμον ἀποτυφλώσας, sublato ἐπὶ ante τοῦ θεωρητικοῦ, ubi ferri, addito ante ταῖς, ubi abesse nequit (*præterquam quod sustulit, post sublatas*; cfr. quæstt. conv. VIII, 2, 4 init.).

Adversus Colotem c. 2, 7 scrib.: δίχα τῆς ἡδονῆς πάσης πανταχόθεν ἐξεργασθείσης (*cuiusvis et undecunque paratæ*) pro ἐξελαθείσης, tum 5, 4: οἴχεσθαι τὸ κριτήριον ἄν, εἴπερ . . . ἀπέλιπον, et 6, 3: εἰ μὴ νομίζει pro νομίζοι. C. 7, 3 Epicuri verba desinunt in χρώματα ἔχειν, cetera contra disputantis sunt; 8, 6 post ποιότητας excidit εἶναι ante εἰ μέν. C. 11, 6 scrib.: τὸ μέν τι κενὸν εἶναι, τὸ δὲ φύσιν κενοῦ.

Ibd. 13, 8: Ἐπεὶ δὲ καὶ Πλάτων καὶ Σωκράτης ἔτι πρότερος συνεῖδεν, ὡς ἔχει τι δοξαστὸν ἡ φύσις κ. τ. λ. Omnia, quæ deinceps sequuntur, ad Parmenidem, qui ante nominatur, pertinent. Codices: καὶ Πλάτων (aut πάντων) καὶ Σωκράτους ἔτι πρ. Scribendum: καὶ Πλάτωνος καὶ Σωκράτους ἔτι πρότερος συνεῖδεν.

Ibd. 15 init. oratio sic supplenda est: Ἀλλὰ δὴ Πλάτων φησὶ τοὺς ἵππους ὑφ' ἡμῶν ματαίως ἵππους εἶναι λέγεσθαι (aut ἵππους καλεῖσθαι), τοὺς ἀνθρώπους ἀνθρώπους, nisi etiam plura excidi

hanc fere formam: ἵππους καλεῖσθαι, οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἵππους εἶναι ἢ τοὺς ἀνθρώπους. § 7 videtur scriptum fuisse: οὐ παρορᾷ τὸ αἰσθητὸν, ἀλλὰ τὸ νοητὸν ὁρᾷ. Codd. utroque loco παρορᾷ.

Ibd. 19, 5: Ὁ δὲ τὰς αἰσθήσεις λόγος ἐπαγόμενος ὡς οὐκ ἀκριβεῖς ... οὔσας. Videtur fuisse; ἐπαιτιώμενος.

Ibd. 23, 1 oratio fere sic supplenda est: Εἰ περὶ ἵππου τὸ τρέχειν κατηγοροῦμεν, οὔ φησι ταὐτὸν εἶναι τῷ, περὶ οὗ κατηγορεῖται, τὸ κατηγορούμενον, ἀλλ' ἕτερον, οὐδ' εἰ περὶ ἀνθρώπου τὸ ἀγαθὸν εἶναι, ἀλλ' ἕτερον μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ, τί ἦν, εἶναι, τὸν λόγον. ἕτερον δὲ τῷ ἀγαθῷ. § 3 pro verbo et significatione et tempore pravo ἐξαιμάξει scribendum videtur: ἐξακανθίζει, *spinas legit*, tum post: πρὸς τὴν συνήθειαν ἀνθιστάμενος pro ἀνιστάμενος. C. 24, 4 intercidisse quædam, cum sic fere scriptum esset: καὶ θερμὸς ὁ ἄκρατος καὶ φωτεινὸς ὁ ἥλιος καὶ σκοτεινὸς ὁ τῆς νυκτὸς ἀήρ, apparet ex iis, quæ sequuntur: καὶ πρὸς ἥλιον ἀμβλυωττόντων.

Ibd. 28, 5 scribendum videtur: Ἃ τοίνυν, εἰ ἔστι μὲν, πίστιν ἀναιρεῖ (vulgo: μὲν ἀναιρεῖν), ἔστι δὲ, ὡς οὐκ ἔστιν, ἐπέχειν περὶ αὐτῶν δεῖ, εἰ (v. αὐτῶν, εἰ) μηδὲν ἄλλο, κ. τ. λ., *quæ igitur, si sunt, fidem tollunt, fieri autem potest, ut non sint, de iis adsensum cohibere decet.* (Proxima emendavi supra p. 32.) Paulo post § 7 in loco a Wyttenbachio e codice B redintegrato scribendum est: ἀλλ' εἴ τισιν ὅλως συγκατατίθενται ἄνθρωποι, θαυμάζειν ἄξιον. Codices ἀνθρώποις (accommodato casu ad τισιν); Duebnerus Wyttenbachio iubente delevit.

Ibd. 29, 2 scrib: καὶ πάσχειν αὐτὸς τὸ (codices, edd. αὖ τὸ) τῶν γυναικῶν, εὐχόμενος κ. τ. λ. Epicurus se ipse cum materculis comparat timide filios nimia laude extollentibus. Admonere debuerat nominativus εὐχόμενος.

Ib 30 p, 6 pro φιλοσοφήμασιν ἀρθέντων νόμων

scribendum puto: *φιλ. ἀναιρεθέντων τῶν ν.*, ut c. 30, 3 et c. 31, 2 et 6 et c. 34, 3, c. autem 32, 7: *ἐξελῶντας αὐλῆς* (pro *ἐξελῶν*).

Cap. II.

Lucianus.

Luciani scripta et quæ sub eius nomen errore et propter similitudinem quandam et imitationem subiecta sunt, nonnulla quidem satis et genere et ætate separata, cum pleraque adolescens perlegissem, nonnulla studiose, post longum intervallum relegere cœpi, cum in syntaxi Græca componenda occupatus diligentius inquirerem, quemadmodum sensim a vetere usu declinatum esset quidque ipsi, qui primis post Christum natum seculis Atticam elegantiam imitando renovare conati essent, novitii tamen intermiscuissent et alieni, paulatimque absolvi præter minutos libellos et qui aliqua de causa minus ad legendum aut saltem ad morandum invitabant. Ad exiguum, quod olim ad orationis fidem exigendam paratum erat, instrumentum codicum neque multorum neque antiquorum neque diligenter et plene collatorum nuper facta est accessio non parva codicum maxime Gorlicensis (A apud Iacobitzium) et Vindobonensis (B) eorumque, quæ Sommerbrodtius e codice Marciano n. 434 (— nam ceteri Marciani exiguæ auctoritatis sunt —) excerpsit[1]). Sed neque eadem omnium libellorum condicio est, sed non parvo melior universe spectanti eorum, qui librum de historia conscribenda præcedunt, deterior fere ceterorum, maximeque nonnullorum (ut huius ipsius de historia, tyrannicidæ, Alexandri, parasiti, adv. indoctum, de calumnia), nec ad gravia et antiqua menda,

---

[1]) Luciani codicum Marcianorum lectiones edidit I. Sommerbrodt. Berolini 1861.

quæ hic interdum sub lævi specie latent, interdum molestius offendunt, tollenda aut saltem detegenda ita multum auxilii attulerunt codices interdum non leviter discrepantes. Atque etiam multis locis dubitari posse videtur, satisne caute eorum, quos dixi, codicum fidem et auctoritatem nuper editores secuti sint, quos interpolationem non exiguam passos suspicor. (Exempla quædam ex uno libro, bis accusato, ponam infra.) Sed neque hæc perscrutari potui et ipse coniectura ea tantum attigi, quæ non nimis diu in hoc campo morans expedire poteram, multa tristi aut dubio signo notata prætermittens. Usus eram Iacobitzii exemplo; itaque adhibito postea Dindorfiano (a. 1858) non pauca tollenda fuerunt, quæ ille præceperat præter ea, quæ iam Bekkerus emendarat pluraque et maiora Cobetus.

Epist. ad Nigrinum: *εἰχόμην ἂν τῷ γελοίῳ.* Imo: *ἐνειχόμην.*

Nigrini c. 1: *ἀντὶ δὲ ἀνοήτου τε καὶ τετυφωμένου γενέσθαι μετριώτερον.* Agitur de mutatione in contrarium. Scrib.: *μετριώτατον.* Vid. ad Plutarchi præc. coni. c. 42.

Ibd. 6: *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν θέμις.* Aliena contemptus significatio scribendumque manifesto: *φθονεῖν αὐτῶν.* Sed quid lateat in *οὐδὲ κατα* (— nam ne *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ* quidem ferri potest —), nescio.

Ibd. 21: *πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι μὲν οἱ πλουτοῦντες.* Codices *οἱ* omittunt. Scrib.: *πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι οἱ μὲν πλουτοῦντες —;* His contrarium redditur c. 22: *πολὺ δὲ τούτων κ. τ. λ.*

Ibd. 27: *τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες.* Nihil est *δεῖν*, quod videntur pro *δεδέσθαι* accipere; codices *οὐ δεῖν.* Videtur subesse, etsi litterarum vestigiis non proximum est: *τοῦτο μὲν νηστεύειν οἱ π. κ.*

Ibd. 34 scribendum: *εἰ στόματος μὲν ἀλλοτρίου δειπνοῦντες μὴ δέονται, μηδὲ χειρῶν, μηδὲ ὤτων*

ἀκούοντες, sublato *τῶν*, quod ante *ὤτων* additur errore ex altera syllaba orto. [Iam Fritzschius.]

Ibd. 37 scrib.: *ἀλλ' ἠρέμα δηκτικῷ τε καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ, τούτῳ χρίσας ἀτεχνῶς ἐτόξευσε* pro *τοῦτο*, quod saltem *αὐτό* esse debebat.

Iudic. vocalium c. 2: *Δέος δὲ οὐ μικρόν μοι ἐπὶ τοῖς τῆς ἀποθλίψεως ἐπέρχεται τῆς ἐμαυτοῦ.* Scrib.: *Δέος δὲ οὐ μικρόν μοι ἐπιούσης ἀποθλίψεως ἐπέρχεται τ. ἑ.*

Ibd. 6: *δύο συνῆλθον ἀγαθοὶ καὶ καθήκοντες ὁραθῆναι.* Scrib.: *καθήκοντες κραθῆναι*, *idonei, qui misceantur.*[1])

Ibd. 12: *ὃ δὴ σταυρὸς εἶναι ἀπὸ τούτου μὲν ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται.* Scrib.: *ὃ δὴ σταυρωθῆναι ἀπὸ τούτου μὲν κ. τ. λ.*

Timon. c. 8: *οὐδὲ γνωρίζοντες ἔτι οὐδὲ προσβλέποντες — πόθεν γάρ; — ἢ ἐπικουροῦντες ἢ ἐπιδιδόντες ἐν τῷ μέρει.* Non recte duo extrema per *ἤ* adiunguntur participio *προσβλέποντες* tanquam ei subiuncta; neque apte de minoribus (*γνωρίζοντες. προσβλέποντες*) subiicitur *πόθεν γάρ*, quod adiungendum erat maioribus, quae minus exspectari posse significatur. Scribendum videtur: *οὐδὲ προσβλέποντες, πόθεν γε ἢ ἐπικουροῦντες ἢ ἐπιδιδόντες ἐν τῷ μέρει; nedum aut adiuvantes aut subvenientes.* Cfr. Prometh. c. 12; Plutarchus de facie in orbe lunae c. 23, 7: *πόθεν γε τὴν σελήνην δυνατόν ἐστιν κ. τ. λ.* C. 9 pro *ἠγανάκτει* scribendum puto *ἀγανακτεῖ*.

---

[1]) C. 7 prorsus eodem modo, quo Dindorfius, voces transpositas in suam sedem redegeram, sed reliqua parcius et lenius mutaveram sic: *μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει, τέτταρα καὶ* (haec recte add. Halmius) *τετταράκοντα λέγον* (pro *λέγειν*, Dind. *λέγειν ἀξιοῦν*), *ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, συνηθείᾳ φημὶ ἰδίᾳ ταυτὶ λέγειν* (Dind. *συνήθειαν φημὶ*, ceteris omissis).

Ibd. 38: *τοὐναντίον δὲ αὐτὸς ἐγκαλέσαιμί σοι.* Scrib.: *δ᾽ ἂν αὐτὸς ἐγκαλ. σ.* (C. 43 Hemsterhusius occupaverat, quod mihi in mentem venit: *ἣν δὲ δέῃ ἀποθανεῖν, ἑαυτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν*, pro: *ἣν δέῃ ἀποθανεῖν ἢ αὐτῷ στ. ἐπ.*) C. 45: *Πλὴν ἀλλὰ περὶ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην.* Scrib.: *ποιησαίμην.* Sequitur *ἂν γένοιτο*, non *ἐγένετο.* [Iam Sommerbrodtius.]

Prometh. sive Caucas. c. 2: *Τοῦτο φῄς, ὦ Προμηθεῦ, τὸ κατελεήσατε ἀντὶ σοῦ ἀνασκολοπισθῆναι ... παρακούσαντας τοῦ ἐπιτάγματος;* Ferri nequit imperativus; scrib.: *Τοῦτο φῄς . . . τὸ κατελεῆσαι, τὸ ἀντὶ σοῦ ἀνασκολοπισθῆναι;* Nihil aliud esse misereri Mercurius dicit nisi ipsum velle cruci affigi. (Dindorfius prorsus sustulit *τὸ κατελ.*, non recte.)

Ibd. 12: *οὔτε δὲ βωμοὶ θεῶν ἢ ναοί· πόθεν δὲ ἀγάλματα ἢ ξόανον ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον;* Iacobitzius: *πόθεν δέ; — ἢ ἄγαλμα*, Dindorfius: *οὔτ᾽ ἀγάλματα ἢ ξόανα.* Scribendum e cod. B nulla littera mutata: *βωμοὶ ἢ ναοί· πόθεν γε ἀγάλματα ἢ ξόανα . . . τιμώμενα:* vid. ad Timon. c. 8. Sed pro *οὔτε δὲ* ponendum videtur: *οὐδὲ βωμοί*, nisi pro altero *οὔτε* [illegible] *πόθεν γε.*

Dialog. deor. 6, 5: *Ἀλλὰ οἱ πάντες ἄνθρωποι ἀπειρόκαλοί εἰσιν· αἰσχύνει κατελθὼν κ. τ. λ.* Scribendum: *Ἀλλ᾽, οἷοι πάντες ἄνθρωποι ἀπειρόκαλοί εἰσιν, αἰσχύνει κατ.*

Ibd. 13, 2 e cod. F (Guelferbytano) scrib.: *Οὐ* [illegible] *λέγεις, ὅτι σοι τὰ ἐγκαύματα ἰασάμην.* [illegible] Æsculapius sileri ab Hercule suum beneficium.

Ibd. 22 extr. Recte distributis personarum [illegible] ut fit iam in duobus codicibus et apud Dindorfium, scribendum: *Ἡμεῖς μὲν εἰδῶμεν* (pro *ἴδωμεν*) [illegible] *μοι . . . πατέρα δὲ ὅρα* [illegible] *ὄντες τινές.* Delendi quinque versus nulla [illegible]

Dial. mortuorum 3, 2 scribendum: *Τί φής; εἰ μὴ ἐς Λεβάδειαν παρελθὼν καὶ ἐσταλμένος . . . εἰσέρπύσω . . ., οὐκ ἂν δυναίμην εἰδέναι . . .;* Vulgo solœce: *εἰ μὴ ἐς Λ. γὰρ* (hoc ex *παρ* ortum) *παρέλθω καὶ . . . εἰσερπύσω . . ., οὐκ ἂν ἐδυνάμην . . .;* Paulo ante c. 1 *καί* transponendum videtur: *εἰ μὴ καὶ ζῶντες* (v. *ζῶντες καί*) *ὑμεῖς.*

Ibd. 6, 3: *Καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν ἐρωμένων.* Eadem, qua Hemsterhusius, ratione motus *τῶν γερόντων* scribendum opinor.

Ibd. 13, 1: *ὅμοια* ferri non posse, Hemsterhusius demonstravit. Fuit: *Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος οἶσθ' οἷα ἐλέγετο.*

Ibd. 15, 2 scribi debet: *εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι μέγα· νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία, κ. τ. λ.* (*alta voce*). Editur *ῥαψῳδήσουσι· μετὰ νεκρῶν δέ*, præpositione non recte posita. 21, 1 quod eiecta interpolatione e codicibus Dindorfius restituit: *ἐδόκει ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ προσίεσθαι τὸν θάνατον*, rectum tamen non est, quoniam non de morte admittenda agitur, sed de Socrate ad introitum mortis et inferorum accedente. Itaque necessario scribitur *προσιέναι* (cfr. quæ sequuntur: *ἐπεὶ δὲ κατέκυψεν εἴσω τοῦ χάσματος*). Cum *προσιέναι* conflatus videtur (ut *προσίεσθαι* nasceretur) alter infinitivus a *δοκῶν*, quod sequitur, pendens et *τὸν θάνατον* regens.

Ibd. 22, 2: *Νὴ Δί' ὠνάμην γε, εἰ μέλλω καὶ ὑπερεκτίνειν τῶν νεκρῶν.* Scrib.: *ὀναίμην ἄν, εἰ μ.*

Ibd. 26, 1: *οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀεί, ἀλλ' ἐν τῷ μετασχεῖν ὅλως τὸ τερπνὸν ἦν.* Neque *μετασχεῖν* solum ferri potest neque in *μεταβάλλειν* facile mutari (quod præterea non recte de homine fruente diceretur), neque ullo modo vitium minuitur addito *μή* cum G. Hermanno. *Ὅλως* prorsus abundat. Scribendum: *ἀλλ' ἐν τῷ μετασχεῖν νεαλῶς.* In *recenti* participatione et fructu posita oblectatio est.

(Paulo ante e cod. Marciani vestigiis reponendum: οὐδὲν ἔτι ἡδὺ ἀπέλαυον τῆς ἀθανασίας.)[1])

De sacrificiis c. 5: Ἦ γὰρ οὐ ταῦτα σεμνολογοῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν θεῶν καὶ πολὺ τούτων ἱερώτερα κ. τ. λ. Imo: τούτων μιαρώτερα.

Vitarum auct. c. 5 (in Pythagoræ verbis): σεωυτὸν ἕνα δοκέοντα καὶ ἄλλον ὁρεόμενον ἄλλον ἐόντα εἴσεαι. Scrib.: σεωυτόν, ἕνα δοκέοντα εἶναι, ἄλλον ὁρεόμενον, ἄλλον ἐόντα εἴσεαι. Ibidem c. 22 addenda particula: ἀπορῶ γὰρ ὁπότερον ἂν εἰπὼν ἀπολάβοιμι.

Piscat. c. 39 (præter eum locum, de quo dixi p. 143): Οὐκοῦν δευτέρου κρατῆρος ἤδη καταρχώμεθα, προσκαλῶμεν κἀκείνους, ὡς δίκην ὑπόσχωσιν κ. τ. λ.

---

[1]) In Charone quoniam propriæ, quæ coniectura fiat, emendationis nihil est, exempla tria ponam, in quibus mihi non recte ponderata codicum auctoritas videtur. Nam c. 9 puto cum Vindob. et reliquis contra Gorlicensem et Paris. retinendum fuisse: ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον ἄρχοι ἁπάντων (illi ἄρχειν), ut consilii et finis, non effectus significatio emineret. Nam optativum Lucianus in sententiis finalibus etiam post præsens aut futurum primariæ sententiæ tempus non minus quam coniunctivum subiicit particulæ ὡς sive ὡς μή (vid., ut intra tres libellos subsistam, Char. c 1 ἐπανέλθοιμι, 3 ἔχοιμεν, 6 βλέποιμι. piscat. c. 13 περιπατήσειε, 16 γένοιτο, 27 καταφρονοίη, 34 ἐπιτηδεύοιεν, 44 ἀντιποιοῖντο, 47 ἔχοις, Hermot. c. 13, 21, 30, 58, 61, 64, 78, 86) et ὅπως (v. c. Prometh. c. 19 ὅπως ἔχοιεν); in ἵνα hoc (ut cum optativo post præsens aut futurum ponatur) non fit apud Lucianum, fit apud Philostratum non raro, ut vit. soph. II, 25, 5 et 26, 2, vit. Apoll. II, 14, 5, V, 29, 3 et 32, 1 et 35, 5. Deinde c. 10 male e Gorlic. scriptum est αὐτὸς ἀξιοῖς pro παρὰ τὸ πορθμεῖον αὐτό, *statim ad ipsum navigium*; c. autem 14 e Vindob. scribendum: ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθωσαν ἀφ' ὑψηλοτέρου . . . καταπεσούμενοι pro ἐπαιρέσθων ὡς ἄν. Nam ὡς ἄν cum participio h. l. ferri nullo modo potest.

Non cohæret oratio. Codices A B *προσκαλοῦμεν*, ex quo effici debet: *προσκαλούμενοι.*[1])

Catapl. c. 6 codices habent: *καὶ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων γε ἅμα γὰρ τεθνᾶσι καὶ τὸν ὅμοιον τρόπον*, ex quo fit: *καὶ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων γε ἅμα· ἅμα γὰρ τεθνᾶσι καὶ τὸν ὅμοιον τρόπον.*

De mercede conductis c. 5: *ἀλλὰ τὸ δοθὲν, κἂν δοθῇ κἂν ἀθρόως ληφθῇ, πᾶν ἀκριβῶς . . . καταναλίσκεται.* Inepte tanquam contraria componuntur *κἂν δοθῇ κἂν ἀθρόως ληφθῇ*, ineptum est *τὸ δοθὲν, κἂν δοθῇ.* Scrib.: *τὸ δοθὲν, κἂν καθ᾽ ἓν κἂν ἀθρόως ληφθῇ.* (In cod. Marciano, Sommerbrodtio teste, omittitur *κἂν δοθῇ*, fortasse prave suppletum, cum post *δοθὲν* excidisset *κἂν καθ᾽ ἕν.*)

Ibd. 8: *Ὅμως δ᾽ οὖν ἐχέτω τινὰ συγγνώμην αὐτοῖς, εἰ ἐπιτυγχάνοιτο· τὸ δὲ δι᾽ ἡδονῆς ἐλπίδα μόνον κ. τ. λ.* Imo: *εἰ ἐπετύγχανον· τὸ δὲ κ. τ. λ.* Eodem modo condicio additur, ac si dictum esset: *εἶχεν ἂν αὐτοῖς.*

Ibd. 12: *Εἰκὸς δὲ πολλοὺς εἶναι τοὺς ἐναντία σοι φρονοῦντας καὶ ἄλλους ἀντὶ σοῦ τιθεμένους.* Scribendum: *ἄλλοις ἀντὶ σοῦ τιθεμένους, calculum adiicientes, adsentientes.* Vid. bis accus. c. 18 (*τῇ Μέθῃ τιθέμενον*). Alia exempla sic positi *τίθεσθαί τινι* Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 443 ed. Bern. collegit e Libanio, Heliodoro, Synesio; nam antiqui tantum *γνώμην τίθεσθαί τινι* habent.

Ibd. 15: *ἐς τὴν ἀπειρίαν τῶν δρωμένων ἀποσκώπτουσι, τεκμήριον ποιούμενοι τοῦ μὴ παρ᾽ ἄλλῳ πρότε-*

---

[1]) C. 9 *ἀπολογήσεσθαι ὑπολαμβάνω* pro *ἀπολογήσασθαι* restituendum esse, vix opus est dici. C. 10 post hæc: *ἔοικε γὰρ οὐκ ἄλογα ὁ ἀνὴρ προκαλεῖσθαι* propter terminationis similitudinem excidit alter infinitivus ante *ἀξιῶν*, quod nunc perverse abundat. Recte igitur deteriores codices et editiones superiores *δικάζεσθαι ἀξιῶν*, nisi quod etiam *κρίνεσθαι* esse potuit.

ρόν σε δεδειπνηκέναι καὶ τὸ καινὸν εἶναί σοι τὸ χειρόμακτρον τιθέμενοι. Extremum vocabulum e codicibus correxit Dindorfius (— edebatur enim *τιθέμενον*, eo pravius, quod ipsi convivæ *τὸ χειρόμακτρον* afferebant —); sed nec oratio nec sententia recta efficitur nisi sublato *ποιούμενοι*, quod constructione non intellecta accessit; coniunguntur enim: *τεκμήριον . . . τιθέμενοι* (*καί*, *etiam*). Paulo ante retinenda erat codicum scriptura: *ἐπισκοπεῖν, ὅπως ἐς . . . τὴν γυναῖκα, εἰ πολλάκις* (*si forte*), *ἐκ περιωπῆς ἀποβλέψεις.*

Ibd. 27: *Ἡδέως δ' ἄν μοι δοκεῖς καὶ ποιητὴς γενέσθαι . . . ἢ κἂν ἄλλου ποιήσαντος δύνασθαι ᾄδειν ἀξίως.* Pro *ἀξίως*, quod sane ineptam cantus laudem habet, Dindorfius *δεξίως*. Sed ipsa sententia, qualis nunc conformata est, in verbo *δύνασθαι* evertitur; debebat enim esse: *ἡδέως ἄν μοι δοκεῖς ᾄδειν.* Scribendum: *ἢ κἂν ἄλλου ποιήσαντος δύνασθαι ᾄδειν ἀξιοῖς*, *aut cupias* (optativus enim est). (C. 26 miror etiam a Dindorfio neglectam esse scitissimam Casauboni emendationem, *τοὺς ἀλλᾶντας ἐνειλοῦσιν* pro *τὰ ἄλλα συνειλοῦσιν.* Corrupto substantivo articulus servari nequibat.)

Ibd. 28: *τὸ μὲν γὰρ λιμῷ συνόντα . . . μύρῳ χρίεσθαι καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλήν, ἠρέμα καὶ γελοῖον.* Iure Kœnius hæsit; scribendum: *εὖ ρεμα* (Kœn. *χρῆμα*) *παγγέλοιον.* C. 30 e cod. Gorlicensis scriptura: *ἀχάριτός εἰμι καὶ ἥκιστα συμποτικὸς* (v. *ἀχάριστος*) efficitur verum: *ἄχαρίς τίς εἰμι.* C. 35 omittendum *εἰ* inter *κἂν* et *τι*, ut sit: *χρὴ δὲ . . . καὶ ῥήτορας εἶναι αὐτούς, κἂν τι σολοικίσαντες τύχωσι, αὐτὸ τοῦτο κ. τ. λ.*

Pro lapsu inter salutandum c. 11: *ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν, ἔστ' ἂν τοῦ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ.* Miror neminem vidisse scribendum esse: *ὅτι οὐδὲν ὄφελος . . . ἀγαθῶν ἐστιν, ἂν τὸ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ.*[1])

---

[1]) Non minus miror, c. 4 neminem secutum esse codicum F M

Ibd. 16 scribendum: *Τάχα δ' ἄν τινα ἐκπλήξειε τῶν* (prave recentissimi *τῆς* e Gorlic.) *κατ' ὀρθὸν λογισμῶν* (v. *λογισμὸν*) *καὶ στρατιωτῶν πλῆθος, οἱ μὲν προωθοῦντες, οἱ δὲ ἐν τῇ τάξει τῆς προσαγορεύσεως μὴ μένοντες.* Additum, quod *οἱ μὲν . . . οἱ δὲ* ad *πλῆθος* appositione adiunctum non intellegebatur, in codicibus *ὢν* inter *πλῆθος* et *οἱ*, a ceteris patienter toleratum est, Dindorfio lacunæ suspicionem obiecit.

Hermotim. c. 9: *ἀπήγαγε παρὰ τὸν ἄρχοντα ἔναγχος περιθείς γε αὐτῷ θοἰμάτιον περὶ τὸν τράχηλον.* Adverbium *ἔναγχος* et abundat (— nam *πρώην* hoc factum Lucianus iam dixit) et incommodo loco ponitur; *γέ* prorsus pravum est. Fuitne: *παρὰ τὸν ἄρχοντα ἄγχων περιθείς τε αὐτῷ θοἰμάτιον κ. τ. λ.*?

Ibd. 17 e codicum vestigiis (*ἀξιῶν οὐ γὰρ πιστεῦσαί σοι τ. λ.* vel: *οὐ γ. πιστεύσαιμί σ. τ. λ.*) efficitur aptissime: *ἐποιεῖτο τὴν αἵρεσιν τῶν κρειττόνων. Ἄξιον — οὐ γάρ; — πιστεῦσαί μέ σοι τοιαῦτα λέγοντι.* Ironice affirmatur, talia narranti fidem habendam esse. Dindorfius temere delevit, quæ sanare nequibat. Tum c. 18 e cod. G (— melioribus in hoc dialogo caremus —) scribendum: *οὐδὲν ἁβρὸν οὐδ' αὖ πάνυ ἐς τὸ διάφορον* (*in contrariam partem*, pro *ἀδιάφορον*) *ὑπερεκπῖπτον, ὡς . . . εἶναι κυνικόν.* C. 20, quoniam *οὐχ ὅτι* in interrogando pro *nonne* plane inusitatum est, scribendum videtur: *τοιόνδε ἐστίν· οἶδ' ὅτι . . . προσήεις αὐτοῖς καὶ ἠξίους . . . τῆς γνώμης.* (De c. 30 vid. p. 19.)

Ibd. 33: *ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι.* Hæc a Lycino ipso adiunguntur, ut scribi debeat: *ἐπεὶ . . . ὅμοιον ἂν εἴη.* C. 43 scrib.: *οὐ γὰρ ἂν εἶχες* (pro *οὐ γὰρ εἶχες*). (De c. 49 dictum p. 375.) C. 53 oratio sic

---

scripturam manifesto veram: *τὸ μὲν χαίρειν κελεύειν καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει* (pro *κελεύει . . . ἀποδοκιμάζειν*).

interpungenda: *Τίνας φῂς τοὺς πολλούς; εἰδότας καὶ πεπειραμένους ἁπάντων;*

Ibd. 57: *ὡς μὴ ἱερεῖα καταθύῃς ταυτὶ καὶ θυσιάζῃς τῳ μηδ' ἱερέα τινὰ τῶν μεγαλομίσθων παρακαλῇς.* Pravum *ταυτί*, pravum et ignave superadditum *καὶ θυσιάζῃς*, pravum *τῳ*. (Codices duo interpolati *θυσίας ζητῶν*.) Scribendum videtur: *ὡς μὴ ἱερεῖα καταθύσῃς τοσαυτάκις θυσίᾳ ζητῶν μηδ' ἱερέα κ. τ. λ.*

Ibd. 59 ex nihili verbo *αὐθομολογούμενον* (*πρᾶγμα ... καὶ γνώριμον ἅπασι*) non cum Dindorfio *αὖθις ὁμολογούμενον* fieri debet, quod adverbium huic loco incommodum est, sed una littera mutata usitatum (inde a Demosthene) et aptissimum: *ἀνθομολογούμενον*. C. 61 (*αὐτὸν δέ τινα ... παραπολέσθαι, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, οὐ μικρὸν εἶναι κακόν*) tollendum est *εἶναι*, qui infinitivus rationem non habet. Auditur *ἐστί*, ut in altero membro (*ἐν δυοῖν ὀβολοῖν ὁ κίνδυνος*).

Ibd. 68: *Καὶ αὖ καὶ πρὸς τοῦτο ὅρα ὅσου δεῖ τοῦ χρόνου, οὗ ἑκὼν παρῆκα.* Non *χρόνον παρῆκε* Lycinus, sed hanc partem operæ et laboris: *ὃ ἑκὼν π.* (Codd. *ὄν, οὗ, οὖν*.) Infra, ubi est: *καὶ εἴ ποτε τοιαύτην τινὰ δύναμιν ... πορισάμενος ἥεις ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν λεγομένων*, pro imperfecto restituendum esse futurum (*ἥξεις* potius quam *εἶ*), et *ποτέ* et totus locus clamat.

Quomodo historia conscribenda sit[1]) c. 1: *Ἐς γελοῖον δέ τι πάθος περιΐστη τὰς γνώμας αὐτῶν.* Codices *περιΐστα*, antiquissimus Florentinus *περιϊστάς*. Imperfectum non aptum; scribendum videtur, ut hæc ad superiora ad-

[1]) Libellus neque in exagitandis pravis valde lepidus et in præcipiendo tenuis et vulgaris genus sermonis habet difficilius, quale in uno et altero præterea libro (Alexandro, de parasito) reperias. Scripturam antiquitus gravius quam in superioribus corruptam arguunt et codicum discrepantiæ et plures loci prorsus perturbati (c. 13 et 15) et lacunæ (c. 43, 59).

iungantur: ἐς γελοῖόν τι πάθος περιϊστὰς τὰς γνώμας αὐτῶν (ὁ ἱδρώς).

Ibd. 6 finita distributione in ἀγούσης, nova sententia incipit ab Ἀρχήν τε, quæ, collectis prioribus in ταῦτα μὲν (συναρμόσαι, — ταῦτα μὲν), continuatur ad παρακολουθοῦσιν. C. 9 scribendum: καὶ ὅλως πρὸς τὰ ἔπειτα κανονιστέον τὰ τοιαῦτα, ὅπερ (pro ἅπερ) μικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν.

Ibd. 12: καὶ μάλιστα ἢν ἀνδρώδεις τὰς γνώμας ὦσιν· ὥσπερ Ἀριστοβούλου μονομαχίαν γράψαντος Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς . . . . . ., λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον, ..., ἔρριψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ. Huic editionum scripturæ valde vereor, ne prave ob silentium auctor adscribatur codex Florentinus; ceteri boni: Ἀριστόβουλος μονομ. γράψας Ἀλ. καὶ Π. καὶ ἀναγνόντος κ. τ. λ., intolerabili orationis perturbatione; tum, ad quod minus editores attendisse videntur, omnes codices (etiam Florentinus) omittunt ἐκεῖνος. Apparet, lacunam, quam codex Vindobonensis H apertam ostendit (ὥσπερ Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου), in ceteris prave supplendo occultatam esse veramque loci formam hanc fuisse: ὥσπερ Ἀλέξανδρος, Ἀριστοβούλου μονομαχίαν γράψαντος Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου . . . . . ., λαβὼν τὸ βιβλίον κ. τ. λ. Error enim ex bis posito Alexandri nomine ortus est.

Ibd. 13 primum hæc a sequentibus separanda: Τοιοῦτοι τῶν συγγραφόντων οἱ πολλοί εἰσι τὸ τήμερον. Deinde, quoniam pro θεραπεύοντες codices omnes habent θεραπεύεσθαι et quoniam e vulgata scriptura prava sententia efficitur, scribi debet: Καίτοι δέον (codd., edd. καὶ τὸ ἴδιον) καὶ τὸ χρειῶδες, ὅ τι ἂν ἐκ τῆς ἱστορίας ἐλπίσωσι, θεραπεύεσθαι, οὐ (codd., edd. οὓς) μισεῖσθαι καλῶς εἶχεν, κ. τ. λ. (*cum consuli deberet etiam utilitati*). Eodem capite extremo, adhibito indicio cod.

rentini (πᾶς pro πάσῃ), scribendum: εἰ δέ τις πάντως τὸ τερπνὸν ἡγεῖται καταμεμῖχθαι (— sic recte pridem correctus est error vulgaris καὶ μεμῖχθαι —) δεῖν τῇ ἱστορίᾳ, πόσα ἄλλα σὺν ἀληθείᾳ τερπνά ἐστιν . . .;

Ibd. 15: τὸν Κερκυραῖον αὐτὸν ῥήτορα παραστησάμενος. Scribendum: αὐτῷ, cap. autem 17 non minus manifesto: τὸ γὰρ τοιοῦτον, εἴπερ ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι, μὴ αὐτὸν εἰπεῖν (v. λογίζεσθαι ἢ αὐτὸν εἰπεῖν).

Ibd. 23: ὡς καὶ τοῦτο ἐοικέναι παιδίῳ, εἴ που Ἔρωτα εἶδες παίζοντα, προσωπεῖον Ἡρακλέους περικείμενον. Imo: ἐοικέναι παιγνίῳ.

Ibd. 36: Καίτοι οὐ γὰρ ἂν φαίης κ. τ. λ. Prorsus prave coacervantur particulæ; rectum erit: Καίτοι οὐκ ἂν φαίης.

Ibd. 37: οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι ἄν, εἰ ἐπιτραπείη, καὶ γνώμην στρατιωτικήν, ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχων, καὶ νὴ Δία καὶ ἐν στρατοπέδῳ γεγονώς ποτε κ. τ. λ. Revocanda primum negatio, quæ post γνώμην facillime excidit: καὶ γνώμην μὴ στρατιωτικήν, *non gregarii militis.* Deinde alterum mendum arguit verborum ordo (— debebat enim scribi καὶ στρατηγικὴν ἐμπειρίαν —), sed magis ipsa res; nam in eo discipulo (μαθητῇ), de quo agitur, usus imperatorius neque postulari poterat, neque eum postulari cetera ostendunt; requiritur γνώμη μετὰ τῆς πολιτικῆς καὶ στρατηγική, *animus imperatorius et sensus.* Tollendum igitur ἐμπειρίαν, prave additum, cum non animadverteretur, audiri γνώμην. (C. 45 in his: τῷ μὲν κάλλει τῶν λεγομένων . . . ὡς ἔνι μάλιστα ὁμοιουμένη, ξενίζουσα δὲ μηδ' ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐνθουσιῶσα. Ocius revocandum, quamvis reclamantibus codicibus, μή, quod ante ξενίζουσα excidit post νη. Ex μηδέ sumi negatio in hac affirmativi et negativi membri copulatione nullo pacto potest.)

Ibd. 51 scriptum ad hanc formam olim fuit: οὐ γάρ.

ὡς παρὰ (pro ὥσπερ) τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἃ αὐτοὶ εὑρίσκουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενα ἐστι καὶ εἰρήσεται κ. τ. λ. Nocuit eadem terminatio ουσιν.

Ibd. 57: ἢ μηχάνημα ἑρμηνεύσας ἢ πολιορκίας σχῆμα δηλώσας, ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες ὄν, ἢ Ἐπιπολῶν σχῆμα ἢ Συρακουσίων λιμένα. Manifesto in hac diligenti rerum distinctione pro σχῆμα priore loco aliud requiritur nomen. Opinor fuisse: πολιορκίας σύστημα. (C. 59 lacuna notanda est post μὴ ἄκαιροι.)[1])

Tyrannicidæ c. 1 scribendum: ζῶν μὲν τὸν υἱὸν ἐπιδὼν προανῃρημένον, παρὰ τὴν τελευτὴν δὲ ἠναγκασμένος . . . αὐτὸς αὑτοῦ γενέσθαι τυραννοκτόνος (*in ipsa morte, dum moritur*), sublato perverso additamento (προανῃρημένον παρὰ τὴν τελευτήν, τελευταῖον δέ), quo servato sensu carent illa παρὰ τὴν τελ. (Particula δέ eodem loco ponitur paulo ante: τὸν πατέρα δέ et mox: μετὰ θάνατον δέ, cet.)

Ibd. 8: ἀνάξιός ἐστι τῆς ἐμῆς δεξιᾶς, καὶ μάλιστα ἐπ' ἔργῳ λαμπρῷ . . . καὶ γενναίῳ ἀνῃρημένος, καταισχύνων κἀκείνην τὴν σφαγήν. Scrib.: ἀνῃρημένῳ (*suscepto*), καταισχυνῶν κἀκείνην τ. σφ. Et ἀνῃρημένῳ habent codices optimi (A B F). Tum, quod sequitur: ἄξιον δέ τινα δεῖ ζητῆσαι δήμιον ἄλλον μετὰ τὴν συμφοράν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν, neque per se ἄλλον aut μετὰ τ. σ. recte dicuntur neque cum altero membro congruunt; scribendum videtur: ἀλλοιοῦν τε τὴν συμφορὰν μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν.

Ibd. 12 (ubi iure eadem pœna affici dicitur, qui cædem ipse perpetraverit et qui eam fieri coegerit aut ad-

---

[1]) Ver. hist., quam post a. 1826 non relegi, c. 4 recte annotavi scribendum esse: πολὺ τῶν ἄλλων εὐγνωμονέστερος (pro —ον). Fortasse etiam: κἂν ἓν γάρ, τοῦτο δὴ ἀληθεύσω (pro γὰρ δὴ τοῦτο ἀλ.).

iuverit): οὐ γὰρ ἠβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας. Subest: οὐ γὰρ ἠβούλετό τε τοῦ τε πεπραγμένου ἴσον γίγνεται τὸ τῆς ἀδικίας (hoc e cod. F): *voluntatis* (*eius quod voluit*) *et facti æque magna est iniuria* (eaque punitur). De extremo vocabulo dubito.

Ibd. 17: ταῦτ' ἔστι πατέρων τὰ τραύματα, ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων. Et πατέρων et τά prava. Latet adiectivum: ταῦτ' ἔστι καιριώτατα τραύματα.

Ibd. 20 scrib.: ἢ μή τι ὡς γέροντος ὑπερφρονεῖ καὶ τῇ βραδύτητι κολάζει εἰς δέον (pro: βραδύτητι, κολάζειν δέον) καὶ παρατείνει μοι τὸν φόνον . . .;

Ibd. 21: ἀπέθανον ἄν, ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον. Non solum ἀλλ' ἢ absurdum, sed etiam μόνον, atque etiam ὡς τύραννος. Nam ὡς τύραννος nunc quoque moriebatur (vel potius τυραννεύων). Puto fuisse: ἀλλ' ὡς (sic Solanus) μόνος, ἀλλ' ἔτι κ. τ. λ.

Abdicat. c. 20: ἀλλ' ὑμῖν (ὁ νομοθέτης) ποιεῖ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, σκοπεῖν, εἴτε κ. τ. λ. Scrib.: ἀλλ' ἐφ' ὑμῖν ποιεῖ τοῦτο, *vestræ potestatis hoc facit.*

Ibd. 21: τίς ἀσωτία; τίς πορνοβοσκὸς ὕβρισται; τίς ᾐτιάσατο; Non iniuria lenoni facta luxuriosum adolescentem arguebat, sed potius lenonis usus et res cum eo actæ; nimis infinitum illud τίς ᾐτιάσατο. Scribendum et interpungendum ita: τίς ἀσωτία; τίς πορνοβοσκός; ὑβρίσθαι τίς ᾐτιάσατο; (De c. 17 dictum p. 24.)

Ibd. 30 (de causis furoris): οἷον νέοις μὲν πλῆθος, γέροντας δὲ καὶ διαβολὴ ἄκαιρος καὶ ὀργὴ ἄλογος κ. τ. λ. Quam perversum sit πλῆθος, si quis non per se sentit, videat, quid Gesnerus in interpretando addere cogatur. Videtur subesse: οἷον νέους μὲν γῆθος (vid. amor. c. 9, Plut. Agesil. c. 29, cet.).

Phalarid. I c. 9 (nam in c. 4 διασπάσεσθαι ἠπείλουν pro διασπάσασθαι vix mentione dignum) nulla est in his contrariorum comparatio: πότερον ἄμεινον ἀδίκως

ἀποθανεῖν ἢ ἀδίκως σώζειν τὸν ἐπιβεβουλευκότα. Nam qui ipse iniuste perit, simul insidiantem servat (in quo nulla iniuria est). Scriptum fuerat fere sic: *ἢ αὐτὸν ἀδίκως ἀποθανεῖν ἢ δικαίως τὸν ἐπιβεβουλευκότα.*

Alexand. c. 30: *οἱ δὲ πεμπόμενοι . . . ἐξαπατηθέντες ἐπανῄεσαν τὰ μὲν ἰδόντες, τὰ δὲ ὡς ἰδόντες καὶ ὡς ἀκούσαντες διηγούμενοι.* Alterum *ὡς* (ante *ἀκούσ.*) omittit codex optimus, Vindobonensis. Scribendum opinor: *τὰ δὲ ὡς ἰδόντες ἃ ἤκουσαν διηγούμενοι*, *quædam ut visa, quæ tantum audierant.*

Ibd. 38: *Καὶ πρὸς μὲν τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προσεμηχανᾶτο· τελετήν τε γάρ τινα συνίσταται κ. τ. λ.* Quæ sequuntur; ad Italiam nihil pertinent; et errorem arguit *μέν*. Scriptum fuerat ad hanc formam: *ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, οἴκοι δ' ἄλλα τοιαῦτα προσεμηχανᾶτο.*

Ibd. 58: *καὶ νόμισμα καινὸν κόψαι ἐγκεχαραγμένον τῇ μὲν τοῦ Γλύκωνος, κατὰ θάτερα δὲ Ἀλεξάνδρου.* Scrib.: *ἐγκεχαραγμένον*. Rectum est *ἐγκεχαραγμένος Γλύκωνα*, pravum *Γλύκωνος*.

De saltatione c. 2 sic interpungenda oratio est: *ἄλλων ὄντων ἀκουσμάτων καὶ θεαμάτων σπουδαίων, εἰ τούτων τις δέοιτο, τῶν κυκλικῶν αὐλητῶν κ. τ. λ.* Exempla hæc appositione adiunguntur.

Ibd. 22: *Καὶ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρώμενος ὁ Διόνυσος Τυρρηνοὺς καὶ Ἰνδοὺς . . . ἐχειρώσατο καὶ φῦλον οὕτω μάχιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις κατωρχήσατο.* Scrib.: *φύλων οὕτω μαχίμων τοῖς αὐτοῖ θιάσοις κατωρχήσατο.* (De genetivo Bekkeri anecdot. I p. 152.)

Ibd. 26 scribendum e cod. A: *ἐν ἑκατέρᾳ ἐκείνων ὀρχήσεως ἴδιόν τι εἶδός ἐστιν, οἷον τραγικὴ μὲν ἡ ἐμμέλεια, κωμῳδικὴ δὲ ὁ κόρδαξ* (pro *τραγικῇ . . . κωμῳδικῇ*), tum revocandum ex editionibus superioris ætatis: *ἐνίοτε δὲ καὶ τρίτη, σικίννιδος προσλαμβανομένης.* Est aliqua *τραγικὴ* (*τῆς τραγῳδίας*) *ὄρχησις*, nulla *τῆς τραγικῆς*.

Ibd. 34 scribendum: *Οὐδὲ γὰρ . . . τὸ Φρύγιον τῆς ὀρχήσεως εἶδος, . . . ἀγροίκων . . . ὀρχουμένων σφοδρὰ καὶ καματηρὰ πηδήματα, καὶ νῦν ἔτι. ταῖς ἀγροικίαις ἐπιπολάζον, ὑπ' ἀγνοίας παρέλιπον.* Vulgo scribitur *ἐπιπολάζοντα (πηδήματα)* ridicule. *Ταῖς ἀγροικίαις* est *rure, apud rusticos*, usu apud huius ætatis scriptores non infrequenti.

Ibd. 65: *οἶδε* (codex E *οἶδεν*) *γὰρ καὶ ἐν ἐκείνοις μᾶλλον ἐπαινουμένη τῷ ἐοικέναι τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις.* Neque Valckenarii coniectura (*σύνοιδε*) neque aliorum oratio sententiave recta efficitur. Error natus est ex litteris male conflatis; scribi enim debet: *οὐδὲν γὰρ καὶ ἐν ἐκείνοις μᾶλλον ἐπαινοῦμεν ἢ τὸ ἐοικέναι τ. ὑ. π.*

Ibd. 68: *Τὰ μὲν οὖν ἄλλα θεάματα καὶ ἀκούσματα ἑνὸς ἑκάστου ἔργου ἐπίδειξιν ἔχει.* Imo: *ἕκαστον.*

Ibd. 83: *οἱ μὲν συρφετώδεις καὶ αὐτὸ τοῦτο ἰδιῶται.* Scrib.: *καὶ κατ' αὐτὸ τ. ἰδ.*

Demonactis c. 11: *ὅτι, ἄν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεται . . ., ἀλλ' ἀποτρέψει . . ., ἄν τε καλά, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν.* Imo: *ἐξαγορεύσει.* Variari in hac orationis forma non poterat.

Imagin. c. 6 scrib.: *Τῆς ἡλικίας δὲ τὸ μέτρον πηλίκον ἂν γένοιτο; Κατὰ τὴν ἐν Κνίδῳ ἐκείνην μάλιστα.* (Vulgo: *μέτρον, ἡλίκον ἂν γένοιτο κατὰ τὴν κ. τ. λ.*)

Ibd. 7 Lycini nomen ponendum est ante verba: *κινδυνεύει τοῦ μεγίστου ἔτι ἡμῖν προσδεῖν* et his sequentia continuanda. Concedit Lycinus aliquid deesse et id explere aggreditur. (Non recte Dind. *καί* addidit.)

Ibd. 11: *ἀρετῇ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ἐπιεικίᾳ . . . καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσα ταύτης ὅρος ἐστίν.* Ineptum *ὅρος*. Fortasse scriptum fuit: *ὁπόσα ταύτης χορός ἐστιν* (virtutis). Nimis audacter Dindorfius: *ὁπόσα ψυχῆς κόσμος ἐστίν.*

Ibd. 15: ἧττον γὰρ δὴ τοῦτο καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὑτῷ ἀνθαμιλλώμενον. In συντελεσθὲν latet infinitivus, a quo pendeat τοσαῦτα κάλλη, quod cum ἀποτελεῖν coniungi nequit. Scribendum videtur: ἧττον γὰρ δὴ τοῦτο γραφικὸν συνειλεῖν εἰς ἓν κάλλη τοσαῦτα.

Pro imagin. c. 5: καὶ οὐδ' ὅσας ὀλίγας τὰς ἑαυτῆς τρίχας ἔχουσα. Exspectabam οὐδ' ὀλίγας ὅσας, ut ὀλίγους ὅσους scribitur Alexand. c. 1 et ὀλίγον ὅσον Prometh. c. 12, Hermot. c. 59, 62, μικρὸν ὅσον Hermot. c. 60 (Plutarch. vit. Demetr. c. 43), πλεῖστον ὅσον Toxar. 12, μυρία ὅσα bis accus. c. 3. (C. 8 e codicibus duobus scribendum: μαρτύρεσθαι. Recta oratione esset: αὐτὴ μαρτύρεται. C. 19 oratio sic interpungenda est: Ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον; Οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας ἀνατείνασθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας. Respondet ipse sibi. Recte Gesnerus vertit.)[1]

Toxar. c. 1: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας. Scribendum: καὶ τιμῶντες. (Dindorfius πράξειν, εἰ μ. τῶν ἀρίστων τιμῶμεν, minus apte et maiore molimine.)

Ibd. 9 transponenda particula καί, deinde delenda: *Εἰ* μὲν καὶ τὰ ἄλλα ἡμεῖς τῶν Ἑλλήνων δικαιότεροι καὶ τὰ πρὸς τοὺς γονέας ὁσιώτεροί ἐσμεν. (Vulgo: καὶ δικαιότεροι τὰ πρ. τ. γ. καὶ ὁσιώτεροί ἐ.) Etiam c. 15 (ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο βλᾶκα ἐραστὴν προσεκπυρῶσαι) sententia postulat: ἱκανὸν δὲ τοῦτο καὶ βλᾶκα ἐραστὴν πρ., *vel segnem*. [Priorem correctionem Bekkerus præcepit.]

---

[1]) C. 20 post οὐχ ὅπως (*non dico*) excidit aliquid. Ibidem indignor, ut in similibus non raro, ne commemorari quidem facillimam et certissimam Guyeti emendationem: φύσει κοῦφον, ὡς ἴσμεν, ζῶον καὶ δρομικόν (pro ὧν ἴσμεν . . . ζώων).

Ibd. 19: *ἔτι καὶ σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς.* Et ipsum verbum *ἐπιδέχεσθαι* de excipiendo et avertendo impetu æstus pravum est et pravissimum *ἐπιδέχεσθαι τὸ ῥόθιον τῆς ὁρμῆς* (pro eo, quod est *τὴν ὁρμὴν τοῦ ῥοθίου*). Scribendum: *ὡς τὸ ῥόθιον ἐπέχεσθαι τῆς ὁρμῆς, ut æstus impetu privaretur.* Cfr. Alexand. c. 57: *ἀνεκόπην τῆς ὁρμῆς.* Tum pro *ἐγκεκυφότα* scrib. *ἐκκεκυφότα* de eo, qui caput supra latus navis protendit. (C. 24: *τῶν τε ἀγενῶν καὶ πενήτων.* Ineptum *γέ.*)

Ibd. 26: *ἀφορᾷ δὲ ἐς τὸν φίλον καὶ τὸν Μενεκράτην· οὐδὲ οἴεται χείρω πρὸς φιλίαν . . . γεγονέναι.* Sic hoc dicitur, quasi alius sit amicus, alius Menecrates ac non idem. Scrib.: *ἀφορᾷ δὲ ἐς τὸν φίλον, καὶ τὸν Μενεκράτην οὐδὲν οἴεται χείρω . . . γεγονέναι.* (C. 29 e cod. uno scribendum: *χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα οἷα ἀνδρὶ ἐκείνων ἀήθει, quippe.*)

Ibd. 36: *ἵν' εἰδῇς ὡς παιδιὰ τὰ ὑμέτερά ἐστι παρὰ τὰ Σκυθικὰ ἐξετάζεσθαι.* Scribendum: *παρὰ τὰ Σκυθικὰ ἐξετασθέντα, cum Scythicis comparata.*

Ibd. 39: *καὶ τὰς σκηνὰς διήρπαζον καὶ τὰς ἁμάξας κατελαμβάνοντο . . . καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὑβρίζοντες τὰς παλλακίδας καὶ τὰς γυναῖκας.* Scrib.: *ὕβριζον.*

Ibd. 61 (de homine ægrum e domo ardenti efferente): *ἔφθη διεκπαίσας καθ' ὃ μηδέπω τελέως ἀπεκέκαυτο ὑπὸ τοῦ πυρός.* Imo: *ἀπεκέκλειτο, interclusa via erat.* (De c. 60 dictum p. 111.)

Jovis confutati c. 7 vix fieri potest, ut non scribendum sit: *εἴγε τοὺς μὲν κἂν ὁ θάνατος εἰς ἐλευθερίαν ἀφέλοιτο* (pro *ἀφείλετο*) de eo, quod fieri possit.

Jovis tragœdi c. 21: *Εὐρυσθεύς, ἀνὴρ ἀρχαῖος καὶ προνοητικός.* Laudatur Eurystheus, qui curam susceperit a Iove neglectam; *ἀρχαιότητι* in hac laude nullus locus. Scriptum fuerat: *ἀνὴρ ἀρχικὸς καὶ προνοητικός.*

Ibd. 22: *καὶ κνισᾷ παρὰ τοὺς βωμούς.* Alii codd. *περὶ τ. β.* Verum est: *καὶ κνισᾷ τοὺς βωμούς.* Sic Euripides; alii *κνισᾶν ἀγυιάς.* (C. 29 e cod. A scrib.: *δεόμενος.*)

Ibd. 47: *τὸν μὲν κυβερνήτην ἐκεῖνον εἶδες ἂν ἀεὶ τὰ συμφέροντα . . . προστάττοντα τοῖς ναύταις, ἀλυσιτελὲς δὲ οὐδὲ ἄλογον οὐδέν τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὃ μὴ χρήσιμον . . . ἦν πρὸς τὴν ναυτιλίαν αὐτοῖς.* Pravum (in hac oratione) *οὐδέν τι,* pravum *ἄλογον* (*οὐδὲν εἶχεν ἡ ναῦς*), pravum *ἀλυσιτελὲς οὐδὲν, ὃ μὴ χρήσιμον.* Omnia recta erunt quattuor litteris geminatis: *τὰ συμφέροντα . . προστάττοντα . . . ἀλυσιτελὲς δὲ οὐδὲ ἄλογον οὐδέν, οὐδέ τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὃ μὴ κ. τ. λ.* Valde præterea vereor, ut rectum sit in laude *πρὸ τοῦ καιροῦ παρασκευάζεσθαι,* putoque fuisse: *πρὸς τὸν καιρόν.*

Galli c. 4: *Ἴσθι δῆτα κἀκεῖνο, ὡς πρὸ τοῦ Πυθαγόρου Εὔφορβος γένοιτο.* Neque imperativo recte additur *δῆτα* neque gallus Micyllum scire iubet, sed ex iis, quæ dixit, opinatur eum scire. Scribendum: *Οἶσθα δῆτα κἀκεῖνο . . .;*

Ibd. 11: *Τοιαῦτα πολλὰ . . . προσφιλοσοφῶν συνείρει καὶ ὑπετέμνετο τὴν εὐφροσύνην.* Imperfectum requiri Dindorfius sensit scripsitque *συνεῖρε.* Malim: *συνῄρει καὶ ὑπετέμνετο τὴν εὐφροσύνην.*

Ibd. 28: *ὡς μὴ χωλεύοις διὰ θάτερον τῆς οὐρᾶς μέρος.* Vereor, ne scriptum fuerit: *χωλεύοι σοι θάτερον τ. οὐ. μ.*

Icaromenipp. c. 21: *Οὐ γὰρ ἡγοῦμαι πρέπειν ἀποκαλύψαι καὶ διαφωτίσαι τὰς νυκτερινὰς ἐκείνας διατριβὰς καὶ τὸν ἐπὶ σκηνῆς ἑκάστου βίον.* Luce non egebat ὁ *ἐπὶ σκηνῆς βίος,* sed quem in occulto agebant: *καὶ τὸν ἐπὶ σκέπης ἑκάστου βίον.* (C. 29 *ἑαυτούς,* quod iure Selanus addi volebat, excidit post *Στωϊκούς.*)

Bis accusat. c. 11: *Τίνας λέγεις τοὺς φιλοσόφους; ἆρ᾿ ἐκείνους τοὺς κατηφεῖς, τοὺς συνάμα πολλοὺς*

τὸ γένειον ὁμοίους ἐμοί . . .; Ridicule illa τοὺς συνάμα πολλούς, quæ nullam habitus proprietatem significant, interponuntur ceteris. Scribendum: τοὺς σεμναναβόλους. In severa et modesta compositione τῆς ἀναβολῆς magna pars decoris et gravitatis erat. Vocabulum novum apte fictum et compositum est.

Ibd. 20 tollendum interpretamentum ἡδομένους, quo sine copula post κάτω νενευκότας inserto frangitur omnino contrariorum vis (χοίρων δίκην κάτω νενευκότας ζῆν . . . ἐλευθέρους ἐλευθέρως φιλοσοφεῖν).[1]

---

[1]) Cap. 10 recte Dindorfius ab apertissima interpolatione codicum nuper adhibitorum (Gorlicensis aliorumque): οὐ κατ' ἀξίαν τιμῶσί με rediit ad superiorum editionum scripturam a codice Marciano n. 434 (Sommerbrodt. p. 81) confirmatam: οὐ κατ' ἀξίαν πράττω, indicium veritatis faciente (præterquam quod hoc illi substituere nemini in mentem venire poterat, illud huic facile alicui) etiam eo, quod sequitur, ἀπωσάμενος, quod interpolator simul in ἀπωσάμενον mutare oblitus est. Sed hoc perspecto revocanda non minus erat, eodem codice auctore, editionum superiorum scriptura c. 3: καὶ μάλιστα ὁπόσαι (δίκαι) ταῖς ἐπιστήμαις καὶ τέχναις πρὸς ἀνθρώπους τινὰς συνέστησαν, ubi nunc sine sensu editur: τὰς ἐπιστήμας καὶ τέχνας. (Iudicia illa artium contra quosdam homines c. 13 et 14 redeunt.) Etiam c. 8 revocandum: ἐπεὶ (pro ἔτι) γὰρ αὐτοὺς μετέβαπτεν ἡ φιλοσοφία παραλαβοῦσα, ὁπόσοι μὲν ἐς κόρον (cod. A occultato mendo: ὁπόσοι μὲν οὖν ἐς κ.) ἔπιον τῆς βαφῆς, χρηστοὶ . . . ἀπετελέσθησαν. Revocanda porro c. 9: τὴν . . . σπῆλυγγα et c. 11: ὑπερδιατεινομένων καὶ μεγάλα (pro ἅμα) λέγειν ἐθελόντων et c. 14: εἰ καὶ νεαρόν (pro εἰ καὶ μὴ παλαιόν) et c. 14 (ubi Jacobitzius et Dindorfius correctionem in uno codice Gorlic. supra scriptam secuti sunt): 'Ρητορικὴ κακώσεως τὸν Σύρον, Διάλογος τὸν αὐτὸν ὕβρεως (auditur γράφεται). Nam c. 28 iam Dindorfius revocavit: μικρὰ δὲ καὶ κομματικὰ ἐρωτήματα pro ineptissimo κωμικά, quod Iacobitzius e codd. A D Y substituerat. [Etiam c. 8 et 9 recte Dindorfius.]

De parasito c. 2: *Καὶ μὴν ἐκεῖνό μοι σκοποῦντι προοῖσται γέλως πάμπολυς.* Ut barbarum est *προοῖσται*, ita non sane usitatum *προωθεῖν γέλωτα*, in utroque autem perversum perfectum tempus; neque enim Tychiades se risum absolvisse significat, sed ridere, quoties hoc consideret. Scribendum videtur: *παρίσταται.* (Tum *ἐπιγράψομεν* malim.)

Ibd. 4 scribendum: *εἰ συνᾴδει, σκοπῶμεν, καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος, ἀλλὰ μή, καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρονόμεναι, σαθρὸν ὑποφθέγγεται.* Vulgo edebatur *διακρονόμεναι μὴ ἀποφθέγγηται*, prave interposito *μή*, coniunctivo non ferendo. Longius aberrat cod. A cum aliis, initio sumpto ab accommodatione ad proximum (*ἀποφθέγγωνται*). (Præpositionem verbi correxit Bekkerus.)

Ibd. 5: *Τί δέ, τὸ ἐπίστασθαι τὰς ἀρετὰς . . . τῶν σιτίων . . . πολυπραγμοσύνην ἀτέχνου τινὸς εἶναί σοι δοκεῖ;* Scrib.: *πολυπραγμοσύνης ἀτέχνου τινός.* (Bekkerus *πολυπραγμοσύνη*, quod rectum esset, si *ἄτεχνός τις* adderetur.)

Ibd. 12 scribendum esse: *ὁ γὰρ Ἐπικούρειος* (pro *Ἐπίκουρος*) *οὗτος, ὅστις ποτὲ ἐστιν ὁ σοφός*, et additum *οὗτος* et illud *ὅστις π. ἐ.* demonstrat. Unus eligitur, de quo quæratur.

Ibd. 14: *Καὶ μὴν αἱ ἄλλαι τέχναι ὕστερον τοῦτο ἔχουσι μετὰ τὸ μαθεῖν καὶ τοὺς καρποὺς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι.* Imo: *βραδέως ἀπολ.* Hoc ipso illis suam parasitus præfert.

Ibd. 21 et 22 verba inter personas sic describenda sunt, ut gloriose argumentanti parasito continuentur hæc: *Τί δέ; οὐχ . . . δοκοῦσι;* ei Tychiades adsentiatur: *Πῶς γὰρ οὔ;* dein iterum parasitus interroget, Tychiades respondeat: *Οὐκ ἔχω λέγειν.*

Ibd. 28 scribendum: *φιλοσοφίαν δὲ τίς ἂν ἀνάσχοιτο μὴ μίαν εἶναι καὶ σύμφωνον αὐτὴν ἢ μᾶλλον τῶν ὀργάνων;* sublato *μηδέ* inter *καὶ* et

φωνον. (Sublato *καί*, ut esset *μὴ μίαν μηδὲ σύμφωνον*, in duo dissolveretur, quod unum esse debet.)

Ibd. 31: *ἀπορῶ, οὕστινας καὶ εὕρῃς εἰπεῖν*. Coniunctivus ferri nequit (neque enim deliberat Tychiades, quid Simo facere debeat); rectum esset *καὶ ἂν εὕροις* (non *εὕροις* sine *ἄν*), nisi ipsum *εὑρίσκω εἰπεῖν* dubitationem haberet. Fuitne: *καὶ ἕξεις εἰπεῖν*?

Ibd. 37: *Φιλοσόφους μὲν οὖν, ὥσπερ ἦν, παρασιτίᾳ σπουδάσαντας ἔδειξα*. Nihil est *ὥσπερ ἦν*. Scrib. opinor: *οἷς παρῆν*, *quibus licuit*. (De c. 39 dictum est p. 40.)

Ibd. 42 scribi debet: *ὡς εἴ γε καὶ ἄλλος τις Ἀθηναίοις* (pro *Ἀθηναῖος*) *κατὰ ταὐτὰ ἐπολέμει* (eodem modo, quo Philippus), *κἀκεῖνος ἂν* (pro *ἐν*, ut iam Guyetus) *αὐτοῖς ἦν φίλος*. Sed quæ præcedunt de Isocrate, certa ratione emendare nequeo.

Ibd. 44: *οὔτε τὸν Ἀχιλλέα, ὅσπερ ἐδόκει τε καὶ ἦν τὸ σῶμα γενναιότατος καὶ δικαιότατος*. Scrib.: *καὶ ἀνδρικώτατος*. (Dindorfius *καὶ δικαιότ.*, quod in cod. Marc. 436 deest, sustulit.) Tum c. 46: *ἐγὼ γὰρ οὐδ' αὐτοῦ μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως τεκμαίρεσθαι τοῖς ἔργοις αὐτὸν* (Patroclum, pro *αὐτοῦ*) *χείρω εἶναι*.

Ibd. 49: *καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν ἑστιάσει καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι*. Ex corrupto illo *ἑστιάσει*, adscita extrema littera verbi *φησίν*, efficitur *νήστιας, εἰ*, quam vocem parasitus ex Achillis verbis (Iliad. XIX, 207) sumit. Sed hoc invento tamen emendationem absolvere nequeo, nisi quod priore loco *μάχεσθαι* tollendum video et in *ἀλλ' ὃν* videri subesse infinitivum (ad hanc formam: *οὐ γὰρ ἀντέχειν ἐν πολέμῳ φησὶ νήστιας, εἰ καὶ κ. τ. λ.*).

Anachars. c. 11: *οὐδὲ γὰρ δύναμαι κατανοῆσαι, ὅτι τοῦτο τερπνὸν αὐτοῖς, ὁρᾶν παιομένους . . . ἀνθρώ-*

πους. Scrib.: ὅ τι τοῦτο τὸ τερπνὸν αὐτοῖς, *quæ hæc sit iis voluptas.*

Ibd. 28: καὶ ταῦτα πάντα . . . ἐς τοὺς πολέμους καὶ χρήσιμα, εἰ δέοι κ. τ. λ. Pravum καὶ altero loco; itaque Dindorfius delevit. Puto fuisse: εἰς τοὺς πολέμους οὐκ ἀχρήσιμα. C. 29 certum est scribi debere: λευκὸς εἶναι ἀπορροίᾳ (pro ἀπορίᾳ) καὶ φυγῇ εἰς τὰ εἴσω τοῦ αἵματος.

Rhetorum præcept. c. 4 scribendum: Τί γάρ; Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα . . . λαβὼν . . . ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη . . ., ῥήτορα δὲ . . . ἀδύνατον καταστῆναι ἐν βραχεῖ . . .; pro: εἰ γὰρ Ἡσίοδος κ. τ. λ. (Dindorfius: ἦ γὰρ Ἡσίοδος, non recte.)

Philopseud. c. 1: οἱ αὐτὸ ἄνευ τῆς χρείας τὸ ψεῦδος περὶ πολλοῦ τῆς ἀληθείας τίθενται. Aut scribendum: περὶ πλείονος aut potius tollendum τῆς ἀληθείας [1]).

Ibd. 3: Ὃς δ' ἂν οὖν ταῦτα καταγέλαστα ὄντα μὴ οἴηται ἀληθῆ εἶναι, ἀλλ' ἐμφρόνως ἂν ἐξετάζων ταῦτα Κοροίβου τινὸς ἢ Μαργίτου νομίζοι τὸ πείθεσθαι ἢ Τριπτόλεμον ἐλάσαι διὰ τοῦ ἀέρος . . . ἢ Πᾶνα ἥκειν . . . σύμμαχον ἐς Μαραθῶνα . . . ἀσεβὴς οὗτός γε καὶ ἀνόητος αὐτοῖς ἔδοξεν. Non sufficit νομίζοι in νομίζῃ mutare; nam et ἂν vitiose ponitur (ὃς ἂν—ἀλλ' ἂν) et male in sententiæ relativæ altero membro additur illud ἐμφρόνως ἐξετάζων et prave coniunguntur hæc: ταῦτα ἐξετάζων (quæ præcedunt) . . . Κοροίβου τινὸς νομίζοι πείθεσθαι ἢ—ἢ (a præcedentibus diversa). Scribendum: ὃς δ' ἂν . . . μὴ οἴηται ἀληθῆ εἶναι (— καὶ ἐμφρόνως ἂν ἐξετάζοντι ταῦτα Κοροίβου τινὸς . . . νομίζοιτο πείθεσθαι ἢ Τριπτ. . . . —), ἀσεβὴς οὗτός γε κ. τ. λ. Iam coniunguntur ταῦτα πείθεσθαι ἤ, hæc aut alia

---

1) Sero video Bekkerum rectius scripsisse: τὸ ψεῦδος πρὸ πολλοῦ τῆς ἀληθείας τίθενται.

similia. Videtur *καὶ* post *εἶναι* excidisse, tum additum *ἀλλά*.

Ibd. 15: *οἶδα γὰρ τὴν Χρυσίδα . . . ἐραστὴν γυναῖκα καὶ πρόχειρον.* Amabilitas nihil hic ad rem et mire *ἐραστή* cum *πρόχειρος* coniungitur. Scribendum opinor: *ἐργαστικὴν γυναῖκα.* Quid de femina sit *ἐργάζεσθαι*, notum est.

Ibd. 30: *λέγε . . . ὡς ἐθέλοις ἰδεῖν.* Scr.: *ἐθέλοις ἂν ἰδεῖν.*

Ibd. 39: *ἰδὼν . . . ὡς οὐ περὶ μικρᾶς ἐνήρχετο τῆς περὶ τὰ χρηστήρια τραγῳδίας.* Tollendum prius *περί* errore ex altero loco præceptum, ut sit: *ὡς οὐ μικρᾶς ἐνήρχετο . . . τραγῳδίας.* Deinde, ubi est: *οὐ δοκεῖν οἰηθεὶς δεῖν μόνος ἀντιλέγειν*, scribendum: *οὐδ' οἰηθεὶς δεῖν μόνος ἀντιλέγειν.*

Adversus indoctum c. 14: *ὁρᾷς ὅπως κακοδαιμόνως διάκεισαι, βακτηρίας ἐς τὴν κεφαλὴν ὡς ἀληθῶς δεόμενος.* Imo: *διάκειται.* Nam ad baculi Protei emptorem hoc pertinet. (De c. 4 dictum est p. 143.)

Ibd. 25: *Καὶ γὰρ κἀκεῖνα περὶ δύο ταῦτα δεινῶς ἐσπούδακας κ. τ. λ.* Recte intellectum est tria prima verba separanda esse et universe ad id significandum pertinere, ad quod transeatur. Sed inusitate dicitur per se: *Καὶ γὰρ κἀκεῖνα.* Scribendum videtur: *Καὶ γὰρ κἀκεῖνα ἐννοεῖ. Περὶ δύο κ. τ. λ.*

De calumnia c. 8: *ἀποφράξαντες δὲ τῷ κατηγορουμένῳ τὰ ὦτα ἢ τῷ στόματι σιωπῶντες.* Scrib.: *ἢ τὸ στόμα κατασιωπῶντες*, *aut auribus (nostris) obturatis aut ore (eius) silere coacto.* *Κατασιωπᾶν τινα* post Xenophontem et alii et Lucianus dixerunt. (De c. 12 vid. p. 419 ad Plat. de rep. III p. 416 A.)

Ibd. 17: *Παρὰ δ' Ἀλεξάνδρῳ μεγίστη ποτὲ πασῶν ἂν διαβολὴ λέγοιτο, εἰ ἕλοιτό τις μὴ σέβειν . . . τὸν Ἡφαιστίωνα.* Inepta potentialis forma, ineptum, quod Halmius sensit, *ἕλοιτο*, tanquam non calumnia, sed res

vera significetur. Scribendum: *μεγίστη ποτὲ πασῶν ἦν διαβολή, εἰ λέγοιτό τις μὴ σέβειν . . . Ἡφ.* Omisso *εἰ* post *η* cetera nata sunt. (*Εἰ λέγοιτο* de re sæpius facta.)

Ibd. 18: *ἐπομοσάμενος . . . κατὰ Ἡφαιστίωνος, ὅτι δὴ κυνηγετοῦντί οἱ φανέντα ἐναργῆ τὸν θεὸν ἐπισκῆψαι εἰπεῖν κ. τ. λ.* Scrib.: *ὅπῃ δὴ κυνηγετοῦντι*, *alicubi.*[1])

Ibd. 27: *συμπαρώξυνε τὸν δῆμον, ἧς φασὶν ἐκεῖνος πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκεκνισμένος.* In litteris *ησφασιν* latet dativus substantivi, unde pendet genetivus; potest fuisse: *νύγμασι κοινοῖς πολιτικῆς φιλ. ὑποκεκνισμένος.*

Pseudolog. c. 3: *οὐ μᾶλλον ἢ κάνθαρος μεταπεισθείη ἂν μηκέτι τοιαῦτα κυλινδεῖν ὅπαξ αὐτοῖς συνήθης γενόμενος.* Pro *τοιαῦτα*, quod nusquam refertur, scribendum: *βόλιτα.* (Primus error *ΒΟΛΙΤΑ.*)

Ibd. 25: *ἀδικήματος ἢ, τὸ μετριώτατον, ὕβρεως.* Mendum subesse consentitur; fuitne: *ἀσεβήματος?*

De domo c. 7: *ἡ δέ γε σώφρων οἰκία χρυσῷ μὲν τὰ ἀρκοῦντα . . . προσχρῆται.* Tollendum *οἰκία*. Meretricibus contraria ponitur matrona honesta et pudica; ad domum reditur paulo post: *Καὶ τοίνυν ἡ τοῦδε τοῦ οἴκου κ. τ. λ.* [Sic iam Dindorfius.]

Ibd. 23: *λαθόντε τὰ βασίλεια καὶ παρελθόντε.* Scrib.: *λαθόντε εἰς τὰ βασίλεια παρελθόντε*, omisso *καί*. *Ἐλαθέτην εἰς τὰ β. παρελθόντε.*

Ibd. 25: *τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἑόρακέ πω ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀσπίδος τῆς Γοργόνος τὴν εἰκόνα.* Scrib.: *ἀλλ' ἢ ἐπί.*

[In **Longævis** c. 3: *ἄνδρα . . . καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν ἐπὶ μήκιστον βιῶναι.* Tollen-

---

[1]) C. 21 extr. recte Solanus et Gesnerus. Erroris init *ὑπονοίας* pro accusativo habito.

dum τὸν Τειρεσίαν, ut ex generali sententia concludatur argumentum.]

Navigii c. 1 scribendum: Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι θᾶττον ἂν τοὺς γῦπας ἕωλος νεκρὸς . . . ἢ θέαμά τι Τιμόλαον διαλάθοι. Vulgo abest ἄν. Vid. p. 403 ad Plat. Charmid. p. 156 B. Infra quoque c. 44 ἂν post ον excidit: αὐτὸς ἐπιπετόμενος ἀπέλαυον ἄν, paulo autem post ante αὐ (ἀράμενος ἂν αὐτὸν ... ἀφῆκα φέρεσθαι). Post ὁπόσον excidit fugit. c. 21.

Ibd. 3: ἃ (Θουκυδίδης) . . . περὶ τῆς ἀρχαίας ἡμῶν τρυφῆς εἶπεν ἐν τοῖς Ἴωσιν, ὁπότε οἱ τότε συναπῳκίσθησαν. Scrib.: εἶπεν, τοῖς Ἴωσιν ὁπότε οἱ τ. σ., sublato ἐν.

Ibd. 17: ἐπιλήψομαι τῇ εὐχῇ. Et usus et analogia postulat: τῆς εὐχῆς. Vid. supra p. 67 n. et ad Thucyd. II, 83. Contra c. 27 recte Iacobitzius in ed. mai. suspicatus est scribendum esse τῇ εὐχῇ (ad ἐπηρεάζων, non: ἐπηρεάζων ἐς τέλος τῆς εὐχῆς). (De c. 20 dictum est p. 151, de c. 27 p. 111, de c. 32 p. 32; quanquam postremam hanc emendationem a Dindorfio præceptam nunc video, primæ partem a Bekkero.)

Ibd. 29: ὡς τοῦτό γε αὐτὸ ἤδη μείζω εἶναι τῶν ἄλλων βασιλέων. Scribendum: ὡς τοῦτό γε αὐτὸ ἡδύ, μείζω εἶναι τ. ἄ. β.

Ibd. 35: ἐγὼ δὲ νήφειν ᾤμην καὶ οὐ παρὰ τὸ φανεῖσθαι τὴν γνώμην. Hoc mendosum esse olim intellectum est, sed παραποφανεῖσθαι verbum habet novum, verbi tempus pravum, sententiam ineptam; atque hæc duo cadunt etiam in Hirschigii scripturam, ὕπαρ ἀποφανεῖσθαι. Neque enim de sententiæ declaratione agitur. Scribendum videtur: καὶ οὐ παραπεφορῆσθαι τὴν γνώμην. Animadvertit nunc Lycinus, se παραπεφορῆσθαι τ. γν. (Cap. 43 vellem duæ voces, ἀνέραστον καί, abessent et sic scriberetur: καὶ μηδένα εἶναι, ὅτῳ μὴ ποθεινότατος ἐγώ.)

Dialog. meretr. 1, 1: *καὶ νῦν σοὶ μὲν ἐκεῖνος οὐ πρόσεστι.* Scribi debere: *πρόσεισι*, vel ex 9, 4 et 10, 1 apparet. *Προσεῖναί τινι* in hac re nusquam dicitur. Paulo ante scribendum: *ἐῴκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ διηγήσεσθαι* pro *διηγεῖσθαι.*

Ibd. 15, 3 scribendum: *Περίμεινον, φασί, τὴν σύνταξιν ὁπόταν ἀπολάβω,* sublato *μισθοφοράν,* quod post *ἀπολάβω* additur, adscriptum ad *τὴν σύνταξιν* declarandi causa.

De morte Peregrini c. 22: *ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον τοὺς ἄλλους ἀποθνήσκοντας.* Scribendum puto: *τοὺς ἄλλως ἀποθν.*

Ibd. 28: *ἦ μὴν καὶ ἱερέας αὐτοῦ ἀποδειχθήσεσθαι μαστίγων ἢ καυτηρίων ἤ τινος τοιαύτης τερατουργίας.* Neque ipse quid his genetivis faciam, reperio, neque quomodo alii se expediverint. Mihi post *τερατουργίας* excidisse *φορέας* aut simile substantivum videtur. C. 35 (*Ὁ δὲ ἀεὶ ἀναβαλλόμενος νύκτα, τὸ τελευταῖον προειρήκει ἐπιδείξασθαι τὴν καῦσιν*) scribi debet *ἐπιδείξεσθαι*, sed ne *νύκτα* quidem pro *εἰς νύκτα* fero.

Fugitivi. c. 28: *μηνύειν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ. ΔΕΣΠ. Οὐ νοῶ, ὦ οὗτος, ὃ κηρύττεις.* Nihil hic agit *αὐτονόμῳ* adiectum legitimæ formulæ *ἐπὶ ῥητῷ.* Codices non habent *οὐ.* Scribendum igitur: *ἐπὶ ῥητῷ. ΔΕΣΠ. Ἀμφιγνοῶ, ὦ οὗτος, ὃ κηρύττεις.*

Ibd. paulo post: *Ἀμέλει ἅπαντας ἀνευρήσομεν.* Nullus adverbio *ἀμέλει* locus, et unus quærebatur. Scribendum: *Ἀμέλει ἅπαντος· ἀνευρήσομεν.*

Conviv. c. 35: *κατεγίγνωσκον αὑτῶν, οἶμαι, οὓς γε ἐθαύμαζον οἰόμενοί τινας εἶναι.* Recta sententia hæc erit: *κατεγίγνωσκον αὑτῶν, οἵους γ' ἐθαύμαζον:* se ipsos condemnabant, quales (h. e., quod tales) homines admirarentur.

Cap. III.

Pausanias. Philostratus. Diogenes Laertius. Ioannes Stobæensis. Dionysii Halic. antiqu. Rom. lib. I.

Pausaniam cum legerem Bekkeri exemplo utens, inspecta hic illic Siebelisii editione, correxi non ita pauca, quorum maiorem partem postea, inspecta Walzii et Schubarti editione, tum quam solus Schubartus curavit (Lips. 1853), præceptam vidi, alia (in Schubarti exemplo) in textu posita (etiam id, quod in annal. philol. Danic. V p. 17 et 158 posueram, in IX, 17, 7 scribendum esse: *ὡς κιθαρῳδοῦντι ἕποιτο αὐτῷ τὰ θηρία*)[1]), alia etiam nunc in notis latentia[2]). Quæ restant, exiguum explebunt spatium.

---

[1]) Adieceram, ad rem grammaticam notandum esse, Pausaniam et alios supparis aut paulo superioris ætatis scriptores præsenti tempori verborum dicendi et narrandi significationem habentium (*φησί, διηγεῖται, γράφει, λέγουσι, λέγεται, λόγος ἐστίν,* ceterorum) *ὡς* aut *ὅτι* fere cum optativo (aoristi aut præsentis pro imperfecto) de re præterita subiicere, ubi veteres indicativo uterentur, exemplaque posueram Pausaniæ e libro primo c. 10, 3, c. 13, 2, c. 14, 2, c. 19, 1, c. 20, 3, c. 23, 8, c. 24, 7, c. 26, 4, c. 27, 7, c. 28, 5, c. 29, 4, c. 30, 1, c. 44, 7. Addam, quoniam hæc in modorum usu discrimina nondum valde animadvertuntur aut suis finibus separantur, Strabonis hæc e libro VI: p. 265 (*ἔστι λόγος, ὡς ὁ πεμφθεὶς . . . εἴη*), p. 274 (*φασί, ὅτι καθάλοιτο*), p. 281 (*μυθεύουσι, ὅτι ἐξελάσειε*), p. 284 (*δεύτερος δὲ λόγος ἐστίν, ὡς . . . μείνειε*), Plutarchi e Dione c. 35 (*Ἔφορός φησιν, ὡς ἑαυτὸν ἀνέλοι*) et c. 36 (*ὡς οὐ γένοιτο*), Luciani Char. c. 4, Gall. c. 4, imagg. c. 4, Philostr. vit. Apoll. II, 3, 1, VI, 2, 2, VI, 43, 2.

[2]) Ibi hæc iacent, in quæ incideram, occupata, ut cognovi, a Sylburgio, Kuhnio, aliis usque ad Claverium et Siebelisium: I, 14, 2: *οἱ μάλιστα ἀμφισβητοῦντες . . . ἐς δῶρα, ἃ . . . ἔχειν, εἰσὶν Ἀργεῖοι*, 17, 1: *ὄντι ὠφελίμῳ, ὅμως*, VI, 21, 3: *ἔχοντες* pro *ἀνέχοντες*, VIII, 20, 1: *προελθών*, 23, 7: *τόδε ἔτι τῷ χρησμῷ*, IX, 8, 4: *τὴν ὀξυτάτην*.

Lib. I, 2, 5: *Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Πουλυτίωνος οἰκία, καθ' ἣν παρὰ τὴν Ἐλευσῖνι δρᾶσαι τελετὴν Ἀθηναίους φασὶν οὐ τοὺς ἀφανεστάτους.* Opinor fuisse: *παραποιῆσαι τὴν Ἐλευσῖνι τελετήν.* Corrupto verbo additum est *δρᾶσαι.*

Ibd. 33, 2: *καταφρονήσαντες γάρ σφισιν ἐμποδὼν εἶναι τὰς Ἀθήνας ἑλεῖν.* Suspicor: *καταφρονήσαντες γὰρ μηδέν σφισιν ἐμποδὼν εἶναι, cum contemptu putantes, nihil sibi impedimento esse, quominus cet.*

Ibd. 35, 8: *ἐπεὶ δὲ . . . ἀπέφαινον ἐν Γαδείροις εἶναι Γηρυόνην, οὗ μνῆμα μὲν οὔ, δένδρον δὲ παρεχόμενον διαφόρους μορφάς, ἐνταῦθα κ. τ. λ.* Scribendum videtur: *εἶναι Γηρυόνου μνῆμα μὲν οὐδέν, νεκρὸν δὲ π. δ. μ.*

Ibd. 39, 6: *καί σφισιν Αἰακὸν δικάσαι, βασιλείαν μὲν διδόντα Νίσῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις, Σκίρωνι δὲ ἡγεμονίαν εἶναι πολέμου.* Rectum erit: *ἡγεμόνι εἶναι π.* Alioquin vitiose abundat *εἶναι.*

Ibd. 41, 7: *καὶ θάψαι αὐτὴν ἀποθανοῦσαν ἐνταῦθα.* Megarenses Pausaniæ æquales non se Hippolyten sepelivisse dicebant, sed eam sepultam ibi esse: *τεθάφθαι.*

Lib. II (— de c. 1, 2 monitum p. 26 n. —) c. 2, 2: *Τάφους δὲ Σισύφου καὶ Νηλέως . . . οὐκ ἂν οὐδὲ ζητοίη τις ἐπιλεξάμενος τὰ Εὐμήλου.* Etsi sæpissime intenditur negatio subiecto *οὐδέ*, nemo tamen sic hæc copulavit: *οὐκ ἂν οὐδέ.* Codices pro *οὐδὲ* habent *οὐδ' εἰ.* Efficitur: *οὐκ ἂν οἶδ' εἰ ζητοίη τις*, particula *ἂν* noto more ante *οἶδα* reiecta, de quo dixi supra p. 191. (De c. 20, 4 dictum est p. 67 n.)

Ibd. 32, 6 nulla lacuna est, sed oratio, sententiis male diremptis et conflatis, etiam aliis mendis et interpolando corrupta est, quæ facillime sic tolluntur: *ἃ εἶχεν ἄκεσιν λοιμοῦ πιέσαντος Ἀθηναίους μάλιστα, διαβάντος δὲ καὶ ἐς τὴν Τροιζηνίαν· ναοὶ δὲ Ἴσιδος*

ὑπὲρ αὐτὸν Ἀφροδίτης ἀκραίας. (Vulgo: *Ἀθηναίους δὲ μάλιστα, διαβὰς δὲ ἐς τὴν Τροιζηνίαν ναὸν ἴδοις ἂν Ἴσιδος κ. τ. λ.*, ubi *ἴδοις ἂν* ex proximis litteris effectum est.) Pestem Thucydides II, 54 scribit *ἐς μὲν Πελοπόννησον οὐκ ἐσελθεῖν, ὅ τι ἄξιον καὶ εἰπεῖν*. Hæc tenuis contagio in Trœzenios incubuit.

Ibd. 34, 4 addendum *ἄν*, ut sit: *οὐ γὰρ ἄν δήποτε ἐς Ἄργον . . . τὴν ἀρχὴν περιελθεῖν παρόντος Φορωνεῖ γνησίου παιδός*. (Quod § 12 emendaveram: *ὡς ἐστιν εἰρημένον ἤδη μοι*, præceperunt Preller et Spengelius.)

Ibd. 35, 4: *Ἀργεῖοι δὲ . . . τότε Ἀθέραν μὲν λέγουσι καὶ Μύσιον ὡς ξενίαν παρασχόντας τῇ θεῷ*. Fuit: *ὡς ξενίαν παρασχοῖεν τῇ θεῷ*.

Lib. III, 4, 1: *συγκατεκαύθησαν αὖθις οἱ ἱκέται*. Non antea combusti erant. Scrib.: *εὐθύς*. (Vid. ad Plutarch. Agesil. c. 4.)

Ibd. 16, 4 codices: *Χείλωνος ἡρῷον . . . καὶ Ἀθηναίων ρω τῶν ἅμα Δωριεῖ τῷ Ἀναξανδρίδου σταλέντων ἐς Σικελίαν*. Scribendum videtur: *καὶ Ἀθηνοδώρου, τῶν . . . σταλέντων* (*unius ex iis, qui cet.*).

Lib. IV, 16, 6 scribendum: *Τυρταῖός τε ἐλεγεῖα ᾄδων μετέπειθεν αὐτούς, καὶ ἐς τοὺς λόχους ἀντὶ τῶν τεθνεώτων κατέλεγον* (pro *κατέλεγεν*) *ἄνδρας ἐκ τῶν Εἱλώτων*. Nam neque ad Tyrtæum hæc pertinebat cura et particula *τέ* verum ostendit.

Lib. VII, 13, 8: *Καὶ Μεναλκίδᾳ μὲν τέλος τοιοῦτον ἐγένετο, ἄρξαντι ἐν τῷ ἑαυτοῦ νῷ τότε μὲν Λακεδαιμονίων ὡς ἂν ὁ ἀμαθέστατος στρατηγός, πρότερον δ' ἔτι τοῦ Ἀχαιῶν ἔθνους ὡς ἂν ἀνθρώπων ὁ ἀδικώτατος*. Nihil esse *ἄρχειν ἐν τῷ ἑαυτοῦ νῷ*, multi intellexerunt. Scrib.: *ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ τότε μὲν* (aut *ἐντὸς ἐνιαυτοῦ*). Et *ἐνιαυτῷ* subesse Schneiderus senserat.

(De c. 23, 8 dictum est p. 144.)

Ibd. 24, 11: *καθότι καὶ τὰ ἔργα τῶν σφαλάκων*

ἐκ μυχοῦ τῆς γῆς ἀναπέμπεται. Apertissimum est scriptum fuisse: τὰ ἔρνη.

Ibd. 26, 9: καὶ ἴσοι νεανίσκοι ταῖς γυναιξὶν καὶ ὁ ἐνδεδυκὼς θώρακα εἰς τοῦτόν φασιν . . . μαχεσάμενον ἀνδρειότατα Αἰγειρατῶν τελευτῆσαι. Pro καὶ ὁ alii ὁ δὲ, sed utrumque meliores codices omittunt. Oratio igitur sic interpungenda et scribenda est: γυναιξὶν, ἐνδεδυκὼς δὲ θώρακα εἷς· τοῦτόν φασιν κ. τ. λ.

Lib. VIII, 12, 7: κώμης τε ἐρείπια καλουμένης Μαιρᾶς, εἰ δὴ ἐνταῦθα καὶ μὴ ἐν τῇ Τεγεατῶν ἐτάφη. Et hæc postrema inania sunt et τε vitiosum, nisi post Μαιρᾶς addatur καὶ τάφου aut potius καὶ τάφος Μαιρᾶς, ut ex bis posito nomine mendi causa nata sit.

Ibd. 30, 2: τὰ γὰρ ἐντός ἐστι δὴ σύνοπτα, βωμοί τέ εἰσι τοῦ θεοῦ καὶ τράπεζαι κ. τ. λ. Scrib. transpositis particulis: τὰ δὲ ἐντὸς — ἔστι γὰρ σύνοπτα — βωμοί τέ κ. τ. λ.

Ibd. 51, 7: οἱ δὲ τοῦ δήμου περιποιῆσαι (Φιλοποίμενα) τὰ μάλιστα εἶχον σπουδὴν, πλέον τι ἢ παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ πατέρα ὀνομάζοντες. Scribendum: εἶχον σπουδὴν, ἐλεοῦντες καὶ παντὸς τοῦ Ἑλλ. κ. τ. λ.

Lib. IX, 11, 3: ἐς ἐπήκοον αὐτῶν ὀλολύξαι· τετοκέναι γὰρ τὴν Ἀλκμήνην. Sublato γὰρ scribendum: ὀλολύξαι, τετοκέναι τὴν Ἀλκμήνην: *ut ea voce, ut illæ audirent, exclamaret, peperisse Alcmenen.* (De c. 21, 6 dictum est p. 63.)

Ibd. 28, 3: ἔχεων δὲ ... καθ' ὁπόσους καὶ πλείονες καὶ ἐλάσσονες ὑπὸ ἕκαστον αὐλίζονται δένδρον. Scribendum: κατὰ ποσούς, *incerto aliquo numero.* Paulo post § 4 (ἅτε γὰρ σιτουμένοις τοῖς ἔχεσι μύρων τὸ εὐοδμότατον μετακεράννυσί σφισιν ἐκ τοῦ θανατώδους ἐς τὸ ἠπιώτερον ὁ ἰός) requiritur: μετακεράννυταί σφισιν.

Ibd. 30, 2: Ποιητὰς δὲ ἢ καὶ ἄλλως ἐπιφανεῖς ἐπὶ μουσικῇ, τόσων εἰκόνας ἀνέθεσαν, Θάμυριν μὲν αὐτὸν

τε ἤδη τυφλὸν καὶ . . . ἐφαπτόμενον. Ἀρίων δὲ κ. τ. λ. Excidit verbum ἐρῶ aut λέξω aut simile, quo suppleto sic scribendum est: ἐπὶ μουσικῇ ἐρῶ, ὅσων εἰκόνας ἀνέθεσαν· Θάμυριν μὲν κ. τ. λ. (Auditur ἀνέθεσαν.)

Ibd. 30, 10: ἀνατρέπουσι τὸν κίονα καὶ κατεάγη τε ὑπ' αὐτοῦ πεσοῦσα ἡ θήκη καὶ εἶδεν κ. τ. λ. Apertissime sententia postulat: πεσόντος.

Lib. X, 2, 5: ἐκράτησε γὰρ Φίλιππος τῆς συμβολῆς. Imo: τῇ συμβολῇ. Vid. p. 67 n.

Ibd. 30, 8: καὶ ἡ κόμη πολλὴ μὲν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, πολλὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς γενείοις. Scrib.: πολιὴ μὲν . . . πολιὴ δέ. Hoc demum aptum ad senis cæci miserabilem speciem. (C. 31, 7 in τῶν μονῶν latet nomen proprium urbis aut regionis.)

Philostrati, insulsi scriptoris, cuius oratio ex ineptis rhetorum artificiis affectataque elegantia et novitate plebeia mixta est, vitas sophistarum legi et Apollonii vitam, non simplici et credula superstitione scriptam, sed ad ostentationem inanem compositam. Nec temporis multum nec operæ in tali scriptore ponendam putanti tamen, cum Kayseri (a. 1842 sqq.) et Duebneri (a. 1849) exemplis instrumentoque a Kaysero collecto uterer, hæc, quæ infra ponam, in mentem venerunt ad orationis emendationem spectantia.

Vit. sophist. lib. I, 15, 5: Εἰ γὰρ ἀνήσουσι (οἱ τύραννοι), ἧττον μὲν ἀποκτενοῦσιν, ἧττον δὲ δράσονταί τε καὶ ἁρπάσονται. Ut mediam in δρᾶν futuri formam prorsus Græcis inusitatam feramus, tamen δρᾶν per se nihil significat, quod inter ἀποκτείνειν et ἁρπάζειν interponi possit. Scrib.: δράξονται, coll. vit. Apoll. I, 21, 2: (ὁπόσα βούλει δράττεσθαι) et II, 40, 3 (τῶν ψήφων ἱκανῶς ἐδράττοντο).

Ibd. 18, 3 (de Æschine): ἀτιμίᾳ, ἡ ὑπήγετο ὑπὸ

Δημοσθένει καὶ Κτησιφῶντι ἐκπεσὼν τῶν ψήφων. Scrib.: *ἐπὶ Δημοσθένει*, *in Dem.*

Ibd. 21, 4: *Πάσης γὰρ τῆς Ἰωνίας . . , ἀρτιωτάτην ἐπέχει τάξιν ἡ Σμύρνα, καθάπερ ἐν τοῖς ὀργάνοις ἡ μαγάς.* Mire *ἀρτιωτάτην τάξιν* enarrant; verum est: *ἀρχικωτάτην.* (De c. 22, 2 dictum est p. 154.)

Ibd. 23, 2: *λῦσον, ὦ Πόσειδον, τὴν ἐπὶ Δήλῳ χάριν· συγχώρησον αὐτῇ πωλουμένῃ φυγεῖν.* Corruptum *χάριν.* Fortasse fuit: *ἄγκυραν.*

Ibd. 25, 17: *τὸν Πολέμωνα καὶ ὑπὲρ θαῦμα ἄγων.* Nihil est *ὑπὲρ θαῦμα ἄγειν τινά.* Scrib.: *καὶ ὑπερθαυμάζων.* Paulo ante (15), ubi est: *ἔστι . . . μαθεῖν ἐν μιᾷ τῶν πρὸς τὸν Βάρον ἐπιστολῇ εἰρημένων,* verum esse videtur: *μαθεῖν ἐκ τῶν ἐν μιᾷ τῶν πρὸς τὸν Βάρον ἐπιστολῇ εἰρημένων.*

Lib. II, 1, 10: *καὶ περίπλουν σταδίων ἓξ καὶ εἴκοσι θαλάττης ξυνελεῖν μήκη.* Non puto dici potuisse ne a Philostrato quidem, *ξυνελεῖν μήκη θαλάττης περίπλουν*, sed addendam præpositionem: *ἐς περίπλουν.* (Quod quis *διέκπλουν* exspectet, *περίπλουν* eodem modo Philostratus dixit vit. Apoll. IV, 24.) [Iam Kayserus.]

Ibd. 5, 17: *ἀντεφεστίασόν με.* Et hic et apud Platonem Timæi p. 17 B pro *ἀντεφεστιᾶν* aut *ἀνταφεστιᾶν* restituendum puto *ἀνθεστιᾶν.*

Ibd. 8, 5 (in solis ad stellas verbis): *σοὶ μὲν ἄρκτον δίδωμι, σοὶ δὲ μεσημβρίαν, σοὶ δὲ ἑσπέραν, πάντες δὲ ἐν νυκτὶ, πάντες, ὅταν ἐγὼ μὴ βλέπωμαι.* Desiderari aliquid ad *πάντες δὲ* manifestum est; id apte sic efficitur: *πάντες δὲ ἐν νυκτὶ φαίνεθ', ὅταν ἐγὼ μ. β.*

Ibd. 9, 6 scrib.: *οἱ αὐτοὶ κατηγοροῦσι καὶ σκώμματος, . . . ὥσπερ οὐ τοῦ Δημοσθένους* (v. *ὥσπερ τοῦ Δ.*) *ἀπολελογημένου τοῖς Ἕλλησιν ὑπὲρ τοῦ τραγικοῦ πιθήκου κ. τ. λ.* (quasi non excusetur Demosthenis exemplo).

Vit. **Apollonii** lib. I, 14, 2: *πολλὰ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀκούσαντα μὴ ἀκοῦσαι*. Scribendum videtur: *μὴ ἀποκροῦσαι*.

Ibd. 17 scrib.: *οὐδ' εἰρωνευομένου τις ἤκουσεν ἢ περιπαθοῦντος ἐς τοὺς ἀκροωμένους* pro *περιπατοῦντος*, et c. 22 extr.: *εὐξάμενοι* pro *εὐξόμενοι*.

Ibd. 25, 1: *λίθους γὰρ δὴ καὶ χαλκὸν καὶ ἄσφαλτον καὶ ὁπόσα ἐς ἔφυδρον (ὕφυδρον?) ξύνδεσιν ἀνθρώποις εὕρηται, παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ νήσασα κ. τ. λ.* Æris in hac re nullus usus est. Pro *χαλκὸν* scrib.: *χάλικα*. Cfr., si opus, Plutarchi Cimon. c. 13, Strab. V p. 245.

Lib. II, 12 scrib.: *εἶναι γὰρ δὴ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον μεμαχημένων*, sublato, quod pravo casu additum est, *εἷς οὗτος*.

Ibd. 28: *παῖς γάρ, ὥσπερ τῶν ὀρχηστρίδων*. Scrib.: *τῶν ὀρχηστρικῶν*.

Ibd. 35, 2: *ἡρμήνευται τὸ τοῦ ὕπνου ἔργον καὶ ἅττα δηλοῦται τοῖς ἀνθρώποις*. Scrib.: *καὶ καθ' ἅττα ζηλοῦται τοῖς ἀνθ*.

Lib. III, 13 extr.: *φανερούς τε καὶ ἀφανεῖς καὶ ὅ τι βούλονται*. Scrib.: *καθ' ὅ τι βούλονται*.

Ibd. 14, 3: *καὶ τὸν ὄχθον ὀμφαλὸν ποιοῦνται τοῦ λόφου τούτου*. Imo: *τοῦ τόπου τούτου*. Cfr. Diod. Sic. XIV, 113.

Ibd. 24, 2: *μηδ' ἐς ἄστυ ἐκπλεῦσαι, ὁπότ' ἐκεῖθεν ἄροιμι, ἀλλ' ὑφορμίσασθαι τῷ ἀκρωτηρίῳ*. Imo: *ἐς βαθύ*. Paulo post (3) scribendum: *ὡς δ' ὑπουργήσων, ἃ ἐβούλοντο, ὀμνύναι ἔφην αὐτοὺς δεῖν*, pro *ὑπούργησα, ἃ ἐβ*.

Lib. IV, 18, 1: *τὰ δὲ Ἐπιδαύρια ... δεῦρο μυεῖν Ἀθηναίοις πάτριον ἐπὶ θυσίᾳ δευτέρᾳ*. Nihil est *δεῦρο*, et aut *δεύτερον* scribendum aut novo verbo *δευτερομυεῖν*.

Ibd. 24, 1: πρεσβειῶν δεόμενοι πρὸς τοὺς αὐτόθι ἥξοντας. Scrib.: *αὐτόθε* (αὐτόθεν), *sponte.*[1])

Lib. VI, 1, 1 scrib.: οὔπω ξύμμετροι πρὸς τὴν Ἰνδῶν ἄμφω *τοσαύτα συντεθείσα* (duali numero) pro: τοσαύτη συντεθεῖσα.

Ibd. 10, 6 scribendum: ἀπέχεσθαι δὲ καὶ ὀνειράτων *ὄψεως* pro ὄψεις, et c. 11, 10: ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς *ἐπεβίβασεν* pro ἐνεβίβασεν, ut ἐπιβαίνω cum genetivo ponitur de possessione apud poetas et inferioris ætatis scriptores.

Ibd. 16, 5 scrib.: οὔτε γὰρ ἡ νεότης ἀπελατέα *τοῦ τι* καὶ αὐτὴ βέλτιον ἐνθυμηθῆναι ἂν τοῦ γήρως. Codices totidem litteris: ἀπελατέα τουτὶ καὶ, unde in editis factum τουτουὶ καὶ αὐτή.

Ibd. 35, 2: καὶ ὁπόσα μνήμης ἀξιώσεται. Imo: *ἀξιώτατα.*

Lib. VII, 12, 3: Τὸ γὰρ . . . ἀφῖχθαι πρὸς τὴν κρίσιν οὐδ' ἀκηκοότα πω, ὡς κριθήσῃ, νοῦν τῇ κατηγορίᾳ δώσει. Corruptum νοῦν. Fortasse fuit: *ῥοῦν.*

Ibd. 13, 2: ὁ δὲ ἐνέδωκε λέξαι τι. Scrib.: ἐνέδωκε *λέξοντι.* Significatur τὸ ἐνδόσιμον.

Ibd. 14, 6: καὶ ὑβριστὴν σοφίας, ὁπόση Ἰνδῶν. Vertitur: *omnique Indorum sapientia superbientem.* Scribendum: ὁπόση μὴ Ἰνδῶν, *derisorem omnis sapientiæ præter Indorum.* (Cap. 32, 2 extr. pro hoc: ἀλλ' οὐχ ὡς αὐτὸς ἀδικεῖς scr.: ἀλλ' ὡς οὐκ αὐτὸς ἀδ.)

Ibd. 39, 1 scribendum: τὰ μὲν *χρηστὰ* (pro χρήματα) τῆς ἐμπορίας λογιζομένους τῷ γόητι, τὰ δὲ ἄτοπα τῇ αὐτῶν φειδοῖ. Contraria τὰ χρηστά et τὰ ἄτοπα, hoc est apud Philostratum, *mala*, *inutilia*, velut VIII, 22 (ἀποπλύνων βαφῆς ἀτόπου) et alibi.

---

[1]) Ibd. 25, 3 e codicibus inter γαμετή et τί δὲ interponendum εἶπε, eo significatu, quo ceteri ἔφη ponunt: *adsensus est, affirmavit.*

Lib. VIII, 7, 4 tollendum γάμοι. Eodem cap. § 6 scribendum: ἀνάγκασον τὰς Μοίρας . . . τύραννον ἀποφῆναί με ἢ ψεῦσαι (pro ψεύσασθαι) διοσημείας ὑπὲρ ἐμοῦ κ. τ. λ., imperativo modo. Tum § 19: πότερα αὑτὸν (pro ἑαυτὸν) ἢ τὴν τῶν ἐπ' αὐτοῦ ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν ᾄδειν δεῖ (pro ᾄδειν), παρ' οἷς οὐκ ἐσυκοφαντεῖτο ταῦτα; Deinde § 37: Νέρωνά τε, ἐφ' ᾧ (pro ὧν) ἦρξαν, *cui in imperio successerunt.* Paulo post § 39, ubi est: ἀπελήφθη δὲ καὶ ὑπὸ θυρωρῶν πολλάκις, pro verbo inepto alii codices habent ἀπελείφθη, ex quo effici debet ἀπειλήθη, voce Herodotea pro ἀπελάθη posita. Deinde § 51 σοφωτέρων σε ἀκροατὴν εἴργασμαι scribendum pro σοφώτερον. Postremo § 52 codices habent: καὶ ὁ μὲν ξίφος ἐπ' ἐμέ σοι δίδωσιν, ἐγὼ δὲ οὖν, pro quo Kayserus posuit: ἐγὼ δὲ λόγον. Scribendum erat: ἐγὼ δὲ οὖς (ut me audias, faciens).

Diogenis Laertii, scriptoris neque iudicio neque diligentia commendati, alia legi carptim et celeriter, cum aliunde, maximeque a Cicerone, eo essem delatus et deductus, alia continuo tenore, ita ut quædam corrigerem in oratione a librariis permale habita neque sic ad codices exacta, ut, quid in iis sit, sciamus. Eas emendationes hic subiiciam. Usus sum Huebneri et Cobeti exemplis, inspexi etiam Meibomii. [1])

Lib. II § 34: εἰ μὲν γὰρ εἶεν μέτριοι, συμπεριενεχθεῖεν ἄν. Scribendum: μέτριοι, μετρίως συμπεριενεχθεῖεν ἄν. Quid sit συμπεριφέρεσθαι, dixi ad Plutarchi Pericl. c. 5 p. 573.

Ibd. 47 verba εἶτα περὶ Ἀντισθένους ἐν τοῖς κυνικοῖς loco mota sunt, transponenda post αὐτὸς συνεστήσατο.

Ibd. 72 scribendum: ὑπετίθετο τῇ θυγατρὶ Ἀρήτῃ συνασκεῖν αὐτὴν (pro συνασκῶν αὐτὴν) ὑπεροπτικὴν

---

1) Non repeto, quæ de Diogenis aliquot locis in commentariis Ciceronianis posui.

τοῦ πλείονος εἶναι. Sed residet dubitatio in τὰ ἄριστα. (§ 73 addendum pronomen παρ' ἐμοῦ σὺ μανθάνεις, ex quo natum πυνθάνῃ, § 74 scrib.: διενέγκαι ἄν.)

Ibd. 79: καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. Neque per se hæc recte inter se contraria ponuntur neque apta sunt ad comparationem; dixerat Aristippus: θεραπαίνας ἔχειν πάσας, οὐδὲν δὲ μᾶλλον αὐτὴν τὴν δ. δ. γῆμαι.

Ibd. 91: ἀρκεῖ δὲ κἂν κατὰ μίαν τις προσπίπτουσαν ἡδέως ἐπανάγῃ. In κατὰ μίαν subesse substantivum, quod ab ἐπανάγῃ regatur et cui accommodetur participium, patet. Scribendum est: κἂν κατωμίδα προσπίπτουσαν ἡδέως ἐπανάγῃ. Quemadmodum Stoici dicebant virtutem iam inesse totam in digito ὀρθῶς protendendo, sic Aristippus voluptatem, si quis vel minimam rem ἡδέως faceret, velut κατωμίδα humero delabentem iucunde retraheret.

Ibd. 92 scribendum: τά τε πάθη καταληπτὰ ἔλεγον εἶναι αὐτά, οὐκ ἀφ' ὧν γίγνεται. (Vulgo: καταληπτά· ἔλεγον οὖν αὐτά sine sensu.)

Ibd. 95: ἀνῄρουν δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις οὐκ ἀκριβούσας τὴν ἐπίγνωσιν τῶν τ' εὐλόγως φαινομένων πάντα πράττειν ἔλεγον τὰ ἁμαρτήματα συγγνώμης τυγχάνειν. Imo: ὡς οὐκ ἀκριβούσας τὴν ἐπίγνωσιν, τῷ δ' εὐλόγως φαινομένῳ πάντα πράττειν ἔλεγον· τά τε ἁμ. συγγ. τυγχάνειν δεῖν. (Hoc iam Casaubonus addi voluit.)

Lib IV § 9: τοὺς μὲν γὰρ ἤδη ἐδωροδόκησεν ὁ Φίλιππος, ἐμὲ δὲ μηδενὶ λόγῳ ἐπαξόμενος. Scribendum: ᾔδει δωροδοκήσων ὁ Φ., ἐμὲ δὲ μ. λ. ὑπαξόμενος, *illos se corrupturum sciebat.* (Δωροδοκεῖν recentiore usu ponitur. Ἤιδει et ὑπαξ. iam Cobetus. § 8 tollendum ὡς ante φησί.)

Ibd. 16: ἀκόλαστος . . . ἦν οὕτως, ὥστε καὶ φέρειν ἀργύριον πρὸς τὰς ἑτοίμους λύσεις τῶν

μιῶν. Nihil ad rem demonstrandam pertinet *περιφέρειν ἀργ.*, sed *περιαγείρειν*, *ut etiam mendicando colligeret.* Cfr. ad VII, 12.

Ibd. 21: *ἀλλὰ καὶ μέχρι ἀναπνοῆς ἐξωμοιώσθην ἀλλήλοιν καὶ θανόντε τῆς αὐτῆς ταφῆς ἐκοινωνείτην.* Imo: *μέχρι ἀποπνοῆς.*

Ibd. 28: *τέταρτος ἀδελφὸς ἦν, ὧν εἶχε δύο μὲν ὁμοπατρίους, δύο δὲ ὁμομητρίους.* Itaque ipse quintus erat, si Græce sic diceretur. Scribendum: *τετράδελφος ἦν*, *quattuor fratres habens*, quod compositum alibi non reperitur.

Ibd. 41: *ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τοὺς κωμάσαντας εἰπεῖν αὐτὸς μὲν θέλειν ἀνοῖξαι, ἐκεῖνον δὲ διακωλύειν.* Imo: *εἶπεν.*

Ibd. 47: *ἔν τισι δὲ καὶ πομπικὸς* (sic Cobetus, incertum, num e codicibus, pro *πότιμος*) *καὶ ἀπολαῦσαι τύφου δυνάμενος.* Imo: *ἀπολῦσαι τύφου.*

Ibd. 51: *τὴν ἀρχὴν μὲν παρῃτεῖτο τὰ Ἀκαδημαϊκά.* Imo: *προῃρεῖτο.*

Lib. V § 1: *καὶ συνεβίω Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ ἰατροῦ καὶ φίλου χρείᾳ.* Eguitne Nicomachus medico et amico eumque Amyntas ei præstitit? Scribendum: *ἐν ἰατροῦ καὶ φίλου χώρᾳ.*

Lib. VII § 12 (— nam de § 6 dictum est p. 55 —), ut IV, 16, pro *περιέφερε νόμισμα* ponendum est *περιήγειρε.*

Ibd. 13: *καὶ αὐτοῦ αὐλητρίδιον εἰσαγαγόντος πρὸς αὐτόν, . . . πρὸς τὸν Περσαῖον αὐτὸ ἀπήγαγεν.* Quis adduxit? Scrib.: *καί του αὐλητρίδιον.*

Ibd. 14: *ἐνίους δὲ καὶ χαλκὸν εἰσέπραττε τοὺς περιϊσταμένους τὸ διδόναι μὴ ἐνοχλεῖν, καθά φησι Κλεάνθης.* Scrib.: *ἐνίοτε δὲ καὶ . . . τοὺς περιισταμένους τοῦ μὴ ἐνοχλεῖν, κ. φ. Κ.*, *ne sibi molesti essent.* (Quæ Cobetus addidit, vix e codicibus sumpta puto.)

Ibd. 28: *Τῷ γὰρ ὄντι πάντας ὑπερεβάλλετο . . .*

καὶ τῇ σεμνότητι καὶ δὴ νὴ Δία καὶ μακαριότητι· ὀκτὼ γὰρ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα βιοὺς ἔτη κατέστρεψεν. Scrib.: *μακροβιότητι.* Eam testantur anni duodecentum, non *μακαριότητα.*

Ibd. 32 scribendum: *Δοκεῖ δὲ καὶ τὸ τέλος αὐτὸς ὁρίσαι, τῶν ἄλλων πλανωμένων περὶ τὰς ἀποφάσεις.* Omittitur vulgo *ἄλλων*, mirificeque verba vertuntur. (Eadem § si Cobetus *λέγουσι* pro *λέγοντα* non e codicibus sumpsit, scribendum potius est: *κατηγόρουν . . . λέγοντες.*)

Ibd. 64 et 65 sic scribendum et verba coniungenda sunt: *ἀντιπεπονθότα δέ ἐστιν ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἃ ὕπτια ὄντα ἐνεργήματά ἐστιν, quæ, passiva terminatione cum sint, actiones sunt* (significant).

Ibd. 68 pro *διαφορουμένου*, quod nihil h. l. est, ter restituendum *διαπορουμένου*, *de quo dubitatur.*[1])

Ibd. 93: *τὴν δὲ μεγαλοψυχίαν ἐπιστήμην ἢ ἕξιν ὑπεράνω ποιοῦσαν τῶν συμβαινόντων κοινῇ φαύλων τε καὶ σπουδαίων.* Permire dicuntur res simul prosperæ et improsperæ accidere (hoc enim verba significant); quanquam omnino improspera et prospera non dicuntur *φαῦλα καὶ σπουδαῖα.* Scribendum est, sublato mendo, quod accommodatio genuit: *τῶν συμβαινόντων κοινῇ φαύλοις τε καὶ σπουδαίοις, quæ malis et bonis æque accidunt,* ita ut a virtute et vitio, bono et malo, seiuncta sint. Seneca de vit. beat. 15, 6: *mirari aut indigne ferre ea, quæ tam bonis accidunt quam malis, morbos dico, funera cet.*

Ibd. 113: *μῖσος δέ ἐστιν ἐπιθυμία τις τοῦ κακῶς εἶναί τινι μετὰ προκοπῆς τινος καὶ παρατάσεως.* Longe

---

[1]) § 76 si vere scribitur, significatur Diogenis liber inscriptus *τὸ πλάτος.* Nam neque *ἐν τῷ πλάτει* idem est atque *ἐν πλάτει,* neque *λέγομεν* pro *ἐροῦμεν* dicitur, neque, qui [illegible] abrumpit, dicere potest se copiose de ea re [illegible] nisi addito *ἄλλοθι* aut alia loci significatione.

hinc semota Stoicorum προκοπή. apta προσκοπή ea, quæ apud inferiores dicitur a προσκόπτειν. Tum φιλονεικία definiri debet ἐπιθυμία τις περιαιρέσεως, non περὶ αἱρέσεως, quæ ἐπιθυμία non est. Amorem definitum esse puto ἐπιθυμίαν τινὰ ὥσπερ σπουδαίου (pro οὐχὶ περὶ σπουδαίους); neque enim definiri potest ex iis, circa quos non sit, et longe alio pertinent, quæ subiiciuntur: ἔστι γὰρ ἐπιβολὴ φιλοποιΐας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον (ut σπουδαῖος videatur is, in quo ἐμφαίνεται).

Ibd. 127 scr.: καὶ αὐτὴν δι' αὑτὴν αἱρετὴν εἶναι (v. καὶ αὐτὴν δὲ αἱρ.).

Ibd. 164: ὁ δέ τις μουσικὸς Ἀθηναῖος, τέταρτος ποιητής. Imo: ὁ δὲ τρίτος μουσ.

Ibd. 186. Omissis tribus verbis propter duo bis posita, coniunctio quoque abiecta formaque pravi syllogismi obscurata est, quæ hæc fuit: Εἴ ἐστι τις κεφαλή, ἐκείνην δ' οὐκ ἔχεις, κεφαλὴν οὐκ ἔχεις· ἔστι δέ γέ τις κεφαλή, ἣν οὐκ ἔχεις· οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλήν. Ex eadem causa natam lacunam in libro X § 135 explebo, antequam a Diogene discedam. Nam ibi sic scribitur: βέλτιον γὰρ τὸ κριθὲν ἐν ταῖς πράξεσι καλῶς ὀρθωθῆναι διὰ ταύτην, scribi autem debet: βέλτιον γὰρ τὸ κριθὲν καλῶς ἐν ταῖς πράξεσι μὴ ὀρθωθῆναι ἢ τὸ κριθὲν μὴ καλῶς ὀρθωθῆναι διὰ τύχην. Omissis mediis etiam alterum καλῶς sublatum est.

Ioannis Stobæensis, quem Stobæum appellare consuevimus, eclegarum ethicarum eas partes, quæ ad decreta sectarum cognoscenda pertinent, non indiligenter olim legi, cum in Ciceronis libris de philosophia versabar, locosque aliquot in commentariis ad Ciceronem de finibus emendavi, quas emendationes fere Meinekius adoptavit; supersunt illo tempore annotatæ hæ.

P. 148 Heeren.: τὰ περὶ τὴν ψυχὴν . . . προηγ-

μένα πλείονα τὴν εὐεξίαν ἔχειν τῶν περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτός. Fuerat: *πλείονα τὴν ἀ ξ ί α ν.*

P. 164 scribendum: *καὶ συγκαταθέσεις μὲν ἀξιώμασί τισιν, ὁρμὰς δ' ἐπὶ κατηγορήματα, τὰ περιεχόμενά πως ἐν τοῖς ἀξιώμασιν, οἷς* (v. *αἱ*) *συγκαταθέσεις.*

P. 218 restituendum e codicibus: *ἀλλ' ο ὐ χ ὶ* (Heeren *εἴγε*, Mein. *οὖν εἰ*) *τὸ ψεῦδος ἐπ' ἴσης ψεῦδός ἐστιν οὐχὶ δὲ καὶ οἱ διεψευσμένοι ἐπ' ἴσης εἰσὶ διεψευσμένοι.* Incidit Ioannes aut potius is, quem sequitur, in eam formam, qua Latini in coniunctionis negatione utuntur (de qua dixi adolescens in emendatt. in Ciceronis Academ. et de legibus p. 156): *non omne mendacium æque mendacium est et non omnes decepti æque decepti sunt* (cfr. Cic. de divin. I, 83, II, 102). Græce usitatius esset: *οὐχὶ τὸ μὲν ψεῦδος ἐπ' ἴσης ψ. ἐ., οἱ δὲ διεψευσμένοι οὐκ ἐπ' ἴσης εἰσὶ δ.* Non posse coniungi alterius affirmationem cum alterius negatione significatur, itaque, si alterum affirmetur, etiam alterum affirmandum esse. Ad Græcam formam Ioannes scripsit paulo post p. 220: *ἔτι οὐχὶ κατόρθωμα μὲν μεῖζον καὶ ἔλαττον οὐ γίγνεσθαι, ἁμάρτημα δὲ μεῖζον ἢ ἔλαττον γίγνεσθαι*, ubi Heerenius *οὐ* ante alterum *γίγνεσθαι* interposuit, in codicum scriptura, opinor, aberrans; hic enim utrumque negandum esse significatur.

P. 300 e codicibus scribendum: *οἷόν, φησιν ὁ Θεόφραστος, ἐν ταῖς ἐντυχίαις ὁδὶ μὲν πολλὰ διελθὼν καὶ μακρῶς ἀδολεσχήσας, ὁδὶ δὲ ὀλίγα μὲν οὐδὲ τἀναγκαῖα, οὗτος δὲ αὐτά, ἃ ἔδει, τὸν καιρὸν ἔλαβεν* (v. *μὴ τὸν κ. ἔ.*). Non semper eodem modo *τὸν καιρὸν λαμβάνεσθαι* Theophrastus dixerat.

P. 332 scrib. et interpungendum: ... *Αἰγυπτίων πρώτων καταστησαμένων. Π ο λ ι τ ι κ ὸ ν δὲ καὶ* (v. *καταστησαμένων, πολιτικῶν δὲ καὶ*) *τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον καὶ τὸ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἱδρῦσθαι τόποις κ. τ. λ.* Novum superioribus adiungitur prudentiæ civilis genus.

Ex eiusdem florilegio primum locos aliquot poetarum ponam, quos ab aliis aut præteritos aut non recte tractatos, cum subinde titulum aliquem aut tituli partem percurrerem, emendavi.

Tit. III, 17 Chæremonis primus versus sic scribendus est:

Οὐκ εὖ νοεῖς, εἰ τὸ φρονεῖν εἶπας κακῶς.

Iam reliqua recte adiunguntur. (V. *Οὐχ ὡς νομίζεις, τὸ φρονεῖν εἶ. κ.*)

Ibd. 18 in loco ex Erechtheo Euripidis primum v. 9 et 10 sic scribendi sunt:

Δυοῖν παρόντοιν πραγμάτοιν, πρὸς θάτερον
γνώμην πρόσαπτε, τὴν ἐναντίαν μεθείς.

(V. *προσάπτειν* et *μίσει.*) Deinde v. 21 sic:

Ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρους ἕλου (pro *θέλε*).

IV, 34 in Rhiani loco v. 16 scribendum:

ὥς κε μετ' ἀθανάτοις ἐναρίθμιος εἰλαπινάζῃ.

Editur: *ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος*, quod vocabulum e lexicis tollendum est.

VI, 25 Menandri locus sic scribi debet:

Οὐκ ἔστι μοιχοῦ πρᾶγμα τιμιώτερον·
θανάτου γάρ ἐστιν ὤνιον.

Mulier nupta loquitur. (V. *πρᾶγμα ἀτιμώτερον· θ. γ. ἐ. ὤ.*)

Ibd. 30 in Phœnicidis comici loco v. 7 et 8 de subterfugiis et mendaciis militis nihil meretrici dantis scribendum est: *δωρεὰν ἔφη τινὰ | παρὰ τοῦ βασιλέως ἀναμένειν* (pro *λαμβάνειν*, quod debebat esse *λήψεσθαι*).[1]

XII, 8 Menander scripserat:

Τὸ ψεῦδος ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει
ἐνίοτε μείζω καὶ πιθανωτέραν ὄχλῳ (non *χλουῦ*).

XXXVIII, 21 in Epicharmi loco scribendum:

Τίς δέ κα λῴη γενέσθαι μὴ φθονούμενος, φίλοι;
Δῆλον, ὡς ἀνὴρ παροφθεὶς ἐσθ' ὁ μὴ φθονούμενος.

---

[1]) T. IX, 18 in Menandri versu scribendum esse *τίσιν ἂν βοηθήσαιμεν*, non *βοηθήσοιμεν*, vix annotari debet.

Codices: ἀνὴρ γὰρ οὐδείς ἐσθ', ut in Plutarchi Arat. c. 30 γὰρ ὤφθη pro παρώφθη. Meinekius aberravit.

XLVI, 15 in Apollodori comici loco v. 7 scribendum videtur: οὐδὲν γὰρ αἰσχρόν ἐστιν αὐτοῖς ἀπὸ τύχης (pro ἀποτυχεῖν) | πράττουσι πάντα. Deinde v. 14 sic scribendus est:

ὅλην πόλιν, οὐ φυλὴν ὁ μαλακὸς ἀνατρέπει,

pro: οὐ πόλιν ὅλην φυλὴν δὲ μαλ. κ. τ. λ.

LI, 20 Menander scripserat:

Οὐκ ἔστι τόλμης ἐφόδιον μεῖζον βίῳ (non *βίου*).

LXVIII, 2 in Alexidis fragmenti initio scribendum est:

Τίς δῆθ' ὑγιαίνων νοῦν τ' ἔχων τολμᾷ ποτὲ
γαμεῖν διαλλαξάμενος ἥδεον βίον;

permutans, permutando dimittens. Quod editur διαπραξάμενος, pravum esse Meinekius sensit.

LXIX, 4 v. 4 Menander scripserat:

παῖδες· ἐλθόντ' εἰς νόσον
τὸν ἔχονθ' ἑαυτὴν ἐθεράπευσεν ἐπιμελῶς (pro *ἔχοντα ταύτην*).

LXXIII, 22 in Euripidis fragmento e Danae scribendum est:

Συμμαρτυρῶ σοι· πανταχοῦ λελείμμεθα
πᾶσαι γυναῖκες ἀρσένων ἀεὶ δίκῃ (pro *δίχα*).

XCI, 11 de divitiis (τῷ πλούτῳ) sic Chæremon scripserat:

ἀλλ' ἔστι σεμνὸς ἔν τε μεταδόσει βροτῶν
ἡδὺς συνοικεῖν καὶ τιν' εἰληχὼς χάριν.

Editur: σεμνός· ἐν δὲ δόσει βρότων, versu fracto.

Ibd. 29 in Menandri fragmento v. 6 sic interpungi debet optima sententia:

εὖξαι· τί βούλει; πάντα σοι γενήσεται.

XCIV, 6 Euripidis ex Ino fragmenti initium sic scribendum est:

Κέκτησο τ' ὀρθῶς ἂν τ' ἔχῃς ἄνευ ψόγου,
Κἂν σμικρά, σώζων νοῦν ἔχ', ὃν σέβειν !

Vulgo scribitur δ' ὀρθῶς ἂν ἔχῃς (quasi quis, quæ habet, quærat) et σώζων τοὔνεχ' ὂν σ. π.

XCVII, 13 in Menandri loco pauper putaverat divites

ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν φωκῶν τινά

non πτωχῶν: *imo qualis est phocarum, altissimus.* (*Eripient somnum Druso vitulisque marinis*, Iuvenal. III v. 238.)

Ibd. 19 Philemonis v. 7 huiusmodi esse debet:

ὅθεν πένεσθαι μᾶλλον ἡδέως θέλω (pro ἔχω)
ἔχειν τε μέτρια κἀμέριμνον ζῆν βίον.

Nihil est ἡδέως ἔχω πένεσθαι.

CVIII, 30 in Menandri loco pro φεύγειν substituendum κλάειν aut simile verbum.

Prosæ orationis fragmenta scriptorum ignobilium et partim personatorum raro attigi, nec quæ in iis sparsim correxi, nunc promam; tantum uno et altero exemplo ostendam, qualia menda multis locis resideant etiam post Halmii et Meinekii aliorumque curas quamque et certa ratione et facili interdum tollantur. Velut I, 21 scribendum est: Ζητεῖν δεῖ ἄνδρα (v. Ζ. δ. καὶ ἄνδρα) καὶ τέκνα καὶ φίλους τοὺς τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου περιμενοῦντας (v. τοὺς κατὰ τὴν ἀπ. τ. β. παραμενοῦντας, quod debebat esse: μέχρι τῆς ἀπαλλαγῆς ... παραμ.) et 25: Τεχνήματα μάθε οὐ τὰ γηροβοσκήσοντα τὸ σῶμα, τὰ δὲ τὴν ψυχὴν θρέψοντα κ. τ. λ., pro his: Τέκνα μάθε τίκτειν οὐ τὰ γ. κ. τ. λ., et II, 22: Δημοσθένης ἔλεγεν, ὡς, πολλάκις ἐπιὸν αὐτῷ εὔξασθαι τοὺς πονηροὺς ἀπολέσθαι, καταφοβοῖτο (v. καὶ φοβοῖτο), μὴ ἔρημον . . . ποιήσῃ τὴν πόλιν, et III, 49 (in fragmento Plutarchi): Ὁ γὰρ ἐγκαθήμενος ἀεὶ καὶ οἰκουρῶν γραμματεὺς ἐν ἡμῖν, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, οὗτός ἐστι, καὶ προγεγονὸς ἐνταῦθα τῆς ψυχῆς εἴτε μέρος εἴτε ὄργανον, ᾧ τῶν πραγμάτων ἀντιλαμβάνεται φερομένων καὶ . . . κυκλοποιεῖ τὸ παρῳχημένον ἐπιστρέφουσα κ. τ. λ. (v. ἐν μίνῳ ὥς φησιν . . . προγέγονας

. . . ὅ τῶν . . . κύκλον ποιεῖ) et IX, 56, 57: *καὶ εἰ χρημάτων μὲν ἅπαξ ἀλλοτρίων μηδ' ἐπιθυμοῖ, ὑβριστὴς δὲ ὑπάρχοι* (v. *χρημάτων μὲν ἅρπαξ ἀλλοτρίων δὲ ἐπιθυμοῖ*) et, ut multa transiliam, in præclaro Theophrasti fragmento XLIV, 22 primum p. 166 Mein. v. 22: *ἢ ἔχοντες μὴ λέγωσι τῷ ἐωνημένῳ* (v. *τῶν ἐωνημένων*), tum p. eadem v. 30: *ἐπεὶ δὲ καὶ προστασίᾳ* (*dicis causa*) *τινὲς ὠνοῦνται καὶ πωλοῦσιν* (v. *προστασίαι τινὲς*), p. autem 167 v. 3 supplendum *ὠνήν*, non *ἀπάτην*, deinde v. 14 scribendum: *ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ προσορκίζειν* pro *ἅμα καί*, tum p. 168 v. 6 tollendum *πότερον* (ut sit: *τὸ δὲ ἐπιτίμιον ἑκατέρῳ, τῷ μὲν στέρησις . . . τῷ δὲ μὴ δεχομένῳ ἔκτισις κ. τ. λ.*). In uno loco (XCV, 21 p. 201) non recte a Meinekio tentata est nominis proprii restitutio, ut pro *ὁ ἄσιος* scribatur *ὁ Ἄσσιος* significeturque Cleanthes; nam ut taceam, nusquam sic in Cleanthe celebratam commemorando patriam esse, ut simpliciter eius nomine hic significari posset, nemo unus sive Stoicus sive alius philosophus in hac generali (præsentis temporis) sententia appellari poterat, sed homo pauper universe appellandus erat. Scribendum: *Ἐπεὶ καὶ τῶν τοιούτων φροντίδων μοῖ δοκεῖ ὁ ἄβιος λελυμένος πολὺ εὐσχολώτερος εἶναι τῷ μηδὲν αὐτῷ ὑπάρχειν.* Contrarius statim ponitur *ὁ πλούσιος.* Postremo lepidum exemplum litterarum male separatarum et coniunctarum (vid. supra p. 26 sqq.) addam e fragmento Hieroclis, quod LXXXIV, 23 legitur; nam ibi, ne alios lectores numerem, qui pauci fuerunt, editores hæc tulerunt: *ὥστε εἴρηται διὰ συντόμων ὑποθήκης ἀφ' ἧς πῶς χρὴ προσφέρεσθαι συγγενέσιν*, quæ neque structuram neque sententiam habent; ea nascetur sic: *ὥστε εἴρηται . . . ὑποθήκη σαφής, πῶς χρὴ π. σ.*

Constitueram extremo loco miscellaneorum caput addere, in quod coniicerem materiam ad varios scriptores pertinentem, universam non ita parvam, in singulis exiguam,

in unius alteriusve loci emendatione positam. Sed et scribendo fessus et ipsa tenuitate deterritus consilium mutavi nec quicquam addam præter specimen ex uno scriptore desumptum. Nam cum adolescens et iuvenis (ut supra p. 2 dixi) diligenter Græcorum libros, qui de rebus Romanis scripserunt, tractarem, etiam in Dionysio Halicarnassensi et Dione Cassio nonnulla emendavi (in Appiano vix unum aut duo); sed ea aut iam occupata erant aut postea occupata sunt præter admodum pauca et exigua, nec postea ad continuam horum scriptorum lectionem, si Plutarchum excipias, redii. **Dionysii tamen historiam Romanam** cum Kiesslingius aliquot abhinc annos adhibito optimorum codicum subsidio recensere et edere cœpisset, ut, quantum profectum esset, intellegerem, primum librum perlegi. In ea lectione, consideratis codicum scripturis, subnatæ sunt aliquot locorum emendationes, quas hoc extremo loco ponam, intermixta una et altera superioris temporis.

Cap. 13: *οἷς ἐγὼ πειθόμενος, εἰ τῷ ὄντι Ἑλληνικὸν φῦλον ἦν τὸ τῶν Ἀβοριγίνων . . ., τοῦτο ἔγγονον αὐτῶν τῶν Οἰνώτρων πείθομαι.* Sic codex Urbinas; reliqui, etiam Chisianus, habent: *τούτων ἔγγονον αὐτὸ τῶν Οἰνώτρων πείθομαι.* Vitium apparet in *πειθόμενος . . . πείθομαι* et *πείθομαι ἔγγονον αὐτὸ* aut *τοῦτο.* Itaque Reiskius *τίθεμαι.* Sed residet vitium in *τοῦτο* non minus quam in *τούτων*, in Urbinatis scriptura etiam in *αὐτῶν.* Scribendum: *τάττω ἔγγονον αὐτὸ τῶν Οἰνώτρων.* Corrupto *τάττω*, additum est *πείθομαι.*

C. 18 non mutandum erat Herodoteum *αὐτοῦ ταύτῃ* (*ipso hoc loco*) in his: *ναῦς μὲν αὐτοῦ ταύτῃ καταλείπουσι*, sed paulo post, ubi editur: *φυλακὴν αὐτοῦ καταστήσαντες*, e Chisiano (*ἐπ' αὐτοὺς*) scribendum videtur *ἐπ' αὐταῖς.*

C. 25 e vestigiis amborum antiquorum codicum scri-

bendum est: *ἔχει γὰρ Θουκυδίδης μὲν ἐν τετάρτῃ ἀκτῆς* (hæc duo in codicibus conflata in *ἀρκτῃι* supra scripto in Urb. *χῆ*) *τῆς Θρακίας μνήμην καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων πόλεων, ἃς οἰκοῦσιν ἄνθρωποι δίγλωττοι· περὶ δὲ τοῦ Πελασγικοῦ ἔθνους ὅδε ὁ λόγος· ἔνι δέ τι κ. τ. λ.* Particula *μὲν* refertur ad id, quod sequitur: *Σοφοκλεῖ δέ.* Quod in codicibus ante *Θουκυδίδης* additur *περὶ αὐτῶν*, adscriptum est ab aliquo, qui non attenderat, primum universe indicari, quam occasionem Thucydides habuerit Pelasgorum commemorandorum, tum subiungi, quid de iis dixerit.[1])

C. 29 scribendum: *καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις, εἰ Πλακιανοῖς μὲν . . . ὁμοίαν διάλεκτον εἶχον . . ., Τυρρηνοῖς δὲ . . . μηδὲν ὁμοίαν· εἰ γὰρ κ. τ. λ.* Repugnare hæc Dionysius dicit et ex eo concludit Tyrrhenos Pelasgos non esse. Prorsus aliena ab loci sententia est altera interrogationis forma, nihil in his miri esse significans aut quod repugnet.

C. 30 tollendum *γῆς* post *μητροπόλεως*, additum ab aliquo, qui *μητρόπολιν* h. l. universe de patria, non proprie de urbe patria dici significandum putavit. Paulo post pro *κινδυνεύουσι γάρ* scribendum *κινδυνεύουσιν ἄρα.* (Reiskius *γοῦν.*)

C. 31 e codicum scriptura: *δυοῖν ἁλτικοῖς πληρώμασιν* effici debet *δ. ἁλιευτικοῖς πλ.* Piscatoria *πληρώματα* nulla sunt nec piscatoriis scaphis Arcades mare transisse Dionysius significavit. Tum delendum *ἐν* ante *οἷς*, ortum ex ultimis litteris vocabuli *πληρώμασιν.*

C. 41 tam apertum est scribi debere: *Ἕλλησί τε*

---

1) C. 29 recte Urb. *ὀνομάτων . . . ἐπαλλαγὴν*, unde ortum *ἐναλλαγήν.* Significatur mutua permutatio et permixtio, non mutatio, *μεταλλαγή.*

βαρβάρους συγκεραννύμενος καὶ θαλαττίοις ἠπειρώτας, ut *θαλαττίους* apud Kiesslingium errore typothetæ ortum putem. (Editiones superiores aliter.) Tum autem scribendum: *τρίβους ἐντέμνων ἀβάτοις ὄρεσι*, non *ἐκτέμνων*.

C. 42: *ὕστερον δὲ κατακλεισθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων εἰς πολιορκίαν, τά τε φρούρια κατὰ κράτος ἑλόντων * * ἐπειδή καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἐρύμασιν ἀνῃρέθη.* Sic Kiesslingius ex Urbinati, nisi quod lacunæ notas ipse addidit; adscribit, verba tam corrupta esse, ut nulla probabili ratione emendari posse videantur; certum esse, nonnulla post *ἑλόντων* intercidisse. Una littera mutata omnia sanabit: *τά τε φρούρια κατὰ κράτος ἑλόντων ἐπεῖδε καὶ αὐτὸς . . . ἀνῃρέθη* (*er musste zusehen, wie sie die Burgen nahmen*). Tum scribendum videtur: *οἱ συνεξελθόντες Ἡρακλεῖ κατ' ἀρχὰς ἑταῖροι* pro *κατὰ σφᾶς*, quæ verba Kiesslingius improbabiliter seclusit.

C. 42 extr. scrib.: *Διὰ μὲν δὴ ταῦτα μέγιστον ὄνομα Ἡρακλέους ἐν Ἰταλίᾳ γεγένηται* pro *γεγενῆσθαι*. Ipsius Dionysii hoc iudicium est.

C. 46 nescio an satis sit scribere: *τὰς φυγαδικὰς πύλας*, *fugæ aptas et destinatas*. Nomini proprio e fabulis petito nihil hic loci est.

C. 48 scribendum: *ἔχει δ' αὐτῷ* (*τῷ Σοφοκλεῖ*, pro: *δ' ἐν αὐτῷ*) *τὰ ἰαμβεῖα . . . ὧδε.*

C. 50 scrib.: *ἕως ἤνθει τε καὶ ᾠκεῖτο ἡ νῆσος.* Prorsus enim pravus hic, ubi status superioris temporis significatur, aoristus, sive *ᾠκίσθη* scribas sive *ᾠκήθη*.

C. 51: *Πάτρων δὲ . . . καὶ σὺν αὐτῷ τινες τῶν φίλων ὑπέμειναν ἐν τῷ στόλῳ.* Codices *ἐν τῷ σίλωι.* Prorsus improbabiliter Kiesslingius *ἐν τῇ Σικελίᾳ*, deleto ob eam causam in proximo versu *τῆς Σικελίας*. Scribendum videtur: *ὑπέμειναν ἐν τῷ πλῷ.* (C. 57 scrib.: *ὡς*

οὐκ ἂν . . . *χειρωσάμενος* pro χειρωσόμενος, c. 60: ἐπιθυμία πάντας ἔσχεν του παρ' ἀλλήλων ἀπολαῦσαι χρησίμου pro τοῦ.)

C. 63: δοκοῦσιν οἱ δευτέρῳ μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἐκ Τροίας ἔτει φέροντες αὐτὴν εἰκότα μᾶλλον λέγειν. Iure hæretur et in αὐτήν, quod, quo referatur, non habet, et in φέρειν ἔτει. Fuitne: δευτέρῳ μ. τ. ἔ. τ. ἐκ Τροίας *ἐπιφέροντες ἐνιαυτῷ* εἰκ. μ. λ.?

C. 65: ὡς αὐτίκα μάλα τῶν πολεμίων σφίσιν ἐπιθησομένων οἱ σὺν κόσμῳ οὐδὲ κατὰ τέλη ἑστῶσιν. Non stabat exercitus κινούμενος. Codices antiqui alter κατὰ τέλη ἔλασιν, alter ἐλάσειν, ex quo Kiesslingius effecit ἐλάσασιν, pravo et verbo et tempore. Scribendum videtur: οἷα ἐν νυκτὶ κινουμένης στρατιᾶς, ὡς αὐτίκα μάλα . . . ἐπιθησομένων, οὐ σὺν κόσμῳ οὐδὲ κατὰ τέλη *ἴλας τε.*[1])

C. 74: ἐν οἷς (τοῖς τιμητικοῖς ὑπομνήμασιν) εὑρίσκω δευτέρῳ πρότερον ἔτει τῆς ἁλώσεως τίμησιν ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων δήμου γενομένην. Tollenda præpositio ὑπό. Census agebatur populi, non a populo.

C. 86: ὁ δὲ (ὁ Ῥῶμος) ἀγανακτεῖ τε καὶ δεινὰ ποιεῖται, ὡς διηρτημένος ὑπ' αὐτοῦ. Scrib.: ὡς *διηπατημένος.*

C. 87 initio e codicibus (τὸ μνημεῖον) et ex orationis forma (quæ in ea scriptura, quam editores sequuntur, μέν particulam in priore membro requireret) et maxime ex verbi ἐπισυνάπτοντος significatione et usu efficitur hæc

---

[1]) C. 71 e cod. Urb. scribendum erat: διαλαμπούσης τῆς λίμνης ἐν μέρει τινί, quod sententia requirit; διαλείπουσα si quid significaret, idem significaret, quod sequentia: ὅταν ὑπονοστήσῃ τὸ νᾶμα. C. 72 rectissime idem μετ' Ὀδυσσέα. Ulixes primus in Italiam (Circeios) venisse putabatur; cum Ulixe Æneam venisse nemo tradidit.

scriptura: *ἑκατέρου τῷ πλεῖον ἔχειν ἀφανῶς διωκομένῳ τὸ μὴ μεῖον ἀναφανδὸν ἐπισυνάπτοντος*, *adiungente et prætexente.* (Codices et edd. *τὸ . . . διωκομένου*, Kiesslingius *τὸ . . . διοικουμένου*, tum edd. *τὸ δὲ μὴ μεῖον.*)

Iam satis est.

I. Index scriptorum et locorum, qui emendantur aut de quorum scriptura disputatur [1]).

Æschines p. 454 sq.
Æschylus (120) 189 sqq., (Agam. 675) 181 (ibd. 620) 190 (Prom. 460) 274; fragm Prom. sol. 536, aliud 672.
Alexis com. (Stob. flor.) 719.
Andocides (de myst. 141) 452.
Antiphon (de cœd. Her. 50) 452.
Apollodorus com. (Stob.) 719.
Apollonius Rhodius 283 sqq., (II, 293, 460, IV, 15) 172 (III. 767, 768) 172.
Aristophanes 274 sqq., (nub. 35) 162 n. (nub. 1141) 171, (ran. 901) 171.
Aristoteles (politic) 462 sqq., (de anima) 470 sqq., (rhetorica) 474 sqq., (eth. ad Nicom. VI, 10 B.) 462.
Asconius Ped. (in Pis. 119 Hot.) 145 (in Mil. 144 H.) 153.

Cæsar (Hirtius b. Alex. 72) 48.
Callimachus 291 sqq.
Catullus (64, 23 et 24) 79 n.
Chæremon (Stob. flor.) 718, 719.
Cicero (de invent. I, 91) 57 (pro Quinct. 75) 89 (pro Cluent. 199) 89 (de leg. agr. II, 33) 38 (pro Sulla 55) 127 (pro Sull. 80) 70, (de dom. 12) 18 (ibd. 71) 51 (ibd. 87) 58 (ibd. 128) 36 (pro Mur. 73) 61 (ad

[1]) Quoniam emendationes ad unumquemque scriptorum eorum, qui pertractantur, pertinentes continua serie ponuntur, satis visum est hic indicare, ubi cuiusque scriptoris aut etiam operis emendationes incipiant. Etiam quæ ad eosdem scriptores sparsim annotata suis in ordine locis indicata sunt, hic omittuntur eaque sola separatim ponuntur, quæ incuria suo loco non indicata sunt, quæque aliquot locis annotata propriam tamen coniecturam non habent, tum quæ ad alios scriptores (maxime Latinos) prolata sunt. Poetarum quoque fragmenta in aliorum scriptorum (Plutarchi, Stobæi) libris emendata in ... lata sunt.

Attic. III, 8, 2) 145 (fragm. inc.) 155.
Columella (II, 20, 3) 68 (I, 4, 8 et II, 10, 27) 90 n.

Demosthenes 456 sqq., (XVI, 20, XXIV, 68, XLII, 12) 174 n. (XVI, 4) 175 n.
Dinarchus (I, 25 et 103) 455, 456 n.
Dio Chrysost. (74) 159, 174 n.
Diodorus Siculus 484 sqq., (XV, 8 et XVI, 55) 159 n.
Diogenes Laertius 712 sqq.
Dionysius Halic. (hist. Rom. lib. I) 722 sqq.

Empedocles (Plut. quæstt conv. VIII, 8, 1) 656.
Epicharmus (Stob. flor.) 719.
Eupolis (πόλ., schol. Aristoph.) 126.
Euripides 231 sqq., (Iphig. T. 1016) 180 (Ion. 751) 54 (Iph. A. 491) 307 sq. (Or. 1527) 182 (fr. Beller.) 661 (Erechth.) 718 (Inus) 719 (Danaæ) 719.

Festus v. *præciamitatores* 33.

Gellius (I, 3, 29) 91 (IV, 9, 13) 68 (VI s. VII, 3, 34) 31 (ibd. 11, 9) 38 (XII, 2, 14) 25 (XIII, 8, 2) 60 (XIII, 19 s. 20, 12) 63 (XIV, 1, 19) 37 (XVII, 21, 17 et 18) 148 (XX, 1, 34) 38.

Herodotus 302 sqq., (I, 167) 43 (cfr. Add.) (VII, 10, 6 et 119) Add. III (VII, 220) 176 (VIII, 100) 182 n. (IX, 109) 182 (Add.).
Hesiodus (fr. apud Strab. IX, p. 424) 555.
Homerus (Iliad. I, 327, II, 340, XIX, 321) 186 (Il. III, 28 et 98 et 366, Od. II, 198 et 373, IV, 254, IX, 496, XX, 121, XXII, 35) 169, 170.
Horatius (sat. I, 6, 38) 105 n. (sat. II, 2, 29) 102 n. (a. p. 350) 68.

Ioannes Stobæensis (eclog.) 716 sq., (floril.) 718 sqq.
Isocrates (I, 24) 181 (XV, 22 et 207) 454 (XXI, 15) 180.
Iustinus (V, 1, 1) 63 (VI, 4, 8 etc.) 69 n. (VII, 6, 7 et 8) 74 (XV, 2, 8) 35 (XXVIII, 3, 11) 64.

Lucianus 677 sqq., (Tim. 37) 184 (Hermot. 80) 184.
Lucilius (apud Non. p. 296). 18 (Non. p. 382) 73.
Lycurgus (in Leocr. 86) 454.
Lysias 453 sq. (cfr. Add.), (XII, 19 et XIII, 53) 157 n. (XII, 62) 169 (XIII, 15 et 47) 164 (II, 21) 180 (Add.).

Menander (Plutarch. de am. fr. 3) 642 (id. de cupid. divit. 4) 644, (Ὀργῇ, Stob. flor.) 718 (Κιθαριστῇ, ibd.) 718 n. (ibd. quater) 719 (ibd. bis) 720.

Nonius (225) 155 (248) 36 (281) 152 (296) 18 (382) 73 (489) 37.

Ovidius (epist. her. 3, 30 sqq.) 76 (ibd. 7, 71 sqq.) 114 (ibd. 8, 21 et 22) 46 (metam. IV, 140) 25 (ibd. 7, 276) 79 (ibd. 8, 640) 68 (art. am. 3, 440) 114.

Pausanias 704 sqq.
Philemon (Stob. flor.) 720.
Philostratus 708 sqq.
Phœnicides com. (Stob. fl.) 718.
Pindarus 186 sqq.
Plato 365 sqq., (Euthyphr. p. 4 A) 366 (Phædon. p. 105 A) 174 n. (politic. p. 309 B) 38 (symp. p 209 C) 369 n. (Euthyd. p. 293 D) 78 (resp. II, p. 363 A) 84 (ibd. p. 364 E) 62 (VI p. 484 A) 53 n. (IX p. 591 D) 57 n. (legg. I p. 644 A) 346 (ibd. XII p. 967 A) 52.
Plinius maior (h. n. II, 224) 147 (XXXIII, 100) 70.
Plutarchus (vit.) 565 sqq. (moral.) 612 sqq., (Pericl. 1) 312 (Alcib. 31) 176 (Nic. 11) 181 (de adul. et am. 26) 174 n. (de def. orac. plur. locis) 613 et 614 n. (quæstt. conv. IX, 14, 5) 616.
Poetæ incerti: trag. (Aristot. rhet. II, 21) 476, comic. (Plut. de adul. et am. 22) 616, Pythagoreus (Plut. cons. ad Apollon. 29) 622, comic. (Plut. de cohib. ira 13) 640, scolii (Plut. quæstt. conv. V, 3, 2) 651 (ibd. an seni 9, 6) 660.
Polybius 480 sqq., (IV, 77) 72 n.

Quintilianus (V, 10, 56 et VII, 7, 9) 45.

Rhianus (Stob. flor.) 718.

Sallustius fr. (Non. p. 489) 37.
Scipio Afric. (Gell.) 38.
Seneca, L. (de const. sap. 9, 2) 39 (15, 3) 20 (ad Marciam 9, 5) 48 (10, 1) 105 (14, 1) 68 (17, 6) 24 (18, 2) 497 (de vita beata 13, 3) 32 (23, 2) 68 (23, 4) 39 (24, 3) 39 (25, 4) 40 (de otio 3, 4 et 5, 1) 68 (de tranqu. animi 2, 10) 59 n. (5, 5) 44 (6, 3) 35 (16, 2) 58 (de brev. vitæ 10, 3) 68 n. (18, 1) 68 (de clement. I, 12) 38 (de benef. II, 34, 1) 40 (III, 12, 2) 49 (IV, 3, 3) 68 (VII, 14, 2) 47 n. (natur. quæstt. II, 25 et 26) 36 (III, 25, 4) 22 n. (V, 10, 4) 121 (VII, 25, 2) 52 (VII, 30, 5) 39 (epistol. 14, 14) 69 (15, 12) 51 (21, 9) 36 (26, 8) 117 (36 extr.) 91 (78, 27) 70 n. (85, 10) 63 (88, 25) 76 (89, 4) 28 (89, 13) 39 (90, 26) 59 et 82 (91, 11) 33 (92, 11) 68 (92, 12) 103 (93, 9) 105 n. (94, 7) 104 (95, 54) 10 n. (95, 61) 70 (99, 26) 76 (113, 23) 77 (118, 7) 22.
Seneca, L. (trag. Herc. 795 sqq.) 115.
Seneca, M. (p. 95 Bip.) 38 n. (184) 10 n. (172) 36 (173) 145

(188) 73 (250) 145 (319) 152.
Solon (Theognis? ap. Plut. Sol. 2) 570.
Sophocles 206 sqq., (Aiac. 1083) 171 (Electr. 316) 264 n. (Electr. 443) 162 n. (Œd. C. 1172) 190 (fragm. Alead.) 614.
Statius (silv. II, 6, 64) 149.
Stobæus; vid. Ioannes.
Strabo 520 sqq. (I p. 31) 537, (I p. 63) 523 (VII p. 294) 537 (V p. 228) 585 (XV p. 715) 175 (XV p. 731) 136 n.
Suetonius (Claud. 44) 19.

Tacitus (ann. III, 68) 148 n. (XIV, 20) 116 (XIV, 26) 30 (Agric. 24) 147.
Theocritus 293 sqq., (I, 60, 132, VIII, 20 et 88 sqq., XVI, 67, XXII, 60 et 162) 299 sq. (II, 124, 126) 301 (XXI, 59) 172 (XXVII, 60) 173.
Theophrastus (charact.) 478 (fr. ap. Stob. flor. sæpius) 721.
Thucydides 306 sqq., (I, 26, III, 24, V, 22) 167 (II, 3, 2) 162 n. (II, 51) 67 (III, 38, 2) 112 (III, 46, IV, 28 et 52, VI, 24, VIII, 5) 163 et 167 im. (IV, 13) 180 (IV, 24 et 80, VII, 21) 180 (IV, 36) 182 (VI, 9) 400 (VI, 24) 168 et 179 n. 3 (VIII, 46) 28 et 64.
Turpilius (Non. p. 281) 152.

Valerius Maximus (I, 1 E. 2) 37 (I, 7 E. 4) 58 (III, 2 E. 5) 113 (III, 5, 4) 21 (III) 7 E. 6) 20 (IV, 1, 14) 91 (IV, 4, 11) 45 (IV, 6, 1, 38 (IV, 6, 3) 35 n. (IV, 7, 2) 90 (VI, 9, 1) 91 (VII, 3, 10) 91 (VIII, 7 E. 3) 146 (VIII, 15 E. 1) 146 (IX, 1, 4) 90 (IX, 2 E. 4) 41 (IX, 12 E. 8) 73.
Varro (l. L. VII p. 93) 58 (fr. Non. p. 248) 36.
Velleius Paterculus (I, 18, 1) 153 (II, 29, 2) 18 (Add.) (II, 88, 2) 35 (II, 103, 3) 21.

Xenophon 335 sqq., (anab. VI, 5, 17) 180 (Cyrop. I, 5, 9 et II, 4, 15) 180 (II, 4, 17) 27 (Agesil. 7, 6) 180. (De Hellenicorum locis vid. p. 336 sum.)

II. Index Latinus [1]).

Abhinc cum accus., non ablat., 166 n.
Aciris flumen Italiæ 150.
Additamenta in codicibus 62, cautio in iis indagandis 64 sq., ex interpolatione 82 sqq. (In codd. Thucydidis 315, Demosth. 456, 458, in Platonis rep. 416 n., cet.)
Adiectivi rarior positus apud Græcos 331.
Ægyptii homines immolantes 451.
Alitor servus 153.
Alizon fluvius fictus 151.
Amphictyones Pythia facientes 655.
Anacoluthi forma ficta 307.
Anapæstici versus quomodo describendi, 189, 270 n.
Animatio 77.
Antrones, Antron, oppidum 517.
Aoristus infinitivi (sine ἄν) non pro futuro 156 sqq. (contrarius futuro 163); apud vaticinandi verba (χρῆν) 176, apud εἰκός ἐστιν 177, apud ἐλπίς et cognata 178 (non apud ἐλπίζω 179, sqq. προσδοκᾶν 181, δοκεῖν 182).
Apellis vox ficta 606.
Aristippi voluptatis finis 713.
Aristotelis codicum interpolatio quam antiqua, 473.
Articulus additus aut detractus 315, 318, 341, 361, 398, 401, 488, 526, 535, 618 cet. Non omittitur apud infinitivum post præpositionem 369 n. Toti sententiæ præpositus 398.
Attractio relativi nominativo casu (neutro gen.) ponendi 346; prava 280.
Aufidium (?) oppidum 134.
Aut non ante solum tertium membrum 105 n.

Bentleius 98, 124.

Castulo (Oriaque) 533.
Chiorum in Atheniensium societate locus 331.
Clisthenis divisio populi 305.
Clitarchi et Phylarchi nomen permutatum 629.
Cobetus 158, 159 sq.; 431 n.
Codicum fides et depravatio 9 sqq., diversa Græcorum et Latinorum et alia in aliis scriptoribus 13 sqq., 94 sq.
Comparativus et superlativus in Græcis codd. permutati 227, 541, 624, 678.
Comparandi brevitas (*maior res mortali*) 79.
Condicio duplex eiusdem sententiæ 370.

[1]) In hunc indicem coniecta sunt, quæ ad historiam, ad res grammaticas utriusque linguæ non in certis verbis positas, tum ad verba Latina pertinent.

Coniecturæ in codicibus 9. Coniecturæ ars et præcepta 95 sqq. (lib. I c. 2); fines 120, 122 sqq.
Coniunctio copulativa apud Latinos prava ante tertium membrum 33, disiunctiva 105.
Cordus cognomen 138.
Craterus psephismatum collector 642.
Cydni amnis miraculum 689.

Damnandi verborum structura (apud Græcos) 431.
Dativus (Græcus) apud substant. verb. 54, 331; ad præpositionem verbi relatus 351, 498, 574; ethicus 402. Dativus absolutus nullus 595 n.
Delendi remedium temere adhibitum 64 sqq., 104 sqq.
Demi Attici 305.
Demosthenes. In eius oratt. additamenta 456, 458.
Deponentia Græca passive posita, max. participium, 389.
Dindorfii, G., crisis ex aliqua parte improbata 93 sq., 122 sqq., 202 n. 1 et 2 et alibi in lib. II c. 1 et 2.
Diodori Siculi in re Romana error 491; codices quales, 485, 498; anacoluthis abstinet 481.
Directo obiicere 36 sq.
Diurnus non pro quotidiano 45.
Dracanum in insula Icaria 561.

Egregius, comparativus adverbii, 117.
Elii Ætolici generis sec. Strabonem 551.
Emperius 85, 566.
Emporiarum muri 534.
Enna Siciliæ 488.
Epicuri de voluptate sententia 672.
Epirotarum domestici dynastæ sub Romanis 550.
Et itaque vitiosum 39.
Euripidis Helena hilarotragœdia 235 n., Iphigenia in Aulide vexata a Dindorfio 255.

Faxo scies antiqui, non *scias*, 173 n.
Futurum infin. pro præsenti apud *προθυμεῖσθαι* 318.

Galba, A., scurra 655.
Genetivus qualitatis 383, pretii (rei emendæ) 489, in tempore significando (*μετ' ὀλίγον τούτων*) 313. Genetivus a pronomine pendens apud Platonem 420; genetiv. infinitivi vid. *infinitivus*. Genetivus primæ declin. Græcæ pro dativo scriptus 67, 312 (Add.).
Gracchi, C., dictum 604.

Hermannus, G., 124.
Hermippi *βίοι* 154.
Hiatus in *ου* correpto 286 sq. legitim. certæ formæ apud Ovidium 76.
Hofman-Peerlkamp 93.

Iardanes fluvius et heros 552.
Infamare aliquem duritiæ 76.
Infinitivi genetivus in causa significanda 558, 606; in infinitivi passivi futuro Latino erratum a scribis 116.
Interpolationis notio 11; quæ non recte appelletur, 62 sqq., vera a rudi forma ad artificia et audaciam progrediens, ibd., in corruptis 70 sqq., in sanis 74 sqq.; quam antiqua in codd., 78 sqq. (278 de Aristophane, 399 de Platone, 473 de Aristotele); propagata et pervagata 80, in addendo 82; caute indaganda et iudicanda 92 sqq. (202 n. cet.).
Interpunctio, in re critica 102 sq.
Iota subscriptum dativi pro σ acceptum 67, 312 (cfr. Addenda).

Librariorum condicio 11 sqq., 14; eorum error quibus momentis regatur, 12.
Litteræ permutatæ 16.
Luciani codices 677, 682 n., 696; libelli de historia 686 n.

M littera in codd. Lat. addita et detracta 69.
Macedonum præsidium Athenis pulsum 573.
Magis substant. 102 n.
Media pro activis apud tragicos 209.
Mendorum origo et genera 8 sqq. (lib. I c. 1), distincta 15 sqq.: a) ex similium permutatione 16 sqq., b) ex litteris et verbis male separatis et conflatis (accedente deinde alio errore et interpolatione) 26 sqq. (exempla alia 201, 204, 298, 362, 395, 461 cet., singulare 721), c) ex bis aut semel scribendo, quæ semel aut bis debebant, eadem aut similia, 34 sqq., d) ex omittendo 40 sqq., maxime ob (homœoteleuta) vocem eandem aut similem bis positam (ex Plut. moral. exempla collecta 621), e) ex transpositione 46 sqq., 50 sqq. (verborum plurium et sententiarum traiectio notata in Plat. legg. 443, apud Strabonem 524, Plutarchum 625, vocum iuxta positarum 482 et alibi, vocum separatarum sedis permutatio 605, versuum apud poetas 198, 224, 243, 264, 282), f) ex accommodatione grammatica 52 sqq.; (hæc genera coniuncta et mixta p. 59 sqq.), g) ex iudicii errore et pravo intellectu 61 sqq. Voces casu ex superioribus aut inferioribus repetitæ 594; cum singulari confusione conflatæ 497.
Menecrates Spartiates 142.
Mentorathene (Sotadis) 135.
Metabus 545.
Metapontini Pythagoræ cultores 146 sq.

Minerva bigis alatis insistens (apud Eurip.) 256.
Motye colonia Carthaginiensium 129.
munere alicuius, hoc est, *in munere* (ludis) 128.

Nacone Siciliæ oppidum 132.
Nauckius 212, 219, 227.
Negatio prave a libr. addita omissave 501. 503, 532, 581, 591, 597, 609, 653, 654.
Negatio affirmationis particularis (apud Græcos) 444.
Negatio coniunctionis (*οὐ . . . οὐδέ*) 705.
Neleus Aristotelis librorum possessor 144.
Nomina propria a librariis oblitterata 125 sqq. (lib. I c. 3; cfr. Add.); falso posita 150 sqq.
Nomina Latina a Græcis inflexa 659.
Non potest pro *potest non* scriptum 52.
Nostri partes et *nostræ* 76.
Nova verba et lexicis ignota restituta 588 n.
Novi Comi coloni 540.

Onomarchi mors 503; Onom. et Philomelus non fratres 504.
Optativus sine *ἄν* pravus in sent. potentiali; vid. *ἄν* (in certo genere sententiarum relativarum 189); optativus pravus pro indic. 370, 374; opt. pro coniunctivo in sent. finalibus apud Lucianum et alios 682; opt. apud *ὡς* post præsens verborum dicendi 704 n.

Participia futuri et aoristi permutata 451, 489 et alibi. Partic. futuri de consilio prave in præsens mutatum 509; cum articulo 512. Partic. fut. apud Polybium pro infinitivo 483.
Petaliæ insulæ 556.
Pheræa Elidis ficta 72.
Platonis codices 365; in iis additamenta vetera et errores 83, 384, 416 n., 390, 399, 408, 413. Alcibiades prior et alii dialogi non Platonis 402 n. 2.
Plurale verbum (Græc.) apud neutra 327.
Plutarchi codices vitarum 565 (85), moralium 612 (lacunarum falsa indicia quædam 665). Apophthegmata 626 n.
Pori reges duo 561.
Porsonus 124.
Præpositionis positus in comparando (*καθάπερ*, *ὡς*, *ὥσπερ*) 438, 662.
Premere non recte pro *opprimere* 35.
Probabilitas critica in quæstionibus grammaticis 155 sqq. (lib. I c. 4); momenta eius ponderandæ 160 sqq.
Pronomen demonstr. pro subiecto accommodatum ad prædic. 330; interrogativum apud particip. 621; in sententia relativa 649.
Propœti filiæ 119.
Python satrapes 508.

Qualis, *ποιός*, 104.

Quiescere sæpe corruptum 30.
Quoi pro *cui* scriptum; inde error 68.

Romani Græce loquentes 601.

Salassorum sedes 539.
Samnitium oppida 583.
Senecæ, L., editores 118 n.
Sidicini 132.
Sophoclis de sua oratione dictum 618.
Stallbaumius 435, 437 n.
Stoicorum sententia aliqua de fine bon. 670.
Strabo Stoicus 522, 538; subinepte philosophatur 554.
Subiectum et obiectum a librariis permutatum 585.
Substantivum sumendum e verbo 303.
Superlativus et compar. vid. *Comparativus*. Superlativus adverbii non additur superlativo augendi causa 110.

Tantum ut, tantum ne apud Columellam 90 n.
Tarentini equites 547.
Tepide dicere 153.
Terminationes verborum confusæ 26.
Thargelia femina 575.
Thebanorum decretum de Atheniensibus 455 sq.
Theocritea carmina 172, 173.
Thucydidis orationes 316 n. Additamenta in eius codicibus 315.
Tragici Græci; in iis temeritas quorundam 92 sqq.
Trinacium oppidum apud Diodorum 491.

Ut ex abundanti in altero membro additum 89 n.

Vaticinandi verba apud Græcos c. aor. infinit. 176 sq.
Versus transpositi vid. *Menda*.

Xenophontis codices 336, 344, 351. Verbis poeticis utitur 348.
Zoster promunt. Atticæ 143.

III. Index Græcus[1]).

Ἀγροικίαι, *rus*, 692.
ἄγχειν de collo obtorquendo 685.
ἀγὼν θεῶν 197.
ἄδουλος 580.
ἁδρός, *magnus*, *præcipuus*, 130.
ἄημι apud. Apoll. Rhod. 284.
ἄθρακτος 263.
αἰσχύνομαί τι ποιεῖν τι 236.
ἀκροτίμιος potius quam *ἄκρα τίμιος* 299.
ἅλαι, *salinæ*, 138.
ἀλλ' ἤ 567.
ἀλλοδοξεῖν 591.
ἀμφιγνωμεῖν 30.
Ἀμφότερος nomen proprium 126.
ἁμωσγέπως 522, 616.
ἄν omissum additumve post *μάλιστα*, *ἥκιστα* 41, in fine versuum om. 172; prave omissum, maxime apud optat. potent., 246, 299, 405, 407, 599, 603, 617, 675, 680, 685, in certo genere sentent. relativarum 189 sqq., apud infin. aorist. 159, 174 n., 501, 502, apud particip. 553, 608, post *ον* syllabam 403, 603, 702; solœcum apud futurum indic. et optat. 435, apud partic. fut. 463 n. Transpositum (*οὐκ ἂν οἶδ' εἰ* et sim.) 191; *ἂν φαίη τις* 642; in *αὖ* corruptum 345.
ἂν (*χἂν*) 400, 434.
ἀναιρεῖν τοὺς νόμους 677.
ἀνακόπτεσθαι de fluminibus 624.
ἀνάλγητος πάθους 53.
ἀναλίσκεσθαι κόπῳ 330.
ἀναμιμνήσκειν c.dupl.accusat.460.
ἀνανήφειν 503.
ἀναπαύεσθαι prave pro *παύεσθαι* 349.
ἀνασπᾶν, *effringere*, 610.
ἀνείλιξις 387.
ἀνετέον 376.
ἀνθομολογεῖσθαι 686.
ἀνομαλίζειν, *æquare*, 464.
ἀντιβλέπειν 248.
ἀντιδιαστέλλειν 556.
ἀντιδοξεῖν 28.
ἀντιμέλλειν verbum fictum 314.
ἄνω (*τὰ*) de membris 435 n.
ἀπαθεῖν 310.
ἄπαις ἡλικία 447.
ἄπαρχον ποιεῖν 588.
ἀπαυγάζειν 292.
ἀπειλεῖν pro *ἀπελαύνειν* 712.
ἀπέχομαι τὸ ποιεῖν improb. 357 n.
ἁπλοήθης 336.
ἀπονοεῖσθαί τινος 352.
ἀρισταρχεῖν fictum 34.
ἀρξάμενος ἀπό τινος 352.
ᾄσω futurum male defensum 439 n.
ἄτακτος, *ἔξω τάξεως*, 513.
ἄτοπος de improsperis 711.
αὕτη 278.

---

[1]) Vocabula ob similitudinem inter se commutata, quædam notabiliter, infinitum et parum utile erat indicare; itaque totum hoc omissum est.

αὐτοί, soli, 355.
αὐτός, ὁ αὐτός (τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῇ μάχῃ) 312.
ἀφιστάναι τί τινι 558.
ἀφορᾶν 356.
ἀφυστερεῖν, ἀφυστερεῖσθαι 208.
ἄχαρις restitutum pro *ἀχάριστος* 579 n., 684.
ἀχηνεῖν 219.
ἀωτίζεσθαι, ἀώτισμα 197.

Βαίνειν (ἔβην) de moriendo 293; *πλοῖα ἴσον βεβηκότα* 516.
βάπτειν intransit. 228.
βλ positionem non faciens 254.
βούλει (θέλεις) εἴπω, non *ποιήσομαι,* 182 sqq.
βρυάζειν 673.

Γενεαί 572.
γῆθος in prosa oratione 690.
γινώσκειν ποιοῦντός τινος 187.
γνωρίζειν 501.

Δεῖ excidit post *δέ, δή* 326, 382, 448, 449.
δεινὸν, εἰ subiectis duobus membris, altero hypothetico, 453.
δέος, φόβος. Τόδε ἦν δέος 423.
δηκτικῶς 619.
διακρίνεσθαι, διάκρισις 508.
διαπορεῖαι 673.
διάσσειν 340.
διατρέπειν 19, *διατρέπεσθαι* 23.
διατρίβειν τὸν πόλεμον 608.
διαφλέγεσθαι 660.
διαφροντίζειν inusitatum 463.
διδόναι. Ἔδοσαν, non *ἔδωκαν,* Xenophon 85 (v. Add.).
διελόντι, si dividas, 526.
δίεσις, διϊέναι 598.
δικαστήριος adiectivum 377.
δίμαχαι 547.
δινεύειν intransit. 269.
διστακτικοὶ λόγοι 597.
διυπνεῖν 280.
δογματίζειν 547.
δόξαν ταῦτα 338.
δράττεσθαι 709.
δωροδοκεῖν, corrumpere, 713.

Ἔα pro una syllaba 223.
ἔγγραπτον ποιεῖσθαι 481.
ει pro *η* erroris causa 66.
εἰ σώσομεν, μέλλομεν 374, *εἰ ἄρα* ellipt. 522, *εἰ ὅτι μάλιστα* 402 n. 2.
εἰκός ἐστι cum aor. infinit. 177.
Ἑκαλῆσι 566.
ἑκάτερος cum participio interpositum dualibus 430.
ἐκλικμάζειν 231.
ἐκνεύειν (confusum c. *ἐκνεῖν*) 254.
ἔκπαλαι 578.
ἐκπίπτειν de limite egrediendo 550.
ἔκστρεμμα 619.
ἐκσφαιρίζειν 245.
ἐκτετηκέναι τι 85.
ἔλεος pro duabus syllabis 308.
ἐλπίς et cognata c. aoristo infin. 177 sq., 178 n. (non *ἐλπίζειν* 179).
ἐμφοροῦμαι ὀνειδίζων 223.
ἐν ἑκατὸν σταδίοις τινός 541.
ἐνείρεσθαι 337.
ἐξ pro *ὑπό* apud pass. 310.
ἐξαιρεῖν in *ἐξαίρειν* corrupt. 650.
ἐξακανθίζειν, spinas legere, 676.
ἐξαρτύεσθαί τι 38 n.
ἐξόδια 350.

ἐξοστεΐζειν 563.
ἐπαυρέσθαι in prosa 647.
ἐπ' ἀνταγωνιστοῦ 580.
ἐπί τινι ποιεῖν τι 690.
ἐπί τινι πραχθέντι 675.
ἐπιβιβάζειν cum genet. 711.
ἐπιδημίαι 623.
ἐπίκεισθαι, περίκεισθαί τι non Atticum 250.
ἐπίρραμμα 669.
ἐπιστρέφειν, *corrigere*, 646.
ἐπιχειρεῖν de disputando et argumentando 652.
ἐπιχωρεῖν τι, *permittere*, 604.
ἐργατήσιος adiectivum fictum 584.
ἔστιν pro ἔξεστιν 645.
εὔγεως 548.
εὐμαθής τινος 373.
εὔνοια ὑμετέρα, τὸ ὑμέτερον εὔνουν 321.
εὐοδία i. q. εὐπραξία 590.
εὐροεῖν 494.
εὔστομα 663.
εὔτεχνος 109.
εὔχαρις, *gratus*, non *propitius*, 109.
εὐχρηστεῖσθαι 487.
ἐφεδρεύειν τινί, *observare*, ἐνεδρεύειν τινά, *insidiari*, 511.
ἔχε (ἔχε δή) 378.
ἐχῖνος 629.
ἔχω πράξας 258.

Ἡμισύστασις 528.
-ησι, adverbia loci in, 566.

Θέλεις εἴπω pro βούλει 183.
θράττειν 266.
θύϊναι τράπεζαι 644.

I subscriptum dativi primæ pro σ acceptum 67, 312 (Add.).

ἴκρια, ἐπ' ἰκρίων 669.
ἵνα c. indicativo 413 sq., cum optativo pro coniunct. 682 n.
ἱστάνειν (*pendere*) et composita 646.
ἴτω in exclamando 441.

Καί cum duriore verborum traiectione 253; καί, *etiam*, aut post ὁ αὐτός erroris causa 453, 473, 598; καί transpositum 593, 654; additum 658; καί et κατά confusa 546 (καὶ εὐφημεῖν pro κατευφημεῖν 643, coll. 660).
κάλλυντρα 261.
καλτίκιοι (κάλτιοι) 641.
καθαρός, ἐκ καθαροῦ βῆναι 225.
καθέλκειν de præponderando 221.
καθήκειν, *aptum esse*, 111.
κακουργεῖν τινι non Græcum 419.
κατά et καί vid. καί. Καθ' ἕκαστον τούτων pro ταῦτα καθ' ἕκαστον 471.
καταθαυμάζειν 660.
καταλαμβάνεσθαι prave pro καταλαμβάνειν 37.
καταρρεῖν 360.
κατασπᾶν, κατασκάπτειν de urbibus 560 (prave καταστρέφεσθαι).
κατατρέχειν 539.
καταχιόνιος 539.
καταχορηγεῖν χρήματα, non καταχωρίζειν, 486.
καταψηφισθῆναι θανάτου non Græcum 431.
κατηγορεῖν τινα pravum 510.
κατορχεῖσθαί τινος 691.
κατωμίς 713.
κέκραγμα 23.

Κέμμενον ὄρος, τὰ Κέμμενα 535.
κλεῖθρα fluvii 533.
κλοιός 674.
κοάσαι 289.
κομοτροφεῖν 533.
κρίνεσθαι, reum esse, 459.
Κρόνος 406.
Κωλιὰς γῆ 651.

Λειτουργοί, operarii, 508.
λήμη 206.
λόγιος 410.
λογισμοῦ ἐκκρούειν, ἐξιστάναι 571 (sed vid. Add.), 587.

Μάλη, ὑπὸ μάλης 232.
μεῖστος 642.
μεμνῆσθαι, commemorare, cum accus. inusit. 455.
μέν indicium facit alterius membri omissi 653.
μέσος non pro feminino 269.
μετάπρασις inusitatum 542.
μή pro *οὐ* apud participia 660, in sententiis causalibus 670, *μή* in iurando cum fut. indicativi 257 n.; *μὴ οὐ*, raro *μή* post verba negativa 215; *μὴ οὐ* prave positum 390.
μηδείς pro *οὐδείς* num dicatur in sententia potentiali, 257n., 332 n. 2.
μίγδαλος 599.
μνοῦ, οὐδ' ἑνὸς μνοῦ 374.
μόχλευμα 330.

Νεαλῶς 681.
νοῖ plurali num. 363.

Ὁ δέ, non præcedente *ὁ μέν*, 395.

οἷος, θαυμάσια οἷα 304.
οἰκεῖν, οἰκίζειν 220 n., *ᾠκεῖτο, ᾠκήθη* 724.
ὀλιγοετής 555.
ὀλίγος, ὡς ἐν ὀλίγοις 667, *ὀλίγοι ὅσοι* 693.
ὁμολογῶ ποιεῖν et *ποιήσειν* diversa 370 n.
ὁμώνυμός τινι 543.
ὅπλα τίθεσθαι 854; aliud *ὅ. ἀποτίθεσθαι* 513.
ὅσοι, ὀλίγοι ὅσοι, ὀλίγον ὅσον 693.
οὐ et *μή* (*ὁ μὴ θέλων, ὁ οὐ θ.*) 249; *οὐ — οὐδέ* vid. *negatio coniunct.* in ind. Lat.; *οὐχ ὁ μὲν, ὁ δὲ οὐ* 444; *οὐ μὴ ποιήσεις* 239 n. (pro *οὐ μὴ ποιήσῃς* 240 n.); *οὔ τί γε, μή τί γε* 603; *οὐκ ἔστιν ὅς* (*ὅπως*) cum optativo sine *ἄν* pravum 189.
οὐδεὶς ἤ, i. e., *οὐδεὶς ἄλλος ἤ* 654.

Παλεύειν 589.
παράμεσος 664.
παρατετάσθαι, defatigatum esse, 409.
παράτροπος fortasse pro substant. 587.
παρεγκάπτειν 623 sq.
παρήκειν ποταμῷ, παροικεῖν ποταμόν apud Strab. 537.
παριέναι ποιεῖν 465.
πελατεύειν (?) 371.
πέραια (*ἡ*) 521.
πέρας ἐπιθεῖναι 492.
περιαγείρειν 714.
περικάτω 27 (576).

[illegible]

